
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
1
28 -B
19
ROMA



HISTORIÆ POETICÆ
SCRIPTORES ANTIQUI.

APOLLODORUS *Atheniensis.* PTOLEMÆUS *Hephæst. F.*
CONON *Grammaticus.* PARTHENIUS *Nicaensis.*
ANTONINUS LIBERALIS.

Græcè & Latinè.

Accessère breves Notæ & Indices necessarij.



PARISIIS.
Typis F. MUGUET. Prostant apud R. SCOTT, Bibliopolam Londinensem.

MDCLXXV.



APOLLODORI ATHENIENSIS BIBLIOTHECES

Liber primus.

Caput I.



Coelus omnium primus mundi universi imperio præfuit: ductaque uxore Tellure, priores ex ea filios sustulit, quos Centimanos cognominarunt, Briareum, Gyen, ac Cœum. Qui, quòd singuli centum manus & capita quinquaginta haberent, corporis cum magnitudine, tum robore cæteris mortalibus antecelluerunt.

§. 2. Post hosce autem è Cœlo Tellus Cyclopas, Harpen, Steropen, & Bronien, quorum singuli unum oculum in media fronte habe-

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ

βιβλίον α΄.

ΚΕΦΑΛ. Α.



ΟΥΡΑΝΟ`Σ πρῶτος τοῦ παντὸς ἐδυνάστευσε κόσμου· γήμας δὲ Γῆν ἐτέκνωσε πρώτους τοὺς Ἑκατόγχειρας προσαγορευθέντας, Βριάρεων, Γύην, Κοῖον. οἳ μεγέθει τε ἀνυπέρβλητοι καὶ δυνάμει καθειστήκεσαν· χεῖρας μὲν, ἀνὰ ἑκατὸν, κεφαλὰς δὲ, ἀνὰ πεντήκοντα ἔχοντες.

§. β. Μετὰ τούτους δὲ, αὐτῷ τεκνοῖ Γῆ Κύκλωπας, Ἄρπην, Στερόπην, Βρόντην, ὧν ἕκαστος εἶχε ἕνα ὀφθαλμὸν ἐπὶ τοῦ με-

πύσει. ἀλλὰ τούτους μὲν Οὐρανὸς δήσας, εἰς Τάρταρον ἔρριψε· τόπος δὲ οὗτος ἐρεβώδης ἐστὶν ἐν ᾅδου, τοσοῦτον ἀπὸ γῆς ἔχων διάστημα, ὅσον ἀπ' οὐρανοῦ γῆ.

§. γ. Τεκνοῖ δὲ αὖθις ἐκ Γῆς παῖδας μὲν τοὺς Τιτᾶνας προσαγορευθέντας, Ὠκεανὸν, Κοῖον, Ὑπερίονα, Κρεῖον, Ἰαπετὸν, καὶ νεώτατον ἁπάντων Κρόνον. θυγατέρας τε τὰς κληθείσας Τιτανίδας, Τηθὺν, Ῥέαν, Θέμιν, Μνημοσύνην, Φοίβην, Διώνην, Θείαν. ἀγανακτοῦσα δὲ Γῆ ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν εἰς Τάρταρον ῥιφθέντων παίδων, πείθει τοὺς Τιτᾶνας ἐπιθέσθαι τῷ πατρί· καὶ δίδωσιν ἀδαμαντίνην ἅρπην Κρόνῳ. οἱ δὲ, Ὠκεανοῦ χωρὶς, ἐπιτίθενται. καὶ Κρόνος ἀποτεμὼν τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρὸς εἰς τὴν θάλασσαν ἀφίησιν· ἐκ δὲ τῶν σταλαγμῶν τοῦ ῥέοντος αἵματος Ἐριννύες ἐγένοντο, Ἀληκτὼ, Τισιφόνη, Μέγαιρα. Τῆς δὲ ἀρχῆς ἐκβαλόντες τούς τε καταταρταρωθέντας ἀνή-

bant, peperit. Sed hos Cœlus vinctos dejecit in Tartarum. Is locus est apud Inferos tenebrosissimus, qui tantum à terra distat, quantum à cœlo terram abesse ferunt.

§. 3. Cœlus item ex eadem conjuge procreavit Oceanum, Cœum, Hyperionem, Crium, Iapetumque, cognomento Titanas, & novissimum omnium Saturnum suscepit. Præterea filias, Tethyn, Rheam, Themin, Mnemosynen, Phœbénque & Dionen, ac Thiam, quas Titanidas nominarunt. Mox verò Terra, indignissimè ferens filiorum in Tartarum dejectorum internecionem, Titanas, ut patrem aggrederentur, inducit: Saturnoque adamantinam falcem suggerit. Tum ij omnes, præter unum Oceanum, in patrem impetum faciunt; & Saturnus præsecta Cœli genitalia dejecit in pelagus, déque virilium sanguinis profluentibus guttis Erinnyes, Alecto, Tisiphone, ac Megæra, enatæ sunt. Cœlo demum è regno expulso, & revocatis ab ima Tartari profunditate

germanis fratribus, Saturnum imperio suffecerunt. At hic rursus Titanas fratres compeditos demisit in Tartarum. Rheam inde sororem sibi in matrimonium copulavit. Postea cùm Cœlus ac Terra illum filij sui viribus imperio deturbatum iri prædicerent, singulos, ut quisque in lucem prodibat atque nascebatur, ita devorabat: & Vestam prius, Cererem deinde, & Junonem; post has Plutonem & Neptunum deglutivit. Quamobrem irata conjux Rhea in Cretam, quo tempore Jovem in utero ferebat, proficiscitur, ubi in antro Dictæo illum parit; & Curetibus, Adrasteæque ac Idæ Nymphis Melissarum filiabus alendum dedit. Hæ verò Amaltheæ lacte puerum educant. At Curetes, in antro armati infantem asservantes, hastilibus scuta; ne vagientis pueri vocem Saturnus audiret, quatiebant. Rhea verò involutum fasciis lapidem pro nato patri filio devorandum dedit.

γαγεν ἀδελφούς. καὶ τὴν ἀρχὴν Κρόνῳ παρέδωκαν. Ὁ δὲ τούτους μὲν τῷ Ταρτάρῳ, πάλιν δήσας, καθεῖρξε. τὴν δὲ ἀδελφὴν Ῥέαν γήμας· ἐπειδὴ Γῆ τε, καὶ Οὐρανὸς ἐθεσπιῴδουν αὐτῷ, λέγοντες ὑπὸ παιδὸς ἰδίου τὴν ἀρχὴν ἀφαιρεθήσεσθαι, κατέπινε τὰ γεννώμενα, καὶ πρώτην μὲν γεννηθεῖσαν Ἑστίαν κατέπιεν· εἶτα Δήμητραν, καὶ Ἥραν· μεθ᾽ ἃς Πλούτωνα καὶ Ποσειδῶνα· ὀργισθεῖσα δὲ ἐπὶ τούτοις Ῥέα, παραγίνεται μὲν εἰς Κρήτην, ὁπηνίκα τὸν Δία ἐγκυμονοῦσα ἐτύγχανε. γεννᾷ δὲ ἐν ἄντρῳ τῆς Δίκτης Δία. καὶ τοῦτον μὲν δίδωσι τρέφεσθαι Κούρησί τε, καὶ ταῖς Μελισσέων παισὶ νύμφαις, Ἀδραστείᾳ τε καὶ Ἴδῃ. αὗται μὲν οὖν τὸν παῖδα ἔτρεφον τῷ τῆς Ἀμαλθείας γάλακτι. οἱ δὲ Κούρητες, ἔνοπλοι ἐν τῷ ἄντρῳ τὸ βρέφος φυλάσσοντες, τοῖς δόρασι τὰς ἀσπίδας συνέκρουον, ἵνα μὴ τῆς τοῦ παιδὸς φωνῆς ὁ Κρόνος ἀκούσῃ. Ῥέα δὲ λίθον σπαργανώσασα, δέδωκε Κρόνῳ καταπιεῖν, ὡς τὸν γεγεννημένον παῖδα.

ΚΕΦ. Β.

Ἐπειδὴ δὲ Ζεὺς ἐγενήθη τέλειος, λαμβάνει Μῆτιν τὴν Ὠκεανοῦ συνεργόν· ἣ δίδωσι Κρόνῳ καταπιεῖν φάρμακον· ἐφ' οὗ ἐκεῖνος ἀναγκασθεὶς, πρῶτον μὲν ἐξεμεῖ τὸν λίθον, ἔπειτα τοὺς παῖδας, οὓς κατέπιε. μεθ' ὧν Ζεὺς τὸν πρὸς Κρόνον, καὶ Τιτᾶνας ἐσήνεγκε πόλεμον. μαχομένων δὲ αὐτῶν ἐνιαυτοὺς δέκα, ἡ Γῆ τῷ Διῒ ἔχρησε τὴν νίκην, τοὺς καταταρταρωθέντας ἂν ἔχῃ συμμάχους. ὁ δὲ, τὴν φρουροῦσαν αὐτῶν τὰ δεσμὰ Κάμπην ἀποκλείνας, ἔλυσε. καὶ Κύκλωπες τότε Διῒ μὲν διδόασι βροντὴν, καὶ κεραυνόν· Πλούτωνι δὲ κυνέην, Ποσειδῶνι δὲ τρίαιναν. Οἱ δὲ, τούτοις ὁπλισθέντες κρατοῦσι Τιλάνων. καὶ καθείρξαντες αὐτοὺς ἐν τῷ Ταρτάρῳ, τοὺς Ἑκαλόγχειρας κατέστησαν φύλακας· αὐτοὶ δὲ διακληροῦνται περὶ τῆς ἀρχῆς. καὶ λαγχάνει Ζεὺς μὲν, τὴν ἐν οὐρανῷ δυναστείαν· Ποσειδῶν δὲ, τὴν ἐν θαλάσσῃ.

CAP. II.

Mox ubi Jupiter justæ atque integræ fuit ætatis, Metin Oceani filiam sociam capit: quæ Saturno pharmacum bibendum propinat: cujus ille vi coactus, lapidem prius, deinde, quos antea filios devorarat, evomit: quorum adjumento Jupiter adversus patrem Saturnum ac Titanas bellum gessit. Verùm decimo pòst hujusce inter eos belli anno, Tellus victoriam Jovi, si in Tartarum dejectos sibi in societatem adscisceret, vaticinata est. Tum is, Campe custode interfecta, eos è vinculis liberavit. Tum etiam Cyclopes Jovem tonitru, fulgetraque & fulmine: Plutonem autem galea, & Neptunum tridente condonarunt. His illi telis armati Titanas subigunt, & coniectos in vincula, atque in Tartarum detrusos, Centimanis custodiendos dederunt. Quo facto, iidem rerum imperium sorte inter se partiuntur: ac Jovi quidem cœli regnum, Neptuno maris,

Plutoni autem Inferorum loca obtigerunt.

§. 2. Cæterum Titanibus procreantur Oceano quidem & Tethye Oceanidum tria millia, Asia, Styx, Electra, Doris, Eurynome, Amphitrite, Metis. Cœo autem ex Phœbe, Asteria, & Latona: ex Hyperione ac Thia, Aurora, Sol, Luna. Crius ad hęc & Eurybœa Ponti filia genuerunt Astræum, Pallantem, Persen.

§. 3. Iapeto autem ex Asia Oceani filia nascitur Atlas, qui suis humeris cœlum sustinet; Prometheus item, & Epimetheus, ac Menœcius, quem in Titanico bello fulminatum Jupiter in Tartarum detrusit.

§. 4. Sed è Saturno ac Philyra natus est Chiron geminus Centaurus: ex Aurora verò & Astræo nati sunt Venti & Astra; Perses ex Asterio Hecaten genuit. Pallanti & Stygi Oceani filij procreati sunt Nice, Cratos, Zelus, Bia.

§. 5. Jupiter Stygis aquam de scopulo per Inferorum loca fluentem, jurisjurandi

Πλούτων δὲ, τὴν ἐν ᾅδῃ.

§. β. Ἐγένοντο δὲ Τιτάνων ἔκγονοι, Ὠκεανοῦ μὲν καὶ Τηθύος, τρισχίλιαι Ὠκεανίδες, Ἀσία, Στύξ, Ἠλέκτρα, Δωρίς, Εὐρυνόμη, Ἀμφιτρίτη, Μῆτις· Κοίου δὲ καὶ Φοίβης, Ἀστερία, καὶ Λητώ. Ὑπερίονος δὲ καὶ Θείας, Ἠώς, Ἥλιος, Σελήνη· Κρείου δὲ καὶ Εὐρυβοίας τῆς Πόντου, Ἀστραῖος, Πάλλας, Πέρσης.

§ γ. Ἰαπετοῦ δὲ καὶ Ἀσίας τῆς Ὠκεανοῦ, Ἄτλας, ὃς ἔχει τοῖς ὤμοις τὸν οὐρανόν· καὶ Προμηθεύς, καὶ Ἐπιμηθεύς, καὶ Μενοίτιος, ὃν κεραυνώσας ἐν τῇ Τιτανομαχίᾳ Ζεύς, κατεταρτάρωσεν.

§. δ. Ἐγένετο δὲ καὶ Κρόνου καὶ Φιλύρας, Χείρων διφυὴς Κένταυρος. Ἠοῦς δὲ καὶ Ἀστραίου, ἄνεμοι καὶ ἄστρα. Πέρσου δὲ καὶ Ἀστερίας, Ἑκάτη. Πάλλαντος δὲ καὶ Στυγὸς τῆς Ὠκεανοῦ, Νίκη, Κράτος, Ζῆλος, Βία.

§. ε. Τὸ δὲ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ἐκ πέτρας ἐν ᾅδου ῥέον, Ζεὺς ἐποίησεν ὅρκον, ταύτην αὐτῇ

τιμὴν ἐδοὺς, αἳ δ' ὧν αὐτῷ κατὰ Τιτάνων μετὰ τῶν παίδων συνεμάχησε.

§ ς. Πόντου δὲ καὶ Γῆς, Φόρκος, Θαύμας, Νηρεὺς, Εὐρύβοια, Κητώ. Θαύμαντος μὲν οὖν καὶ Ἠλέκτρας τῆς Ὠκεανοῦ, Ἶρις, καὶ Ἅρπυιαι, Ἀελλὼ, Ὠκυπέτη. Φόρκου δὲ καὶ Κήτους Φορκιάδες Γοργόνες. περὶ ὧν ἐροῦμεν, ὅταν τὰ κατὰ Περσέα λέξωμεν.

§. ζ. Νηρέως δὲ, καὶ Δώριδος τῆς Ὠκεανοῦ, Νηρεΐδες· ὧν τὰ ὀνόματα, Κυμοθόη, Σπειὼ, Γλαυκοθόη, Ναυσιθόη, Ἁλίη, Ἐρατὼ, Σαὼ, Ἀμφιτρίτη, Εὐνίκη, Θέτις, Εὐλιμένη, Ἀγαυὴ, Εὐδώρη, Δωτὼ, Φέρουσα, Γαλάτεια, Ἀκταίη, Πρωτομέδουσα, Ἱπποθόη, Λυσιάνασσα, Κυμὼ, Πιόνη, Ἁλιμήδη, Πλησαύρη, Εὐκράτη, Πρωτὼ, Καλυψὼ, Πανόπη, Κραντὼ, Νεόμηρις, Ἱππονόη, Δηϊάνειρα, Πολυνόη, Αὐτονόη, Μελίη, Διώνη, Ἴσαιη, Δηρὼ, Εὐαγόρη, Ψαμάθη, Εὐμόλπη, Ἰόνη, Δυναμένη, Κητὼ, Λιμνώρεια.

religione decoravit: quòd ipsi contra Titanas unà cum filiis opem tulisset.

§. 6. Ponti verò & Terræ hi sunt filij, Phorcus, Thaumas, Nereus, Eurybœa; Ceto. Ex Thaumante autem & Electra Oceani filiis, natæ sunt Iris, Harpyiæ; Aëllo & Ocypete. Phorco ex Cetone gignuntur Phorcyades Gorgones: de quibus dicendum erit, ubi de Persei rebus agemus.

§. 7. Nerei & Doridis, quos Oceanus genuit, Nereides filiæ fuerunt, quæ hisce nominibus appellantur, Cymothoë, Speio, Glaucothoë, Nausithoë, Halia, Erato, Sao, Amphitrite, Eunice, Thetis, Eulimene, Agave, Eudora, Doto, Pherusa, Galatea, Actæa, Protomedusa, Hippothoë, Lysianassa, Cymo, Pione, Halimede, Plesaure, Eucrate, Proto, Calypso, Panope, Cranto, Neomeris, Hipponoë, Dejanira, Polynoë, Autonoë, Melie, Dione, Isæa, Dero, Evagore, Psamathe, Eumolpe, Ione, Dynamene, Ceto, Limnorea.

CAP. III.

JUpiter autem Junonem sibi connubio junxit, ex eaque Heben, Ilithyan, & Argen procreavit: Ad hæc multis cum mortalibus tum immortalibus feminis rem habuit. Ex Themide igitur Cœli filia, Horas procreavit, Irenen, Eunomiam, Dicen: Parcas Clotho, Lachesin, Atropon. Ex Dione Venerem: ex Eurynome Oceani filia Gratias, Aglaiam, Euphrosynen, & Thaliam: de Styge Proserpinam: è Mnemosyne, Musas, quarum prima fuit Calliope, deinde Clio, Melpomene, Euterpe, Erato, Terpsichore, Urania, Thalia, & Polymnia.

§. 2. Atqui Calliopes & Oeagri, Linus, qui & patrem habuisse Apollinem dicitur, filius fuit, quem Hercules interemit: & Orpheus, qui citharœdicam exercuit: qui & canens lapides arboresq; movebat. Hic post Eurydicen conjugem serpentis morsu è medio sublatam, ad Inferos, revocaturus ipsam

ΚΕΦ. Γ.

ΖΕὺς δὲ γαμεῖ μὲν Ἥραν, καὶ τεκνοῖ Ἥβην, Εἰλείθυιαν, Ἄργην. μίγνυται δὲ πολλαῖς, θνηταῖς τε καὶ ἀθανάτοις γυναιξίν. ἐκ μὲν οὖν Θέμιδος τῆς Οὐρανοῦ, γεννᾷ θυγατέρας Ὥρας, Εἰρήνην, Εὐνομίαν, Δίκην. Μοίρας, Κλωθὼ, Λάχεσιν, Ἄτροπον. ἐκ Διώνης δὲ, Ἀφροδίτην. ἐξ Εὐρυνόμης δὲ τῆς Ὠκεανοῦ Χάριτας, Ἀγλαΐην, Εὐφροσύνην, Θάλειαν. ἐκ δὲ Στυγὸς, Περσεφόνην. ἐκ δὲ Μνημοσύνης, Μούσας, πρώτην μὲν Καλλιόπην, εἶτα Κλειὼ, Μελπομένην, Εὐτέρπην, Ἐρατὼ, Τερψιχόρην, Οὐρανίαν, Θάλειαν, Πολυμνίαν.

§. β. Καλλιόπης μὲν οὖν καὶ Οἰάγρου, κατ' ἐπίκλησιν δὲ Ἀπόλλωνος, Λῖνος, ὃν Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε· καὶ Ὀρφεὺς, ὁ ἀσκήσας κιθαρῳδίαν· ὃς ᾄδων ἐκίνει λίθους τε καὶ δένδρα· ἀποθανούσης δὲ Εὐρυδίκης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ δηχθείσης ὑπὸ ὄφεως, κατῆλθεν εἰς ᾅδου,

θέλων ἀγαγεῖν αὐτήν· καὶ Πλούτωνα ἔπεισεν ἀναπέμψαι· ὁ δὲ ὑπέσχετο τοῦτο ποιήσειν, ἂν μὴ πορευόμενος Ὀρφεὺς ἐπιστραφῇ πρὶν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ παραγενέσθαι· ὁ δὲ, ἀπιστῶν, ἐπιστραφεὶς ἐθεάσατο τὴν γυναῖκα. ἡ δὲ, πάλιν ἐπέστρεψεν· εὗρε δὲ Ὀρφεὺς καὶ τὰ Διονύσου μυστήρια, καὶ τέθαπται περὶ τὴν Πιερίαν, διασπασθεὶς ὑπὸ τῶν Μαινάδων.

deſcendit: ab eoq; perſuaſus Pluto ei reducendæ uxoris poteſtatem facit, ea lege, ut inter redeundum Orpheus conjugis conſpiciendæ gratiâ antea nunquam reſpiceret, quàm cùm jam domum perveniſſet ſuam. Ille autem haudquaquam fidens, converſus Eurydicen uxorem inſequentem ſpectavit: quæ tum ad Inferos remeavit. Poſt hæc Orpheus Dionyſij myſteriis inventis, diſcerptus à Mænadibus, ad Pieriam ſepultus fuiſſe proditur.

§. γ΄ Κλειὼ δὲ Πιέρου τοῦ Μάγνητος ἠράσθη κατὰ μῆνιν Ἀφροδίτης· ὠνείδισε γὰρ αὐτῇ τὸν τοῦ Ἀδώνιδος ἔρωτα. συνελθοῦσα δὲ ἐγέννησεν ἐξ αὐτοῦ παῖδα Ὑάκινθον. οὗ Θάμυρις, ὁ Φιλάμμωνος καὶ Ἀργιόπης νύμφης, ἔσχεν ἔρωτα, πρῶτος ἀρξάμενος ἐρᾷν ἀῤῥένων. ἀλλ' Ὑάκινθον μὲν ὕστερον Ἀπόλλων ἐρώμενον ὄντα, δίσκῳ βαλὼν, ἄκων ἀπέκτεινε. Θάμυρις δὲ, κάλλει διενεγκὼν καὶ κιθαρῳδίᾳ, περὶ μουσικῆς ἤρισε Μούσαις, συνθέμενος, ἂν μὲν κρείττων εὑρεθῇ, πλησιάσειν πάσαις· ἐὰν δὲ ἡττηθῇ, στερηθῇ οὗ ἂν ἐκεῖναι θέλωσι.

§ 3. Clio Pierum Magnetis filium, Veneris ira, quòd ei Adonidis amorem exprobraſſet, deperivit, cujus compreſſu Hyacinthum filium concepit. Hujus amore Thamyris, Philammonis & Argiopes Nymphæ filius, inflammatus fuit; ac maſculâ Venere primus uſus dicitur. Sed Hyacinthum amaſium diſco percuſſum Apollo invitus occidit. Thamyris cùm forma corporis præſtans, tum fidibus clarus, de cantu Muſas provocavit, omniumque concubitum victor, victus autem, illarum arbitratu ſe multatum iri paciſcitur.

Muſæ

Musæ itaque superatum Thamyrin, oculorum luce & citharœdica privant.

§. 4. Cæterum Rhesus fuit Euterpes ac Strymonis amnis filius, quem in bello Trojano Diomedes obtruncavit. Nec desunt, qui hunc Calliope natum scribant. Corybantes ex Apolline, & Thalia geniti sunt. At Melpomene & Acheloo, Sirenes; de quibus, ubi de Ulysse agetur, dicemus.

§. 5. Juno citrà cujusquam concubitum peperit Volcanum. Sed Homeri testimonio, & hunc Jove natum esse confirmatur: Quem Jupiter matri in vincula conjectæ opem ferentem de cœlo præcipitem dedit. Nam conjugem, quòd Herculi ad Ilium devastandum naviganti tempestatem intulisset, ex Olympo suspenderat. Volcanum verò in Lemno insula dejectum, & eo casu claudum factum, Thetis servavit incolumem.

§ 6. Jupiter ad hæc Thetidi, varias alternanti formas quo illius vitaret amplexus, immiscetur. Quam, cùm

καθυπέρτεραι δὲ αἱ Μοῦσαι γενόμεναι, καὶ τῶν ὀμμάτων αὐτὸν καὶ τῆς κιθαρῳδίας ἐστέρησαν.

§. δ. Εὐτέρπης δὲ καὶ ποταμοῦ Στρύμονος Ῥῆσος. ὃν ἐν Τροίᾳ Διομήδης ἀπέκτεινεν. ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσιν, ὅτι Καλλιόπης ὑπῆρχεν. Θαλείας δὲ καὶ Ἀπόλλωνος ἐγένοντο Κορύβαντες· Μελπομένης δὲ καὶ Ἀχελώου, Σειρῆνες· περὶ ὧν ἐν τοῖς περὶ Ὀδυσσέως ἐροῦμεν.

§. ε. Ἥρα δὲ, χωρὶς εὐνῆς ἐγέννησεν Ἥφαιστον· ὡς δὲ Ὅμηρος λέγει, καὶ τοῦτον ἐκ Διὸς ἐγέννησε. ῥίπτει δὲ αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ Ζεὺς, Ἥρᾳ δεθείσῃ βοηθοῦντα. ταύτην γὰρ ἐξεκρέμασε Ζεὺς ἐξ Ὀλύμπου, χειμῶνα ἐπιπέμψασαν Ἡρακλεῖ, ὅτε Τροίαν ἑλὼν ἔπλει. πεσόντα δ' Ἥφαιστον ἐν Λήμνῳ, καὶ πηρωθέντα τὰς βάσεις, διέσωσε Θέτις.

§. ς. Μίγνυται δὲ Ζεὺς Θέτιδι, μεταβαλλούσῃ εἰς πολλὰς ἰδέας, ὑπὲρ τοῦ μὴ συνελθεῖν. καὶ αὐτὴν γενο-

μένην ἔγκυον, καταπίνει φθάσας· ἐπείπερ ἔλεγε γεννήσειν παῖδα, μετὰ τὴν μέλλουσαν ἐξ αὐτῆς γενέσθαι κόρην, ὃς οὐρανοῦ δυνάστης γενήσεται· τοῦτο φοβηθεὶς, κατέπιεν αὐτήν. ὡς δ' ὁ τῆς γεννήσεως ἐνέστη χρόνος, πλήξαντος αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν πελέκει Προμηθέως, ἢ, καθάπερ ἄλλοι λέγουσι, καὶ Ἡφαίστου, ἐκ κορυφῆς ἐπὶ ποταμοῦ Τρίτωνος, Ἀθηνᾶ σὺν ὅπλοις ἀνέθορε.

ΚΕΦ. Δ.

Τῶν δὲ Κοίου θυγατέρων Ἀστερία μὲν, ὁμοιωθεῖσα ὄρτυγι, ἑαυτὴν εἰς θάλασσαν ἔρριψε, φεύγουσα τὴν πρὸς Δία συνουσίαν, καὶ πόλις ἀπ' ἐκείνης Ἀστερία πρότερον κληθεῖσα, ὕστερον δὲ Δῆλος. Λητὼ δὲ, συνελθοῦσα Διὶ κατὰ τὴν γῆν ἅπασαν ὑφ' Ἥρας ἠλαύνετο, μέχρις εἰς Δῆλον ἐλθοῦσα, γεννᾷ πρώτην Ἄρτεμιν· ὑφ' ἧς μαιωθεῖσα, ὕστερον Ἀπόλλωνα ἐγέννησεν. Ἄρτεμις μὲν οὖν, τὰ περὶ θήραν ἀσκήσασα, παρθένος ἔμεινεν· Ἀπόλλων δὲ, τὴν μαντικὴν μαθὼν παρὰ τοῦ Πανὸς

gravidam esse persensisset, absorbere occupat, quoniam post natam ex ea puellam, filium se parituram dicebat, qui cœli dominatione potiturus esset. Id futurum veritus eam absorbuit. Ubi verò pariendi tempus advenit, Prometheus, sive, ut alij tradunt, Volcanus, ejus caput securi percussit, déque illius vertice secùs Tritonem amnem armata Pallas exilivit.

CAP. IV.

Cæterùm de Cœi filiabus Asteria fugiens Jovis complexum in coturnicem mutata seipsam demisit in mare, quæ ab ea urbs Asteria appellata fuit, quæ postea Delos nomen accepit. Siquidem Latonam ab Jove compressam per universum terrarum orbem Juno insectata est, donec Delum pervenit, atque ibi Dianam prius peperit: qua obstetrice adjuta mater Apollinem deinceps edidit. Enimvero Diana venationis studio delectata, virgo permansit: Apollo autem divinandi facultatem edoctus à Pane

Jovis & Contumeliæ filio, Delphos, quo tempore Themis illic oracula dabat, se contulit. At cùm templi custos Pytho serpens ab hiatus aditu prohiberet Apollinem, hoc perempto Deus oraculi locum occupat, neque longo pòst tempore Tityum quoque Jovis ex Elara Orchomeni filia natum interemit: quám Jupiter ubi compressit, Junonis metu sub terram occuluit, conceptumque filium Tityum inusitatæ magnitudinis in lucem edidit. Hic igitur in Pythonem contendens, Latonam conspicatus, ejusque desiderio detentus, abripit. Hæc filiorum opem implorat, ij Tityum sagitis conficiunt: qui & mortuus cruciatur. Vultures enim apud Inferos ejus cor depascere nunquam desistunt.

§. 2. Apollo etiam Marsyan Olympi filium occidit. Hic enim, cùm tibias invenisset, quas Minerva, quód informem vultum efficerent, abjecerat, Apollinem de Musica provocare non dubitavit. Hoc de compacto in

τοῦ Διὸς καὶ Ὑβρέως, ἧκεν εἰς Δέλφοις, χρησμῳδούσης τότε Θέμιδος. ὡς δὲ ὁ φρουρῶν τὸ μαντεῖον Πύθων ὄφις, ἐκώλυεν αὐτὸν παρελθεῖν ἐπὶ τὸ χάσμα, τοῦτον ἀνελὼν, τὸ μαντεῖον παραλαμβάνει. κτείνει δὲ μετ' οὐ πολὺ καὶ Τιτυόν· ὃς ἦν Διὸς υἱὸς, καὶ τῆς Ὀρχομενοῦ θυγατρὸς Ἐλάρης, ἣν Ζεὺς, ἐπειδὴ συνῆλθε, δείσας Ἥραν, ὑπὸ γῆν ἔκρυψε· καὶ τὸν κυοφορηθέντα παῖδα Τιτυὸν ὑπερμεγέθη, εἰς φῶς ἀνήγαγεν. οὗτος ἐρχόμενος εἰς Πύθωνα, Λητὼ θεωρήσας, πόθῳ κατασχεθεὶς ἐπισπᾶται· ἡ δὲ, τοὺς παῖδας ἐπικαλεῖται, καὶ κατατοξεύουσιν αὐτόν· κολάζεται δὲ καὶ μετὰ θάνατον· γῦπες γὰρ αὐτοῦ τὴν καρδίαν ἐν ᾅδου ἐσθίουσιν.

§. β. Ἀπέκτεινε δὲ Ἀπόλλων καὶ τὸν Ὀλύμπου παῖδα Μαρσύαν. οὗτος γὰρ, εὑρὼν αὐλοὺς, οὓς ἔρριψεν Ἀθηνᾶ, διὰ τὸ τὴν ὄψιν αὐτῆς ποιεῖν ἄμορφον, ἦλθεν εἰς ἔριν περὶ μουσικῆς Ἀπόλλωνι. συνθεμένων δὲ αὐτῶν, ἵνα

ὁ νικήσας, ὃ βούλεται διαθῇ τὸν ἡττημένον, τῆς κρίσεως γινομένης. τὴν κιθάραν στρέψας, ἠγωνίζετο ὁ Απόλλων, καὶ ποιεῖν ἐκέλευσε τὸν Μαρσύαν. τοῦ δὲ ἀδυνατοῦντος, εὑρεθεὶς κρείσσων ὁ Απόλλων, κρεμάσας τὸν Μαρσύαν ἔκ τινος ὑπερτενοῦς πίτυος, ἐκτεμὼν τὸ δέρμα, οὕτως διέφθειρεν.

§. γ. Ωρίωνα δὲ Αρτεμις ἀπέκτεινεν ἐν Δήλῳ. τοῦτον γηγενῆ λέγουσιν ὑπερμεγέθη τὸ σῶμα· Φερεκύδης δὲ αὐτὸν Ποσειδῶνος καὶ Εὐρυάλης λέγει. ἐδωρήσατο δὲ αὐτῷ Ποσειδῶν διαβαίνειν τὴν θάλασσαν. οὗτος μὲν ἔγημε Σίδην· ἣν ἔρριψεν εἰς ᾅδου περὶ μορφῆς ἐρίσασαν Ηρα. αὖθις δὲ ἐλθὼν εἰς Χίον, Μερόπην τὴν Οἰνοπίωνος ἐμνηστεύσατο. μεθύσας δὲ Οἰνοπίων αὐτὸν, κοιμώμενον ἐτύφλωσε, καὶ παρὰ τοῖς αἰγιαλοῖς ἔρριψεν. ὁ δὲ, ἐπὶ τὸ χαλκεῖον ἐλθὼν, καὶ ἁρπάσας παῖδα ἕνα, ἐπὶ τῶν ὤμων ἐπιθέμενος, ἐκέλευσε ποδηγεῖν πρὸς τὰς ἀνατολάς. ἐκεῖ δὲ

certamen descendunt, ut victor arbitratu suo devictum afficiat. Inito igitur certamine, conversa cithara certabat Apollo, idemque ut Marsyas faceret, imperavit: quod cùm ille nequiret, Apollo præstantior est inventus. Quare suspensum Marsyan è proxime ac patulæ pini ramo detracta pelle ita confecit.

§. 3. Sed & Diana Orionem in Delo necavit. Hunc terra natũ vastissima corporis magnitudine fuisse memorant: eum Neptuni ex Euryale filium Pherecydes esse refert. Huic à Neptuno patre in summo mari pedibus incedendi facultas data fuit. Hic Siden uxorem habuit, quem Juno secum de forma certare ausam ad Inferos detrusit; Quique cùm remeasset in Chium, Meropen Oenopionis filiam in connubium postulavit. Hunc Oenopion per ebrietatem somno gravatum excęcavit, & secus littora ejecit. Hic officinam ærariam ingressus puerùm abripuit, ac suis humeris imposuit, seque versùs orientem solem ut ductaret, imperavit: quò cùm

venisset, solis radiis excalfactus, pristinam oculorum lucem recuperavit, inde confestim adversus Oenopionem contendit. Sed & Neptuno quidem Volcani artificio subterraneum domicilium fecit.

§.4. Ad hæc Aurora Orionis amore capta ipsum rapuit, ac secum in Delum transtulit: Nam Venus, quód cum Marte concubuerat, perpetuo illam ardore cruciabat. Nec desunt qui scribant, Orionem, quód Dianam, ut secum disco luderet, invitasset, occisum fuisse. Sed aliis proditur inferentem vim Opi uni è virginibus, quæ ab Hyperboreis venerant, á Diana sagittis confixum fuisse.

§.5. Neptunus autem Amphitriten Oceani filiam sibi conjugio copulavit: ex qua Triton ac Rhode, quæ Soli nupsit, orti sunt.

CAP. V.

Pluto Proserpinæ amore succensus incredibili, eam Jovis adjumento furtim rapuit. At Ceres, accensis facibus, noctes, atque dies universum terrarum orbem

παραγινόμενος, ἀνέβλεψεν ἐκκαεὶς ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος, καὶ διὰ ταχέων ἐπὶ τὸν Οἰνοπίωνα ἔσπευδεν. ἀλλὰ τῷ μὲν Ποσειδῶνι, Ἡφαιστότευκτον ὑπὸ γῆν κατεσκεύασεν οἶκον.

§ δ. Ὠρίωνος δ' Ἠὼς ἐρασθεῖσα ἥρπασε, καὶ ἐκόμισεν εἰς Δῆλον. ἐποίει γὰρ αὐτὴν Ἀφροδίτη συνεχῶς ἐρᾶν, ὅτι Ἄρει συνευνάσθη. ὁ δὲ Ὠρίων, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, ἀνῃρέθη, δισκεύειν Ἄρτεμιν προκαλούμενος· ὡς δὲ τινες, βιαζόμενος Ὦπιν, μίαν τῶν ἐξ Ὑπερβορέων παραγενομένων παρθένων, ὑπ' Ἀρτέμιδος ἐτοξεύθη.

§. ε. Ποσειδῶν δὲ, Ἀμφιτρίτην τὴν Ὠκεανοῦ γαμεῖ· καὶ αὐτῷ γίνεται Τρίτων καὶ Ῥόδη, ἣν Ἥλιος ἔγημε.

ΚΕΦ. Ε.

Πλούτων δὲ, Περσεφόνης ἐρασθεὶς, Διὸς συνεργοῦντος, ἥρπασεν αὐτὴν κρύφα. Δήμητρα δὲ, μετὰ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας, κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν

ζητοῦσα περιῄει. μαθοῦσα δὲ παρ' Ἑρμιονέων, ὅτι Πλούτων αὐτὴν ἥρπασεν, ὀργιζομένη θεοῖς, ἀπέλιπεν οὐρανόν· εἰκασθεῖσα δὲ γυναικὶ, ἧκεν εἰς Ἐλευσῖνα· καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὴν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν Ἀγέλαστον ἐκάθισε πέτραν παρὰ τὸ Καλλίχορον φρέαρ καλούμενον· ἔπειτα πρὸς Κελεὸν ἐλθοῦσα τὸν βασιλεύοντα τότε Ἐλευσινίων, ἔνδον οὐσῶν γυναικῶν, καὶ λεγουσῶν τούτων, παρ' αὐτὰς καθίζεσθαι, γραῖά τις Ἰάμβη, σκώψασα τὴν θεὰν, ἐποίησε μειδιᾶσαι· διὰ τοῦτο ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις τὰς γυναῖκας σκώπτειν λέγουσιν. ὄντος δὲ τῇ Κελεοῦ γυναικὶ Μετανείρᾳ παιδίου, τοῦτο ἔθρεψεν ἡ Δημήτηρ παραλαβοῦσα· βουλομένη δὲ αὐτὸ ἀθάνατον ποιῆσαι, τὰς νύκτας εἰς πῦρ κατετίθει τὸ βρέφος, καὶ περιῄρει τὰς θνητὰς σάρκας αὐτοῦ.

§. β. Καθ' ἡμέραν δὲ, παραδόξως αὐξανομένου τοῦ Δημοφῶντος, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ παιδὶ, ἐπετήρησεν

vestigando lustravit: quæ, ubi renunciatur, à Plutone filiam fuisse abreptam, Diis irata cœlum reliquit, mortalique assimilata mulieri, Eleusinem contendit, ac primo quidem lapidem Ἀγέλαστον de suo mœrore appellatum, non procul à Callichoro puteo, insedit; Inde ad Celeum jam tum Eleusiniorum Regem profecta, ad illius mulieres introducta est: à quibus, cùm, ut assideret, rogaretur, Anus quædam, cui Iambe nomen fuit, Deam scommatibus lacessivit: eáq; ratione risum illi excussit: qua de re in Thesmophoriis, mulieribus scommatum licentiam enatam fuisse memorant. Celeo tum ex Metanira conjuge filius erat: hunc in sinu suo assumptum Ceres alebat, quem, cùm immortalem facere vellet, per noctes in igne deponebat infantem, ac eum in modum, quidquid in illo mortalitatis inerat, adimebat.

§. 2. Puer autem, cui Deiphonti nomen erat, in dies supra quàm credi posset, adolescebat: mater quidnam

Dea faceret, observat, cúmque igne coopertum deprehendisset filiolum, exclamavit; Quocirca puer ab igne fuit absumptus, seque ipsam Dea agnoscendam dedit; ac Triptolemo Metaniræ natorum maximo currum ab alatis trahendum draconibus comparat, triticúmque concessit, quod per aërem vectus universo terrarum orbi ferendum condonaret. Atqui Panyasis Triptolemum Eleusinis filium facit: ad eum enim Cererem pervenisse refert; Pherecydes autem ipsum Oceano & terra natum esse ait.

§. 3. Inter hæc Jupiter Plutoni, ut Proserpinam remitteret, imperavit. Quare Pluto, ne penes matrem ea diu remaneret, Punici mali granum dedit illi comedendum. Hæc autem, cùm quid mandaret, minimè prævideret, idipsum confecit. Ceres Ascalapho, Acherontis & Gorgyræ filio, quod falsum in eam testimonium dixisset, grave superimposuit saxum apud Inferos. Sic demum Proserpina tertiam singulorum annorum partem cum

Μεταίνειρα τί πράξει θεά. καὶ καταλαβοῦσα εἰς πῦρ ἐγκεκρυμμένον ἀνεβόησε. διόπερ τὸ μὲν βρέφος ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀνηλώθη, ἡ θεὰ δὲ αὐτὴν ἐξέφηνε· Τριπτολέμῳ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν Μετανείρας παίδων, δίφρον κατασκευάσασα πτηνῶν δρακόντων, καὶ πυρὸν ἔδωκεν, ᾧ τὴν ὅλην οἰκουμένην δι' οὐρανοῦ αἰρόμενος κατέσπειρε. Πανύασις δὲ, Τριπτόλεμον Ἐλευσῖνος λέγει. φησὶ γὰρ Δήμητραν πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν· Φερεκύδης δὲ φησὶν αὐτὸν υἱὸν Ὠκεανοῦ καὶ Γῆς.

§. γ. Διὸς δὲ Πλούτωνι τὴν Κόρην ἀναπέμψαι κελεύσαντος, ὁ Πλούτων, ἵνα μὴ πολὺν χρόνον παρὰ τῇ μητρὶ καταμείνῃ, ῥοιᾶς ἔδωκεν αὐτῇ φαγεῖν κόκκον. ἡ δὲ, οὐ προειδομένη τὸ συμβησόμενον, κατηνάλωσεν αὐτόν. καταμαρτυρήσαντος δὲ αὐτῆς Ἀσκαλάφου τοῦ Ἀχέροντος, καὶ Γοργύρας, τούτῳ μὲν Δημήτηρ ἐν ᾅδου βαρεῖαν ἐπέθηκε πέτραν. Περσεφόνη δὲ, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, τὸ μὲν τρίτον, μετ'

Πλούτωνος ἠναγκάσθη μένειν· τὸ δὲ λοιπὸν, παρὰ τοῖς θεοῖς. περὶ μὲν οὖν Δήμητρος ταῦτα λέγεται.

Plutone manere compellitur. Quod supereſt illi cum ſuperis degendum fuit. Hæc itaque ſunt quæ de Cerere traduntur.

ΚΕΦ. ς.

Γῆ δὲ, περὶ Τιτάνων ἀγανακτοῦσα, γεννᾷ Γίγαντας ἐξ Οὐρανοῦ, μεγέθει μὲν σωμάτων ἀνυπερβλήτους, δυνάμει δὲ ἀκαταγωνίστους· οἳ φοβεροὶ μὲν ταῖς ὄψεσι κατεφαίνοντο, καθειμένοι βαθεῖαν κόμην ἐκ κεφαλῆς καὶ γενείων· εἶχον δὲ τὰς βάσεις φολίδας δρακόντων· ἐγένοντο δὲ, ὡς μέν τινες λέγουσιν, ἐν Φλέγραις· ὡς δὲ ἄλλοι, ἐν Πελλιώνῃ. ἠκόντιζον δὲ εἰς οὐρανὸν πέτρας, καὶ δρῦς ἡμμένας· διέφερε δὲ πάντων Πορφυρίων τε καὶ Ἀλκυονεύς. ὃς δὴ καὶ ἀθάνατος ἦν, ἐν ᾗπερ ἐγεννήθη γῇ μαχόμενος· οὗτος δὲ καὶ τὰς Ἡλίου βόας ἐξ Ἐρυθίας ἤλασε· τοῖς δὲ θεοῖς λόγιον ἦν, ὑπὸ θεῶν μὲν μηδένα τῶν γιγάντων ἀπολέσθαι δύνασθαι· συμμαχοῦντος δὲ θνητοῦ τινος, τελευ-

CAP. VI.

Ops ad hæc Titanibus irata, Gigantes è Cœlo non modo corporis magnitudine præcellentes, ſed viribus etiam invictiſſimos procreavit : qui terribili planè vultu, ac promiſſo è capite, & prolixa è mento barba, præditi eſſe videbantur, & anguineos pedes habuiſſe produntur. Sunt qui in Phlegræis campis, alij verò ad Pellenen eos habitaſſe ferunt. In cœlum ſaxa atque accenſas arbores jaculabantur : in quibus Porphyrionem & Halcyoneum omnium facilè principes fuiſſe legimus. Qui eâ, in qua natus eſſet, terra, dimicans, erat immortalis. Hic etiam Solis boves ex Erythia abegiſſe dicitur. Cæterum inter Deos rumor erat, Gigantum poſſe occidi neminem : verum ſi mortalium quiſquam in ſocietatem arceſſatur, eos interituros

rituros eſſe. Quod cùm Terra præſenſiſſet, ne mortalis cujuſpiam viribus Gigantes occiderent, remedium quæritabat. Tum Jupiter Auroræ, Lunæ, ac Soli ne proderent, imperavit. Ipſe itaque medicamentum ne Terra comperiret, antevertens pręcidit. Siquidem ad ſe conſilio Palladis Herculem ſocium arceſſivit. Qui primus omnium Halcyoneum ſagitta confoſſum interemit: hic autem longè plus quàm antea virium reſumebat à Terra, donec Minerva ſubmonente, ipſum extra Pellenem urbem abſtraxit: atque ita mortuus eſt.

πίπτειν. αἰσθομένη δὲ Γῆ τοῦτο, ἐζήτει φάρμακον, ἵνα μηδ' ὑπὸ θνητοῦ δυνηθῶσιν ἀπολέσθαι· Ζεὺς δ' ἀπειπὼν φαίνειν Ἠοῖ τε καὶ Σελήνῃ, καὶ Ἡλίῳ· τὸ μὲν φάρμακον αὐτὸς ἔταμε φθάσας· Ἡρακλέα δὲ σύμμαχον δι' Ἀθηνᾶς ἐπεκαλέσατο, κἀκεῖνος πρῶτον μὲν ἐτόξευσεν Ἀλκυονέα· αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῆς γῆς μᾶλλον ἀνεθάλπετο· Ἀθηνᾶς δὲ ὑποθεμένης, ἔξω τῆς Πελλήνης εἵλκυσεν αὐτόν. κἀκεῖνος μὲν οὕτω ἐτελεύτα.

§. 2. Porphyrion autem in Herculem & Junonem pugnans impetum facit. Cui tum Jupiter Junonis deſiderium injecit: quæ, cùm ſibi peplum deſcindi, ac vim parari videret, opem advocat. Tum Gigas ab Jove fulminatus, & ab Hercule ſagittis transfixus occubuit. Inter cæteros Apollo lævum Ephialtæ oculum, dexterum Hercules, ſagittarum ictu effoderunt; Eurytum verò querno

§. β. Πορφυρίων δὲ Ἡρακλεῖ κατὰ μάχην ἐφώρμησε, καὶ Ἥρᾳ. Ζεὺς δὲ αὐτῷ πόθον Ἥρας ἐνέβαλεν, ἥτις καὶ καταῤῥηγνύντος αὐτοῦ τοὺς πέπλους, καὶ βιάζεσθαι θέλοντος, βοηθοὺς ἐπεκαλεῖτο. καὶ Διὸς κεραυνώσαντος αὐτὸν, Ἡρακλῆς τοξεύσας ἀπέκτεινε. τῶν δὲ λοιπῶν, Ἀπόλλων μὲν Ἐφιάλτου τὸν ἀριστερὸν ἐτόξευσεν ὀφθαλμὸν, Ἡρακλῆς δὲ τὸν δεξιόν. Εὔρυτον δὲ θύρσῳ.

δρυὸς ἔκτεινε· Κλύτιον δὲ φασὶν Ἑκάτη· μᾶλλον δὲ Ἥφαιστος, βαλὼν μύδροις. Ἀθηνᾶ δὲ Ἐγκελάδῳ φεύγοντι, Σικελίαν ἐπέρριψε τὴν νῆσον. Πάλλαντος δὲ τὴν δορὰν ἐκτεμοῦσα, ταύτῃ κατὰ τὴν μάχην τὸ ἴδιον ἐπέσκεπε σῶμα. Πολυβώτης δὲ διὰ τῆς θαλάσσης διωχθεὶς ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος, ἧκεν εἰς Κῶ. Ποσειδῶν δὲ τῆς νήσου μέρος [διαρρήξας] ἐπέρριψεν αὐτῷ, τὸ λεγόμενον Νίσυρον. Ἑρμῆς δὲ, τὴν Ἄϊδος κυνέην ἔχων κατὰ τὴν μάχην, Ἱππόλυτον ἀπέκτεινεν· Ἄρτεμις δὲ * Γρατίωνα· Μοῖραι δ' Θόωνα χαλκέοις ῥοπάλοις μαχομένους· τοὺς δὲ ἄλλους κεραυνοῖς Ζεὺς βαλὼν διέφθειρε. πάντας δὲ Ἡρακλῆς ἀπολλυμένους ἐτόξευσεν.

§ γ. Ὡς δ' ἐκράτησαν οἱ θεοὶ τῶν Γιγάντων, Γῆ μᾶλλον χολωθεῖσα, μίγνυται Ταρτάρῳ, καὶ γεννᾷ Τυφῶνα ἐν Σικελίᾳ, μεμιγμένην ἔχοντα φύσιν, ἀνδρὸς καὶ θηρίου. οὗτος μὲν καὶ μεγέθει καὶ δυνάμει πάντων διήνεγκεν, ὅσους ἐγέννησε Γῆ· ἦν δὲ αὐτῷ τὰ μὲν ἄχρι

telo peremit. Clytium ab Hecate, seu potius à Volcano candenti ferro occisum fuisse scribunt. Minerva Encelado fugienti Siciliam insulam injecit. Pallanti autem pelle detracta in pugna, suum sibi corpus contexit. Polybotes item per maris fluctus Neptuno insectante, in Cô tandem pervenit. In hunc Deus insulæ partem revulsam pro telo conjecit: quæ Nisyron dicitur. Mercurius Orci galea tectus pugna confecit Hippolytum, * Grationem Diana, Agrium deinde Parcæ & Thoonem, ænea clava pugnantes contuderunt. Reliquos autem fulmine ictos Jupiter interfecit; sed & Hercules ita pereuntes sagittis confodit.

§. 3. Post igitur debellatos à Superis Gigantas Terra longè atrocius indignata Tartaro immiscetur, ac Typhonem duplici natura, humana simul atque ferina constantem in Sicilia parit. Hic & corporis vastitate & robore cæteris omnibus quos Terra genuerat, antecellebat. Huic etiam crurum te-

nus immenſa humanæ formæ magnitudo erat, ut omnium montium cacuminibus altior eſſe videretur: cujus etiam caput ſæpenumero aſtra pertingebat. Sed & ejuſdem manuum altera ad occidentem uſque, altera ad orientem pertinebant: ex his centum draconum capita eminebant. In cruribus maximas viperarum ſpiras ille continebat: quarum volumina ad verticem ipſum uſque protendebantur; eæque viperæ ingentem ſibilum excitabant. Typhonis corpus erat totum pennis circumdatum: Squalentes autem è capite crines, & mento barba impexa prolixaque, ventilabant. Ignis oculis emicabat. Talis itaque tantuſque Typhon candentes in cœlum lapides jaculatus, cum ſibilo ſimul atque boatu ferebatur; magna etiam ex ipſius ore ignis procella defervebat. Hunc ubi Dij in cœlum proſpiciunt irrumpentem, acti in fugam properare in Ægyptum cœperunt, & ubi illum inſequentem vident, in varias animantium formas ſeſe

μηρῶν ἄπλετον μέγεθος ἀνδρόμορφον, ὥστε ὑπερέχειν μὲν πάντων τῶν ὀρῶν· ἡ δὲ κεφαλὴ, πολλάκις τῶν ἄστρων ἔψαυε· χεῖρας δὲ εἶχε, τὴν μὲν, ἐπὶ τὴν ἑσπέραν ἐκτεινομένην. τὴν δὲ, ἐπὶ τὰς ἀνατολάς. ἐκ τούτων δὲ ἐξεῖχον ἑκατὸν κεφαλαὶ δρακόντων· τὰ δὲ ἀπὸ μηρῶν, σπείρας εἶχεν ὑπερμεγέθεις ἐχιδνῶν· ὧν ὁλκοὶ πρὸς αὐτὴν ἐκτεινόμενοι κορυφὴν, συριγμὸν πολὺν ἐξίεσαν· πᾶν δὲ αὐτοῦ τὸ σῶμα κατεπτέρωτο, αὐχμηραὶ δὲ ἐκ κεφαλῆς καὶ γενείων τρίχες ἐξηνεμοῦντο· πῦρ δὲ ἐδέρκετο τοῖς ὄμμασι. τοιοῦτος ὢν ὁ Τυφὼν καὶ τηλικοῦτος, ἡμμένας βάλλων πέτρας ἐπ' αὐτὸν οὐρανὸν, μετὰ συριγμῶν ὁμοῦ καὶ βοῆς ἐφέρετο· πολλὴ δὲ ἐκ τοῦ στόματος πυρὸς ἐξέβρασσε ζάλη. θεοὶ δ', ὡς εἶδον αὐτὸν ἐπ' οὐρανὸν ὁρμώμενον, εἰς Αἴγυπτον φυγάδες ἐφέροντο, καὶ διωκόμενοι, τὰς ἰδέας μετέβαλον

εἰς ζῷα. Ζεὺς δὲ πόρρω μὲν ὄντα Τυφῶνα ἔβαλλε κεραυνοῖς· πλησίον δὲ γενόμενον, ἀδαμαντίνῃ κατέπλησσεν, καὶ φεύγοντα ἄχρι τοῦ Κασίου ὄρους, συνεδίωξε· τοῦτο δὲ ὑπέρκειται Συρίας. κᾆθι δὲ αὐτὸν κατατετρωμένον ἰδὼν, εἰς χεῖρας συνέβαλε. Τυφῶν δὲ, ταῖς σπείραις περιπλεχθεὶς, κατέσχεν αὐτόν· καὶ τὴν ἅρπην περιελόμενος, τά τε τῶν χειρῶν, καὶ τῶν ποδῶν διέτεμε νεῦρα, ἀράμενος δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων, διεκόμισεν αὐτὸν διὰ τῆς θαλάσσης, εἰς Κιλικίαν· καὶ παρελθὼν, εἰς τὸ Κωρύκιον ἄντρον κατέθετο· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ νεῦρα κρύψας ἄρκτου δορᾷ, κεῖθι ἀπέθετο, καὶ κατέστησε Δελφύνην δράκαιναν· (ἡμίθηρ δὲ ἦν αὕτη ἡ κόρη) Ἑρμῆς δὲ καὶ Αἰγίπαν ἐκκλέψαντες τὰ νεῦρα, ἥρμοσαν τῷ Διὶ λαθόντες. Ζεὺς δὲ, τὴν ἰδίαν ἀνακομισάμενος ἰσχὺν, ἐξαίφνης ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ πτηνῶν ὀχούμενος ἵππων ἅρματι, βάλλων κεραυνοῖς, ἐπ᾽ ὄρος ἐδίωξε Τυφῶνα, τὸ λεγόμενον Νύ-

quiſque tranſmutabant. Jupiter autem procul à ſe Typhonem conſpicatus, fulmine percuſſit: ubi verò cominùs fuit, adamantina illum falce deterruit: ac fugientem ad Caſium uſque extremæ Syriæ montem perſecutus eſt: ibíque cùm ſaucium eſſe cognoviſſet, manus conſeruit. Typho autem ſpirarum volumine circumplexum Jovem detinuit, eique harpe adempta, pedum manuumq; nervos diſſecuit, impoſitumque humeris in Ciliciam uſque tranſvexit: quò cùm perveniſſet, intra Corycium antrum depoſuit, ſimilemque ad modum nervos præciſos in urſi pelle occultatos ibidem collocavit, ac Delphynem ſerpentem, (ſemifera hæc erat puella) velut cuſtodem appoſuit. Interim verò Mercurius & Ægipan nervos ſuffurati, clanculum Jovi rurſus compegerunt. Mox Jupiter receptis priſtinis viribus, alatos equos currui repente jungit, eumq; actutùm conſcendit, ac Typhonem ad Nyſam uſque montem fulminibus impetendo, eſt per-

ſecutus, quò à Jove actum Parcæ deceperunt. Nam, cùm ipſi in animum induxiſſent, ſe valentiorem fore, matura ac mitia poma guſtavit. Proinde cùm Jovem rurſus inſequentem videret, contendit in Thraciam, pugnáq; ad Hæmum commiſſa, ſolidos montes jaculatus eſt. Hi verò contra nova fulminum vi deturbantur, multúmque in ipſo monte ſanguinis exundavit: à quo Hæmi nomen factum fuiſſe ferunt; Cuique cùm per Siculum mare fugere incœpiſſet, Jupiter Ætnam Siciliæ montem ſuperinjecit: Hic miræ vaſtitatis eſt, à quo in hanc uſque tempeſtatem ob frequentem fulminum jactum, ignium in eo fieri ſpiramenta ferunt. De his autem hæc hactenùs à nobis dicta ſunto.

σαν· ἐπεὶ Μοῖραι αὐτὸν διωχθέντα ἠπάτησαν. πεισθεὶς γὰρ ὅτι ῥωσθήσεται μᾶλλον, ἐγεύσατο τῶν ἐφημέρων καρπῶν· διόπερ ἐπιδιωκόμενος αὖθις, ἧκεν εἰς Θρᾴκην, καὶ μαχόμενος περὶ τὸν Αἷμον, ὅλα ἔβαλεν ὄρη. τούτων δὲ ἐπ' αὐτὸν ὑπὸ τοῦ κεραυνοῦ πάλιν ὠθουμένων, πολὺ ἐπὶ τῷ ὄρει ἐξέκλυσεν αἷμα· καί φασιν ἐκ τούτου τὸ ὄρος κληθῆναι Αἷμον. φεύγειν δὲ ὁρμηθέντος αὐτοῦ διὰ τῆς Σικελικῆς θαλάσσης, Ζεὺς ἐπέῤῥιψεν Αἴτνην ὄρος ἐν Σικελίᾳ· τοῦτο δὲ ὑπερμέγεθές ἐστιν· ἐξ οὗ μέχρι δεῦρο φασὶν ἀπὸ τῶν βληθέντων κεραυνῶν γίνεσθαι πυρὸς ἀναφυσήματα. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων μέχρι τοῦ δεῦρο, ἡμῶν λελέχθω.

CAP. VII.

INtereà verò Prometheus formatis ex aqua & terra hominibus, clàm Jove ignem in ferula furatus dedit. Quod ubi ſenſit Jupiter, Volcano ad montem Caucaſum religandum affigendúmque

ΚΕΦ. ζ.

ΠΡομηθεὺς δὲ, ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀνθρώπους πλάσας, ἔδωκεν αὐτοῖς καὶ πῦρ λάθρα Διὸς, ἐν νάρθηκι κρύψας. ὡς δὲ ᾔσθετο Ζεὺς, ἐπέταξεν Ἡφαίστῳ τῷ Καυκάσῳ ὄρει τὸ σῶμα αὐτοῦ

προσηλῶσαι· τοῦτο δὲ Σκυθικὸν ὄρος ἐστίν. ἐν δὲ τούτῳ προσηλωθεὶς Προμηθεὺς, πολλῶν ἐτῶν ἀριθμὸν ἐδέδετο· καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν ἀετὸς ἐφιπτάμενος, αὐτοῦ λοβοὺς ἐνέμετο τῶν ἡπάτων αὐξανομένων διὰ νυκτός. καὶ Προμηθεὺς μὲν πυρὸς κλαπέντος δίκην ἔκτινε ταύτην, μέχρις Ἡρακλῆς αὐτὸν ὕστερον ἔλυσεν, ὡς ἐν τοῖς καθ' Ἡρακλέα δηλώσομεν.

§. β. Προμηθέως δὲ παῖς Δευκαλίων ἐγένετο. οὗτος βασιλεύων τῶν περὶ τὴν Φθίαν τόπων, γαμεῖ Πύῤῥαν τὴν Ἐπιμηθέως καὶ Πανδώρας, ἣν ἔπλασαν θεοὶ πρώτην γυναῖκα. ἐπεὶ δὲ ἀφανίσαι Ζεὺς τὸ χαλκοῦν γένος ἠθέλησεν, ὑποθεμένου Προμηθέως, Δευκαλίων τεκτηνάμενος λάρνακα, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐνθέμενος, εἰς ταύτην μετὰ Πύῤῥας εἰσέβη. Ζεὺς δὲ, πολὺν ὑετὸν ἀπ' οὐρανοῦ χέας, τὰ πλεῖστα μέρη τῆς Ἑλλάδος κατέκλυσεν· ὥστε διαφθαρῆναι πάντας ἀνθρώπους, ὀλίγων χω-

dedit. Scythiæ mons eſt Caucaſus, ubi Prometheus clavis confixus multorum annorum curriculo religatus permanſit; ad quem Aquila quotidie devolans hujus hepatis fibras per noctem ſuccreſcentes depaſcebatur. Igitur ob ignis furtum hanc pœnam Prometheum dediſſe memorant, donec Hercules eum vinculis liberavit: quemadmodùm in rebus ab Hercule geſtis demonſtrabimus.

§. 2. Cæterùm Deucalion Promethei filius fuit. Hic imperio tenens ea loca quæ ad Phthiam ſunt, Pyrrham filiam Epimethei & Pandoræ, quam mulierem omnium primam Dij finxerunt, uxorem duxit. Pòſt, ubi prolem æneam tollendam Jupiter cenſuit, Deucalion Promethei conſilio fabrefacta è lignis arca, in eámque ad vitam tranſigendam rebus neceſſariis impoſitis, cum Pyrrha ingreſſus eſt. Mox Jupiter largè effuſis de cœlo imbribus, maximam Græciæ partem cooperuit: ut, quicquid in ea mortalium foret, interierit, præter admodum

paucos, qui in altissimos circa montes confugerant. Tum verò Thessalicos montes aquarum diluvij immunes fuisse ferunt, necnon, quæ sunt Isthmum extra & Peloponnesum loca, undarum vi omnia contecta fuerunt; quo tempore Deucalion novem dies, totidémque noctes pelago circumlatus, Parnassum demum appellit, ibique cùm imbres desiissent, egressus, Jovi Phyxio, [qui ad eum confugientibus opem ferre consuevit] sacris operatur. Jupiter intereà demisso ad Deucalionem Mercurio, ut rogaret, quid ab eo vellet, injunxit. Quo facto Deucalion humani generis reparationem deposcit: inde Jovis monitu sumptos de terra lapides trans caput jactavit: tum quos misit Deucalion, virorum faciem traxerunt: qui verò Pyrrhæ jactu transmissi sunt, in feminas abiere. Hinc itaque λαοὶ, quod est populi, translatione quadam dicti sunt, quasi lapidei. λᾶας enim lapidem significat. Porrò ex Deucalione ac Pyrrha alios, quem ab Jove ortum

εἰς, οἳ συνέφυγον εἰς τὰ πλησίον ὑψηλὰ ὄρη. τότε δὲ καὶ τὰ κατὰ Θεσσαλίαν ὄρη διέστη, καὶ τὰ ἐκτὸς Ἰσθμοῦ καὶ Πελοποννήσου συνεχέθη πάντα. Δευκαλίων δὲ ἐν τῇ λάρνακι, διὰ τῆς θαλάσσης φερόμενος, ἐφ' ἡμέρας ἐννέα, καὶ νύκτας ἴσας, τῷ Παρνασῷ προσίσχει, κἀκεῖ τῶν ὄμβρων παῦλαν λαβόντων, ἐκβὰς ἔθυσε Διὶ Φυξίῳ. Ζεὺς δὲ, πέμψας Ἑρμῆν πρὸς αὐτὸν, ἐπέτρεψεν αἰτεῖσθαι ὅ, τι βούλεται. ὁ δὲ, αἰτεῖται ἀνθρώπους αὐτῷ γενέσθαι· καὶ Διὸς εἰπόντος, ὑπὲρ κεφαλῆς αἴρων ἔβαλλε τοὺς λίθους· καὶ οὓς μὲν ἔβαλλεν ὁ Δευκαλίων, ἄνδρες ἐγένοντο· οὓς δὲ Πύῤῥα, γυναῖκες· ὅθεν καὶ λαοὶ μεταφορικῶς ὠνομάσθησαν ἀπὸ τοῦ Λάας λίθος. γίνονται δὲ ἐκ Πύῤῥας Δευκαλίωνι παῖδες, Ἕλλην μὲν πρῶτος. ὃν ἐκ Διὸς [ἔνιοι] γεγεννῆσθαι λέγουσι· [δεύτερος

nati sunt, Hellen, ante esse nonnuli tradunt: inde

δ'] Ἀμφικτύων ὁ μετὰ Κραναοῦ βασιλεύσας τῆς Ἀττικῆς· θυγάτηρ δὲ Πρωτογένεια· ἐξ ἧς καὶ Διὸς, Ἀέθλιος. Ἕλληνος δὲ καὶ νύμφης Ορσηΐδος, Δῶρος, Ξοῦθος, Αἴολος.

§. β. Αὐτὸς μὲν οὖν ἀφ' αὑτοῦ, τοὺς καλουμένους Γραικοὺς, προσηγόρευσεν Ἕλληνας· τοῖς δὲ παισὶν ἐμέρισε τὴν χώραν. καὶ Ξοῦθος μὲν λαβὼν τὴν Πελοπόννησον, ἐκ Κρεούσης τῆς Ἐρεχθέως Ἀχαιὸν ἐγέννησε, καὶ Ἴωνα, ἀφ' ὧν Ἀχαιοὶ καὶ Ἴωνες καλοῦνται· Δῶρος δὲ, τὴν πέραν χώραν Πελοποννήσου λαβὼν, τοὺς κατοίκους ἀφ' ἑαυτοῦ, Δωριεῖς ἐκάλεσεν· Αἴολος δὲ, βασιλεύων τῶν περὶ τὴν Θεσσαλίαν τόπων, τοὺς ἐνοικοῦντας Αἰολεῖς προσηγόρευσε· καὶ γήμας Ἐναρέτην τὴν Δηϊμάχου, παῖδας μὲν ἐγέννησεν ἑπτὰ, Κρηθέα, Σίσυφον, Ἀθάμαντα, Σαλμωνέα, Δηϊόνα, Μάγνητα, Περιήρην· θυγατέρας δὲ πέντε, Κανάκην, Ἀλκυόνην, Πεισιδίκην, Καλύκην, Περιμήδην. Περιμήδης μὲν οὖν καὶ Ἀχελῴου, Ἱπποδάμας καὶ Ορέστης· Πεισιδίκης δὲ καὶ

Amphictyon, qui cum Cranao Atticæ imperavit. Huic insuper Protogenea filia fuit: ex qua & Jove Aëthlius procreatur. Ex Hellene verò & Orseide Nympha, Dorus, Xuthus & Æolus.

§. 2. Is quidem de se Hellenas, qui posteà Græci vocati sunt, nominavit: filiis & hic loca partitus est. Xuthus adeptus Peloponnesum, ex Creusa Erechthei filia, Achæum genuit & Ionem, à quibus Achivi & Iones nuncupantur. Dorus autem, quæ trans Peloponnesum est, terram nactus, incolas suo de nomine Dorienses appellavit. Æolus verò locis quæ circa Thessaliam sunt imperans, populis Æolensibus nomen imposuit. Qui ducta Enarete Deimachi filia, septem ex ea filios procreavit, Critheum, Sisyphum, Athamantem, Salmoneum, Deionem, Magnetem, & Perieren. Sed & filias quinque, Canachen, Halcyonen, Pisidicen, Calycen, ac Perimeden. Ex Acheloo verò & Perimede, Hippodamas & Orestes. Ex Pisidice & Myrmidone

Myrmidone Antiphus & Acton nati sunt.

§. 3. Cæterùm Halcyonen Ceyx Luciferi filius sibi in matrimonium duxit. Hi ob superbiam extincti fuerunt. Ille enim conjugem suam Junonem: hæc verò virum suum Jovem esse dicebat. Utrumque Jupiter in aves, illam in Halcyonem, hunc in mergum mutavit.

§. 4. Atqui Canache & Neptunus Opleum, Nereum, Epopeum, Aloeúmque & Triopem genuerunt. Sed Aloeus Iphimediam Triopis filiam, quæ Neptunum exarsit, uxorem habuit: ea continenter ad mare se conferens, & haustos manibus fluctus intra sinum ferebat; quæque á Neptuno compressa geminos peperit, Otum & Ephialten, quos Aloidas appellarunt. Hi quotquot annis, latitudine cubitum, longitudine verò ulnam increscebant: qui ubi nonum explevere annum, latitudinem cubitûm novem, & ulnarum totidem magnitudinem adepti, Jovi bellum inferre non erubuere.

Μυρμιδόνος, Ἄντιφος καὶ Ἄκτων.

§. γ. Ἀλκυόνην δὲ, Κήϋξ ἔγημεν Ἑωσφόρου παῖς. οὗτοι δὲ δι' ὑπερηφάνειαν ἀπώλοντο. ὁ μὲν γὰρ, τὴν γυναῖκα ἔλεγεν Ἥραν· ἡ δὲ, τὸν ἄνδρα Δία. Ζεὺς δὲ αὐτοὺς ἀπωρνέωσε· καὶ τὴν μὲν, Ἀλκυόνην ἐποίησε, τὸν δὲ, κήυκα.

§ δ. Κανάκη δὲ ἐποίησεν ἐκ Ποσειδῶνος Ὀπλέα καὶ Νηρέα, καὶ Ἐπωπέα, καὶ Ἀλοέα, καὶ Τείωπα. Ἀλοεὺς μὲν οὖν ἔγημεν Ἰφιμέδειαν τὴν Τείωπος· ἥτις Ποσειδῶνος ἠράσθη, καὶ συνεχῶς φοιτῶσα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, χερσὶν ἀφυεμένη τὰ κύματα τοῖς κόλποις ἐνεφόρει. συνελθὼν δὲ αὐτῇ Ποσειδῶν, δύο ἐγέννησε παῖδας, Ὦτον καὶ Ἐφιάλτην, τοὺς Ἀλοείδας λεγομένους· οὗτοι κατ' ἐνιαυτὸν ηὔξανον πλάτος μὲν πηχυαῖον, μῆκος δὲ ὀργυαῖον· ἐννέα δὲ ἐτῶν γενόμενοι, καὶ τὸ μὲν πλάτος πηχῶν ἔχοντες ἐννέα, τὸ δὲ μέγεθος ὀργυιῶν ἐννέα, πρὸς Θεὸν μάχεσθαι διενοοῦντο.

καὶ τὴν μὲν Ὄσσαν ἐπὶ τὸν Ὄλυμπον ἔθεσαν· ἐπὶ δὲ τὴν Ὄσσαν θέντες τὸ Πήλιον, διὰ τῶν ὀρῶν τούτων ἠπείλουν εἰς οὐρανὸν ἀναβήσεσθαι· καὶ τὴν μὲν θάλασσαν χώσαντες τοῖς ὄρεσι, ποιήσειν ἔλεγον ἤπειρον· τὴν δὲ γῆν, θάλασσαν. ἐμνῶντο δὲ, Ἐφιάλτης μὲν Ἥραν· Ὦτος δὲ Ἄρτεμιν. ἔδησαν δὲ καὶ Ἄρην· τοῦτον μέντοι Ἑρμῆς ἐξέκλεψεν. ἀνεῖλε δὲ τοὺς Ἀλωείδας ἐν ἁμάξῃ Ἄρτεμις δι' ἀπάτης· ἀλλάξασα γὰρ τὴν ἰδέαν εἰς ἔλαφον, διὰ μέσου αὐτῶν ἐπήδησεν. οἱ δὲ, βουλόμενοι εὐστοχῆσαι τὸ θηρίον, ἐφ' ἑαυτοὺς ἠκόντισαν.

§. ζ. Καλύκης δὲ καὶ Ἀεθλίου παῖς, Ἐνδυμίων γίνεται· ὅστις ἐκ Θεσσαλίας Αἰολέας ἀγαγὼν, Ἦλιν ᾤκησε. λέγουσι δὲ αὐτὸν τινὲς ἐκ Διὸς γενέσθαι. τούτου κάλλει διενεγκόντος ἠράσθη Σελήνη· Ζεὺς δὲ αὐτῷ δίδωσιν ὃ βούλεται ἑλέσθαι· ὁ δὲ, αἱρεῖται κοιμᾶσθαι διὰ παντὸς ἀθάνατος καὶ ἀγήρως μένων.

Proinde Olympo Oſſam impoſuerunt, Pelioque ſuper Oſſam impoſito, eum in modum cœlum conſcenſuros ſe minitabantur. Ingeſtis ad hæc montibus, de mari continentem, déque terra rursùs maria ſe reddituros dictitabant. Quinetiam Ephialtes Junonem, Otus autem Dianam ſibi conjugem depoſcebant. Martem inſuper in vincula conjecere: quem demum Mercurius furto eripuit. Diana interim Aloidas per dolum de curru peremit; nam in cervam mutata per eorum medium exilivit. Tum hi velut in feram collimaturi, alter alterum telis conjectis occiderunt.

§. 5. Ad hæc Endymion ex Calyce & Aëthlio naſcitur: qui eductis Æolenſibus è Theſſalia Eliden tranſmigravit. Nec deſunt qui eum Jove natum eſſe memorent. Hunc ob eximiam corporis pulchritudinem Luna flagrantiſſimè deperivit. Qui data ab Jove quæcunque vellet, deligendi poteſtate, cum ſomno perpetuo immortalem ſibi juventutem concedi poſtulavit.

§. 6. Cæterùm Ætolus Endymionis & Seidis Nymphæ, aut Naidis, sive, ut quidam aiunt, Iphianassæ filius fuit. Qui cùm peremisset Apin Phoronei filium, atque in Curetidem terram aufugisset, occisis hospitibus, Phthiæ & Apollinis filiis, Doro & Laodoco, ac Polypœte, suo de nomine terram Ætoliam appellari voluit. Sed ex Ætolo & Pronoe Phorbi filia Pleuron & Calydon nati sunt: à quibus, quæ sunt illis cognomines in Ætolia urbes, nomen acceperunt.

§. 7. Pleuro ducta uxore Xanthippe, Dori filia, Agenorem procreat, & filias Steropen, Stratonicénque & filium Leophontem. Calydon autem ex Æolia Amythaonis filia, Epicasten & Protogeneam suscepit, ex qua & Marte nascitur Oxilus. Agenor Pleuronis filius, Epicasten Calydone natam conjugem duxit, de qua Parthaonem & Demonicen genuit: quæ ex Marte, Evenum, Molum, Pylum, Thestiúmque conceptos peperit.

§. ς. Ἐνδυμίωνος δὲ καὶ Σηΐδος νύμφης, ἢ Νηΐδος, ἢ, ὥς τινες, Ἰφιανάσσης, Αἰτωλός. ὃς ἀποκτείνας Ἄπιν τὸν Φορωνέως, καὶ φυγὼν εἰς τὴν Κουρῆτιδα χώραν, κτείνας τοὺς ὑποδεξαμένους, Φθίας καὶ Ἀπόλλωνος υἱοὺς, Δῶρον καὶ Λαόδοκον, καὶ Πολυποίτην, ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν χώραν Αἰτωλίαν ἐκάλεσε. Αἰτωλοῦ δὲ καὶ Πρωνόης τῆς Φόρβου, Πλευρὼν καὶ Καλυδὼν ἐγένετο· ἀφ' ὧν αἱ ἐν Αἰτωλίᾳ πόλεις ὠνομάσθησαν.

§. ζ. Πλευρὼν μὲν οὖν γήμας Ξανθίππην τὴν Δώρου, παῖδα ἐγέννησεν Ἀγήνορα· θυγατέρας δὲ, Στερόπην καὶ Στρατονίκην καὶ Λεοφόντην. Καλυδῶνος δὲ καὶ Αἰολίας τῆς Ἀμυθάονος, Ἐπικάστη [καὶ] Πρωτογένεια· ἐξ ἧς καὶ Ἄρεος, Ὀξύλος. Ἀγήνωρ δὲ ὁ Πλευρῶνος, γήμας Ἐπικάστην τὴν Καλυδῶνος, ἐγέννησε Παρθάονα καὶ Δημονίκην· ἧς καὶ Ἄρεος, Εὔηνος, Μῶλος, Πύλος, Θέστιος.

§ η. Εὔηνος μὲν οὖν ἐγέννησε Μάρπησσαν. ἣν Ἀπόλλωνος μνηστευομένου, Ἴδας ὁ Ἀπαρέως ἥρπασε, λαβὼν παρὰ Ποσειδῶνος ἅρμα, ὑπόπτερον· διώκων δὲ Εὔηνος ἐφ' ἅρματος, ἐπὶ τὸν Λυκόρμαν ἦλθε ποταμὸν καταλαβεῖν δ' οὐ δυνάμενος, τοὺς ἵππους ἀπέσφαξεν· ἑαυτὸν δ' εἰς τὸν ποταμὸν ἔβαλε· καὶ καλεῖται Εὔηνος ὁ ποταμὸς παρ' ἐκείνου.

§ 8. Evenus genuit Marpeſſam, quam cùm Apollo ſibi collocari in matrimonium quæritaret, Idas Apharei filius, accepto à Neptuno curru pennato, rapuit: illum inde è curru inſequens Evenus, ad amnem Lycormam venit, neque aſſequendi voti compos factus equos jugulavit, ſeque ipſum deinceps in fluvium præcipitem dedit: eique Eveno nomen inditum fuit.

§. θ. Ἴδας δὲ εἰς Μεσσήνην παραγίνεται, καὶ αὐτῷ ὁ Ἀπόλλων περιτυχῶν, ἀφαιρεῖται τὴν κόρην. μαχομένων δὲ αὐτῶν περὶ τῶν τῆς παιδὸς γάμων, Ζεὺς διαλύσας, ἐπέτρεψεν αὐτῇ τῇ παρθένῳ ἑλέσθαι ὁπτέρῳ βούλεται συνοικεῖν. ἡ δὲ, δείσασα ὡς ἂν μὴ γηρῶσαν αὐτὴν Ἀπόλλων καταλίπῃ, τὸν Ἴδαν εἵλετο ἄνδρα.

§. 9. At Idæ Meſſenen proficiſcenti obviàm factus Apollo virginem aufert. qui cùm inter ſe de puellæ matrimonio concertarent, Jupiter eorum lite diremptâ, virgini, utri collocari vellet, optionem dedit. Hæc verita ne ſe anum factam Apollo desereret, Idam ſibi virum eſſe maluit.

§. ι Θεστίῳ δὲ ἐξ Εὐρυθέμιδος τῆς Κλεοβοίας, ἐγένοντο θυγατέρες μὲν Ἀλθαία, Ὑπερμνήστρα· ἄρρενες δὲ, Ἴφικλος, Εὔιππος, Πλήξιππος, Εὐρύπυλος.

§ 10. Theſtius verò ex Eurythemide Cleobœæ filia, fœminei ſexus quidem, Althæam & Hypermneſtram ſuſtulit: mares autem, Iphiclum, Evippum, Plexippum Eurypylúmque creavit.

§. κ. Παρθάονος δὲ καὶ Εὐρύτης Ἱπποδάμαντος, ἐγένοντο

§. 11. Parthaonis verò & Eurytes Hippodamantis filij

fuerunt OEneus, Agrius, Alcathous, Melas, & Leucopeus: filia Sterope, de qua & Acheloo Sirenas ortas esse dicunt.

CAP. VIII.

SEd OEneus Calydone imperans vitis plantam à Dionysio primus accepit, ac ducta uxore Althæa Thestij filia, Toxeum gignit, quem ipse, quòd fossam transilierit, interfecit: & post hunc, Thyreum & Clymenum, filiam quoque Georgen, quæ nupsit Andræmoni: ac Deianiram, quam nonnulli Althæam ipsam ex Dionysio genuisse ferunt. Hæc autem aurigandi perita rem bellicam exercebat: de cujus matrimonio Hercules cum Acheloo dimicavit.

§. 2. Sed Althæa ex OEneo Meleagrum conceptum peperit: quem Marte satum quidam fuisse tradunt: ad quem jam septem dies natum ipsas advenisse Parcas, ac dixisse aiunt: Tum Meleager extinguetur, cùm stipes in foco accensus perustus fuerit; Quod ubi mater audi-

παῖδες, Οἰνεὺς, Ἄγριος, Ἀλκάθοος, Μέλας, Λευκωπεύς· θυγάτηρ δὲ, Στερόπη· ἐξ ἧς καὶ Ἀχελῴου, Σειρῆνας γενέσθαι λέγουσιν.

ΚΕΦ. η.

ΟἸνεὺς δὲ, βασιλεύων Καλυδῶνος, παρὰ Διονύσου φυτὸν ἀμπέλου πρῶτος ἔλαβε. γήμας δὲ Ἀλθαίαν τὴν Θεστίου, γεννᾷ Τοξέα· ὃν αὐτὸς ἔκτεινεν ὑπερπηδήσαντα τὴν τάφρον καὶ παρὰ τοῦτον, Θυρέα καὶ Κλύμενον, καὶ θυγατέρα Γόργην, ἣν Ἀνδραίμων ἔγημε· καὶ Δηϊάνειραν, ἣν Ἀλθαίαν λέγουσιν ἐκ Διονύσου γεννῆσαι· αὕτη δ' ἡνιόχει [καὶ τὰ] κατὰ πόλεμον ἤσκει· καὶ περὶ τῶν γάμων αὐτῆς Ἡρακλῆς πρὸς Ἀχελῷον ἐπάλαισεν.

§. β. Ἐγέννησε δὲ Ἀλθαία παῖδας ἐξ Οἰνέως Μελέαγρον· ὃν ἐξ Ἄρεος γεγεννῆσθαι φασί. τούτου δ' ὄντος ἡμερῶν ἑπτὰ, παραγενομένας τὰς Μοίρας, φασὶ δὲ εἰπεῖν· Τότε τελευτήσει Μελέαγρος, ὅταν ὁ καιόμενος ἐπὶ τῆς ἐσχάρας δαλὸς κατακαῇ· τοῦτο ἀκούσα-

σα, τὸν δαλὸν ἀνείλετο Ἀλθαία, καὶ κατέθετο εἰς λάρνακα. Μελέαγρος δὲ, ἀνὴρ ἄτρωτος καὶ γενναῖος γενόμενος, τόνδε τὸν τρόπον ἐτελεύτησεν. Ἐτησίων καρπῶν ἐν τῇ χώρᾳ γενομένων τὰς ἀπαρχὰς Οἰνεὺς θεοῖς πᾶσι θύων, μόνης Ἀρτέμιδος ἐξελάθετο. μηνίσασα δὲ ἡ θεὸς, κάπρον ἐφῆκεν ἔξοχον μεγέθει τε καὶ ῥώμῃ, ὃς τήν τε γῆν ἄσπορον ἐτίθει, καὶ τὰ βοσκήματα καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας διέφθειρεν. ἐπὶ τοῦτον τὸν κάπρον, τοὺς ἀρίστους ἐκ τῆς Ἑλλάδος πάντας ἐκάλεσε, καὶ τῷ κτείναντι τὸν θῆρα, τὴν δορὰν δώσειν ἀριστεῖον ἐπηγγείλατο. οἱ δὲ συνελθόντες ἐπὶ τὴν τοῦ κάπρου θήραν, ἦσαν οἵδε· Μελέαγρος Οἰνέως· Δρύας Ἄρεος· ἐκ Καλυδῶνος οὗτοι. Ἴδας καὶ Λυγκεὺς Ἀφαρέως, ἐκ Μεσσήνης· Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης, Διὸς καὶ Λήδας, ἐκ Λακεδαίμονος. Θησεὺς Αἰγέως, ἐξ Ἀθηνῶν· Ἄδμητος Φέρητος, ἐκ Φερῶν· Ἀγκαῖος καὶ Κηφεὺς, Λυκούργου, ἐξ

vit, ſtipitem, ex igne ſublatum, intra arcam aſſervandi causâ condidit. Porrò Meleager cùm naturâ eſſet invulnerabilis ac fortis, hunc in modum occubuiſſe dicitur. Cùm annuæ in agro fruges rediiſſent, earum primitias OEneus Diis omnibus, unâ tantùm Dianâ per oblivionem prætermiſsâ, conſecravit. Quocircà irata Dea aprum immiſit, & magnitudine & robore inſignem, qui terram coli, ac in ea ſata fieri minimè ſinebat, pecoráque omnia, & obvium quemque tollebat è medio. In hunc itaque aprum valentiſſimum quemque convocavit, eíque qui feram tam immanem occidiſſet, pellem pulcherrimi facinoris præmium ſe daturũ pollicetur. Qui autem ad apri venationem convenerunt, hi fuere; Meleager OEnei, Dryas Martis, hi Calydonij ſunt. Idas & Lynceus Apharei, Meſſenij: Caſtor ac Pollux fratres, Jovis & Ledæ filij, Lacedæmonij: Theſeus Ægei Athenienſis: Admetus Pheretis, domo Pheris: Ancæus Cepheúſq; Lycurgi, ex

Hæ ipsi Nereum indicant: comprehensúmq; ipsum dormientem, atque omnigenas formas alternantem devinxit: neque illum priùs, quam ab eo ubi jam mala illa, & Hesperides essent, docuisset, abire permisit. Quod ubi didicit, Libyam percurrit. Huic Antæus, Neptuni filius præerat, qui peregrinos secum palæstrâ dimicare compellens, occidebat. At Hercules cum eo luctari coactus, sublimem illum è terra ulnis elisum interemit: nam si terram contigisset, is robustissimus evadebat: quapropter hunc Terræ filium nonnulli esse dixerunt. Inde à Libya Ægyptum peragravit, in qua Busiris ex Neptuno ac Lysianassa Epaphi filia natus regnabat. Hic ad Jovis aram hospites oraculo quodam monitus immolabat: annos enim novem Ægyptus agrorum sterilitate laboravit. Inter hæc Thrasius vaticinandi peritus, è Cypro advenit, qui hanc annonæ caritatem desituram esse pronuntiavit, si virum hospitem quotannis Jovi mactavissent. Tum Busiris vate illo priùs

immolato, advenientes deinceps jugulabat. Comprehensus itaque & Hercules etiam ad aras trahebatur; at disruptis vinculis, Busirímque, & ejus filium Iphidamantem, & Chalbem caduceatorem necauit. Post hæc, Asiâ percursâ, in Thermydras Rhodiorum portum appulit: & bubulci cujuspiam alterum de plaustro solutum taurum, ac mactatum comedit. Tum bubulcus, ubi nullam sibi auxilij copiam, neque spem refulgere videt, quodam in monte consistens execrari cœpit. Quocircà & nunc etiam, cùm faciunt Herculi sacrum, cum execrationibus id peragunt. Hinc Hercules in Arabiam pervasit, ubi Emathionem Tithoni filium necat, & facto per Libyam itinere, ad extimum usque mare navigabat: ubi scypho sumpto, in objectam continentem trajecit: atque aquilam, Typhonis & Echidnæ filiam, Promethei jecur in Caucaso monte depascentem, sagittis conficit: & Prometheum, detracto permolesto vinculo, solutum liberavit: eúmque ad Jovem

τὸν σφάξας τὸν μάντιν, τοὺς κατιόντας ξένους ἔσφαζε. συλληφθεὶς οὖν καὶ Ἡρακλῆς, τοῖς βωμοῖς προσεφέρετο. τὰ δὲ δεσμὰ διαῤῥήξας, τόν τε Βούσιριν, καὶ τὸν ἐκείνου παῖδα Ἀμφιδάμαντα ἀπέκτεινε, καὶ τὸν κήρυκα Χάλβην. διεξιὼν δὲ Ἀσίας Θερμυδραῖς Ῥοδίων λιμένι προσίσχει, καὶ βοηλάτου τινὸς λύσας τὸν ἕτερον τῶν ταύρων ἀπὸ τῆς ἁμάξης, εὐωχεῖτο θύσας· ὁ δὲ βοηλάτης βοηθεῖν ἑαυτῷ μὴ δυνάμενος, στὰς ἐπί τινος ὄρους κατηρᾶτο. διὸ καὶ νῦν ἐπειδὰν θύωσιν Ἡρακλεῖ, μετὰ καταρῶν τοῦτο πράττουσι. παριὼν δὲ Ἀῤῥαβίαν, Ἠμαθίωνα κτείνει παῖδα Τιθωνοῦ. καὶ διὰ τῆς Λιβύης πορευθεὶς, ἐπὶ τὴν ἔξω θάλασσαν καταπλεῖ. οὗ τὸ δέπας καταλαμβάνει. καὶ περαιωθεὶς ἐπὶ τὴν ἤπειρον τὴν ἀντικρὺ, κατατόξευσεν ἐπὶ τοῦ Καυκάσου τὸν ἐσθίοντα τὸ τοῦ Προμηθέως ἧπαρ ἀετὸν ὄντα Ἐχίδνης καὶ Τυφῶνος· ὃς καὶ τὸν Προμηθέα διέλυσε δεσμὸν ἑλόμενος τὸν τῆς ἐλαίας. καὶ παρέσχε τῷ Διῒ

Χείρωνα θνήσκειν, ἀθάνατον αὐτ' αὐτοῦ θέλοντα. ὡς δὲ ἧκεν εἰς Ὑπερβορέους πρὸς Ἄτλαντα, ὑποθέντος Προμηθέως τῷ Ἡρακλεῖ αὐτὸν ἐπὶ τὰ μῆλα μὴ πορεύεσθαι· διαδεξάμενον δὲ Ἄτλαντος τὸν πόλον, ἀποστέλλειν ἐκεῖνον· πεισθεὶς δὲ, διεδέξατο. Ἄτλας δὲ δρεψάμενος παρ' Ἑσπερίδων τρία μῆλα, ἧκε πρὸς Ἡρακλέα. καὶ μὴ βουλόμενος τὸν πόλον ἔχειν, καὶ σπεῖραν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς θέλων ποιήσασθαι. τοῦτο ἀκούσας Ἄτλας ἐπὶ γῆς καταθεὶς τὰ μῆλα, τὸν πόλον διεδέξατο. καὶ οὕτως ἀνελόμενος αὐτὰ, Ἡρακλῆς ἀπηλλάττετο. ἔνιοι δέ φασιν, οὐ παρὰ Ἄτλαντος αὐτὰ λαβεῖν, ἀλλὰ αὐτὸν δρέψασθαι τὰ μῆλα κτείναντα τὸν φρουροῦντα ὄφιν. κομίσας δὲ τὰ μῆλα Εὐρυσθεῖ ἔδωκεν· ὁ δὲ λαβὼν, Ἡρακλεῖ ἐδωρήσατο. παρ' οὗ λαβοῦσα Ἀθηνᾶ, πάλιν αὐτὰ ἀπεκόμισεν, ὅσιον γὰρ οὐκ ἦν αὐτὰ τεθῆναί που.

reduxit: qui illum pro Chirone, qui mori cupiebat, immortalem eſſe declarat. Pòſt autem quàm Hyperboreos ad Atlantem pervenit, ac Promethei prudentiâ commonefactus eſt Hercules, ne ad Heſperidum mala proficiſceretur, ſed ipſe Atlanti in cœlo ſuſtinendo ſuccederet, illúmque pro ſe mitteret, perſuaſus excepit. Atlas autem, decerptis ex Heſperidum hortis tribus malis, ad Herculem redit. Qui, cùm cœlum habere ſubterfugeret, ceſticillum, inquit, ſe velle facere ſuo capiti imponendum [quo commodiùs tantum cœli pondus ferre poſſet.] Quod ubi audivit Atlas, depoſitis humi pomis cœlum, recepit: atque ita poma Hercules conſecutus diſcedit. Sunt verò qui dicant, hæc non ab Atlante habuiſſe, ſed ipſum, cœſo dracone cuſtode, decerpſiſſe, quæ ſecum delata dedit Euryſtheo. Tum ille accepta Herculi condonavit, à quo cùm Minerva accepiſſet, ea rurſùs reportavit, quoniam religioſum erat, ea alicubi collocari.

§. 12. Duode-

§. 12. Duodecimus labor injunctus est Cerberi ab inferis abstrahendi. Hunc autem terna canum capita, & draconis caudam, & in dorso serpentum omnium generum capita habuisse ferunt. Descensurus igitur ad hunc canem, Eleusinem ad Eumolpum se contulit, ut ab eo Cereris sacris initiaretur. At verò externis ad ea sacra tunc admitti non licebat. Thespius factus adoptivus Pylij filius, initiabatur, qui ne mysteria spectare quidem jam poterat, qui nondum dum Centauri cædem expiarat. Hercules demum ab Eumolpo tanti criminis contagione expurgatus, Cereris sacris initiatur. Inde ad Tænarum Laconiæ promontorium, ubi ad inferni descensum ostium patet, accessit. Hac ad inferos penetravit: quem cùm animæ conspexissent, duabus exceptis, Meleagri ac Medusæ Gorgonis filiæ, omnes in fugam abiere. In Gorgonem verò Hercules ensem ut in vivam nudavit: tum illud à Mercurio vanum spectrum esse discit. Mox, ubi ad Plutonis portas ventum est, Theseum

§. Δωδέκατον ἆθλον ἐπετάγη, Κέρβερον ἐξ ᾅδου κομίζειν. εἶχε δὲ οὗτος τρεῖς μὲν κυνῶν κεφαλὰς, τὴν δὲ οὐρὰν δράκοντος, κατὰ δὲ τοῦ νώτου, παντοίων εἶχεν ὄφεων κεφαλάς. μέλλων οὖν ἐπὶ τοῦτον ἀπιέναι, ἦλθε πρὸς Εὔμολπον, πρὸς Ἐλευσῖνα βουλόμενος μυηθῆναι. ἦν δὲ οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι. ἐπειδήπερ Θέσπιος Πυλίου παῖς γενόμενος ἐμυεῖτο· μὴ δυνάμενος δὲ ἰδεῖν τὰ μυστήρια, ἐπείπερ οὐκ ἦν ἡγνισμένος τὸν Κενταύρου φόνον. ἁγνισθεὶς ὑπὸ Εὐμόλπου, τότε ἐμυήθη. καὶ παραγενόμενος ἐπὶ Τάναρον τῆς Λακωνικῆς, οὗ τῆς Ἅιδου καταβάσεως τὸ στόμιόν ἐστι, διὰ τούτου ἀπῄει. ὁπηνίκα δὲ εἶδον αὐτὸν αἱ ψυχαὶ, χωρὶς Μελεάγρου καὶ Μεδούσης τῆς Γοργόνος, ἔφυγον. ἐπὶ δὲ τὴν Γοργόνα τὸ ξίφος, ὡς ζῶσαν, ἕλκει. καὶ παρὰ Ερμοῦ μανθάνει, ὅτι κενὸν εἴδωλόν ἐστι. πλησίον δὲ τῶν Ἅδου πυλῶν γενόμενος, Θησέα

εὗρε, καὶ Πειρίθουν τὸν Περσεφόνης μνηστευόμενον γάμον, καὶ διὰ τοῦτο δεθέντα. θεασάμενοι δὲ Ἡρακλέα, τὰς χεῖρας ὤρεγον, ὡς ἀναστησόμενοι διὰ τῆς ἐκείνου βίας. ὁ δὲ Θησέα μὲν λαβόμενος τῆς χειρὸς ἤγειρε· Πειρίθουν δὲ ἀναστῆσαι βουλόμενος, τῆς γῆς κινουμένης, ἀφῆκεν· ἀπεκύλισε δὲ καὶ τὸν Ἀσκαλάφου πέτρον. βουλόμενος δὲ αἷμα ταῖς ψυχαῖς παρασχέσθαι, μίαν τῶν Ἅδου βοῶν ἀπέσφαξεν. ὁ δὲ νέμων αὐτὰς Μενοίτιος ὁ Κευθωνύμου προκαλεσάμενος εἰς πάλην Ἡρακλέα, ληφθεὶς μέσον, καὶ τὰς πλευρὰς κατεάξας, ὑπὸ Περσεφόνης παρητήθη. αἰτοῦντος δὲ αὐτοῦ Πλούτωνα τὸν Κέρβερον, ἐπέταξεν ὁ Πλούτων ἄγειν χωρὶς ὧν εἶχεν ὅπλων κρατοῦντα. ὁ δὲ εὑρὼν αὐτὸν ἐπὶ ταῖς πύλαις τοῦ Ἀχέροντος, τῷ τε θώρακι συμπεφραγμένος, καὶ τῇ λεοντῇ συσκεπασθεὶς, καὶ περιβαλὼν τῇ κεφαλῇ τὰς χεῖρας, οὐκ ἀνῆκε, καίπερ δακνόμενος ὑπὸ τοῦ κατὰ τὴν οὐρὰν δράκοντος, κρατῶν ἐκ τοῦ τραχήλου, καὶ

ac Pirithoum Proſerpinæ nuptias poſcentem, eàque de cauſa devinctum invenit. Hi conſpicati Herculem, velut illius viribus redituri in vitam, manus porrigebant: tum ille Theſeum manu prehenſum excitavit: ſed Pirithoum quoq; revocare in vitam cupiens, ob terræ motum dimiſit, & Aſcalaphi ſaxum revolvit. Ad hæc ſanguinem animis præbiturus, unam ex Plutonis bubus jugulavit. Cæterùm Menœtius, Ceuthonymi filius, Plutonis bubulcus, cùm provocaſſet in palæſtram Herculem, perfractis coſtis, ac medius ab eo prehenſus, Proſerpinæ deprecatione ſervatus eſt. Demùm Hercules Cerberum à Plutone depoſcit. Is illi, ſine armis, quibus communitus advenerat, canis abducendi poteſtatem facit. At Hercules nactus illum pro Acherontis portis, thorace circumſeptus, ac leonis pelle contectus, & circumjectis illius capiti manibus, haud abire permittit, etſi à dracone, qui in Cerberi cauda exiſtebat, morderetur, cervicem comprimens, ac

belluam præfocans, parere coegit. Captum itaque Cerberum ad Eurystheum regressus per Trœzenen, abduxit. At Ceres Ascalaphum in bubonem mutavit. Hercules Eurystheo monstratum Cerberum rursùs ad inferna reduxit.

ἄγχων τὸ θηρίον ἔπεισε. συλλαβὼν οὖν αὐτὸν, ἧκε [πρὸς Εὐρυσθέα] διὰ Τροιζῆνος ποιησάμενος τὴν ἀνάβασιν. Ἀσκάλαφον [μὲν] οὖν Δημήτηρ ἐποίησεν ὦτον. Ἡρακλῆς δὲ Εὐρυσθεῖ δείξας τὸν Κέρβερον, πάλιν ἐκόμισεν εἰς Ἅδου.

CAP. VI.

PORRÒ Hercules exantlatis laboribus, Thebas regressus, Megaram quidem Iolao conjugem dedit: ipse verò uxorem ducturus, Eurytum Oechaliæ regulum, qui sagittandi peritiâ se, ac filios suos vicerit, certaminis præmium Ioles filiæ connubium proposuisse accepit. Oechaliam igitur profectus, cùm sagittandi arte iis omnibus præstantior extitisset, uxorem certè promissum certaminis præmium minimè consecutus est. Iphitus sanè filiorum maximus Iolem Herculi concedendam esse censebat: At Eurytus, cæteríque filij dehortari, ne, quam fortè prolem ex ea susciperet, aliquando obtruncaret, pertimescentes.

ΚΕΦ. ϛ.

ΜΕτὰ δὲ τοὺς ἄθλους Ἡρακλῆς ἀφικόμενος εἰς Θήβας, Μέγαραν μὲν ἔδωκεν Ἰολάῳ· αὐτὸς δὲ γῆμαι θέλων, ἐπυνθάνετο [Εὔρυτον] Οἰχαλίας δυνάστην ἆθλον προτεθῆναι τὸν Ἰόλης τῆς θυγατρὸς γάμον, τῷ νικήσαντι τοξικῇ αὐτόν τε, καὶ τοὺς παῖδας αὐτῷ ὑπάρχοντας· ἀφικόμενος οὖν εἰς Οἰχαλίαν, καὶ τῇ τοξικῇ κρείττων αὐτῶν γενόμενος, οὐκ ἔτυχε τοῦ γάμου. Ἰφίτου μὲν τοῦ πρεσβυτέρου τῶν παίδων λέγοντος διδόναι τῷ Ἡρακλεῖ τὴν Ἰόλην, Εὐρύτου δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ἀπαγορευόντων, καὶ δεδοικέναι λεγόντων, μὴ τεκνοποιησάμενος τὰ γεννησόμενα πάλιν ἀποκτείνῃ.

§. β. Μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ κλαπεισῶν ἐξ Εὐβοίας ὑπὸ Αὐτολύκου βοῶν, Εὔρυτος μὲν ἐνόμιζεν ὑφ᾽ Ἡρακλέους γεγονέναι τοῦτο. Ἴφιτος δὲ ἀπιστῶν, ἀφικνεῖται πρὸς Ἡρακλέα, καὶ συντυχὼν ἥκοντι ἐκ Φερῶν αὐτῷ σεσωκότι τὴν ἀποθανοῦσαν Ἄλκηστιν Ἀδμήτῳ, παρακαλεῖ συζητῆσαι τὰς βόας. Ἡρακλῆς δὲ ὑπισχνεῖται, καὶ ξενίζει μὲν αὐτόν. μανεὶς δὲ αὖθις ἀπὸ τῶν Τιρυνθίων ἔρριψεν αὐτὸν τειχῶν. καθαρθῆναι δὲ θέλων τὸν φόνον, ἀφικνεῖται πρὸς Νηλέα. Πυλίων ἦν οὗτος δυνάστης. ἀπωσαμένου δὲ Νηλέως αὐτὸν διὰ τὴν πρὸς Εὔρυτον φιλίαν, εἰς Ἀμύκλας παραγενόμενος, ὑπὸ Δηϊφόβου τοῦ Ἱππολύτου καθαίρεται, καταχεθεὶς δεινῇ νόσῳ διὰ τὸν Ἰφίτου φόνον, εἰς Δελφοὺς παραγενόμενος, ἀπαλλαγὴν ἐπυνθάνετο τῆς νόσου. μὴ χρησμῳδούσης δὲ αὐτῷ τῆς Πυθίας, τόν τε ναὸν συλᾶν ἤθελε, καὶ τὸν τρίποδα βαστάσας, κα-

§. 2. Hinc verò non longo pòst tempore, abactis ex Eubœa per Autolycum bubus, Eurytus id Herculis persuasu confectum esse putavit. Contrà Iphitus id minimè credens, ad Herculem convolat, eique à Pheris venienti occurrit, quo tempore servatam ab se jam mortuam Alcestin Admeto marito restituerat. Proinde Iphitus Herculem, ut secum boves vestigaret, cohortatur. Id illi Hercules se præstiturum pollicetur, & eum quoque hospitio accepit. At furore iterùm agitatus, hunc è Tirynthiorum mœnibus dejecit. Cùm verò commissæ cædis causâ expiari vellet, ad Neleum Pyliorum Dynastam proficiscitur: exclusus autem ab eo, quod olim vetus cum Euryto sibi benevolentia intercesserat, Amyclas pervenit, ubi illum Deiphobus Hyppolyti filius sceleris contage lustravit; deinde gravi morbo de Iphiti nece correptus Delphos adiit: ac morbi finem roganti illi Pythia nihil respondet: at Hercules eo nomine spoliare templum voluit, avectóque

tripode, propriam sibi oraculorum ædem construxit : ac mox ab Apolline in eum pugnâ commissâ, Jupiter inter hosce duos medium fulmen demisit, eóque modo dirempta illorum pugna, hoc Hercules oraculum habuit: Morbi finem tum fore, cùm triennium totum venditus servierit servitutem, & commissæ cædis ergô Euryto æstimationem pependerit.

§. 3. Mercurius hoc oraculo dato, Herculem vendit, eúmque Omphale Jardani filia Lydorum regina mercatur: cui Tmolus conjux moriens regnum reliquit. Sed Eurytus oblatam fraternæ cædis æstimationem admittendam minimè censuit. Interim Hercules Omphalæ serviens, non procul ab Epheso Cercopas captos in vincula conjecit. Syleum verò in Aulide, qui peregrinos eà iter facientes terram fodere compelleret, refossis ab radice vitibus, unà cum Xenodice filia interfecit. Idémque ad Dolichen insulam delatus, ac videns Icari corpus in litore ejectum, sepulturæ dedit, ab eóque Do-

κατασκευάζει μαντεῖον ἴδιον. μαχομένου δὲ αὐτῷ Ἀπόλλωνος, ὁ Ζεὺς ἵησι μέσον αὐτῶν κεραυνόν. καὶ τοῦτον διαλυθέντων τὸν τρόπον, λαμβάνει χρησμὸν Ἡρακλῆς· ὃς ἔλεγεν ἀπαλλαγὴν αὐτῷ τῆς νόσου ἔσεσθαι πραθέντι, καὶ τρία ἔτη δουλεύσαντι, καὶ δόντι ποινὴν τοῦ φόνου τὴν τιμὴν Εὐρύτῳ.

§. γ. Τοῦ δὲ χρησμοῦ δοθέντος, Ἑρμῆς Ἡρακλέα πιπράσκει· καὶ αὐτὸν ὠνεῖται Ὀμφάλη Ἰαρδάνου, βασιλεύουσα Λυδῶν, ᾗ τὴν ἡγεμονίαν τελευτῶν ὁ γήμας Τμῶλος κατέλιπε. τὴν μὲν οὖν τιμὴν κομισθεῖσαν Εὔρυτος οὐ προσεδέξατο. Ἡρακλῆς δὲ Ὀμφάλῃ δουλεύων, τοὺς μὲν περὶ τὴν Ἔφεσον Κέρκοπας συλλαβὼν ἔδησεν. Συλέα δὲ ἐν Αὐλίδι τοὺς παριόντας ξένους σκάπτειν ἀναγκάζοντα, σὺν ταῖς ῥίζαις τὰς ἀμπέλους σκάψας μετὰ τῆς θυγατρὸς Ξενοδίκης ἀπέκτεινε. καὶ προσχὼν νήσῳ Δολίχῃ, τὸ Ἰκάρου σῶμα ἰδὼν τοῖς αἰγιαλοῖς προσφερόμενον, ἔθαψε· καὶ τὴν νῆσον ἀντὶ

Δολίχην Ἰκαρίαν ἐκάλεσεν. ἀντὶ τούτου Δαίδαλος ἐν Πίσῃ εἰκόνα παραπλησίαν κατεσκεύασεν Ἡρακλεῖ. ἣν νυκτὸς ἀγνοήσας Ἡρακλῆς, λίθῳ βαλὼν, ὡς ἔμπνουν ἔπληξε. καθ' ὃν δὲ χρόνον ἐλάτρευε παρ' Ὀμφάλῃ, λέγεται τὴν ἐπὶ Κόλχους πλοῦν γενέσθαι, καὶ τὴν τοῦ Καλυδωνίου κάπρου θήραν, καὶ Θησέα παραγενόμενον ἐκ Τροιζῆνος εἰς τὸν Ἰσθμὸν καθάραι.

§.δ. Μετὰ δὲ τὴν λατρείαν ἀπαλλαγεὶς τῆς νόσου ἐπὶ Ἴλιον ἔπλει πεντηκοντόροις ὀκτωκαίδεκα συναθροίσας στρατὸν ἀνδρῶν ἀρίστων ἑκουσίως θελόντων στρατεύεσθαι· καταπλεύσας δὲ εἰς Ἴλιον, τὴν μὲν τῶν νεῶν φυλακὴν Οἰκλεῖ κατέλιπεν. αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν λοιπῶν ἀριστέων ὥρμα ἐπὶ τὴν πόλιν. παραγενόμενος δὲ ἐπὶ τὰς ναῦς σὺν τῷ πλήθει Λαομέδων, Οἰκλέα μὲν ἀπέκτεινε μαχόμενον· ἀπελαθεὶς δὲ, ὑπὸ τῶν μετὰ Ἡρακλέους, ἐπολιορκεῖτο. τῆς δὲ πολιορκίας ἐνεστώσης, ῥήξας τὸ τεῖχος Τελα-

lichen insulam mutato nomine, Icariam vocavit: Cujus beneficij causâ Dædalus è picea Herculis imaginem consimillimam effinxit, quam cùm ignoraret, Hercules per noctem lapide, vivam esse opinatus, percussit. At quo tempore apud Omphalem serviret, aiunt tum in Colchos navigationem, Calydoniique apri venationem confectam fuisse, ac Theseum, qui Trœzene Isthmum advenerat, eum expiasse.

§. 4. Porrò post servitutem, morbo liberatus, navibus ordine remorum quinquaginta præditis decem & octo, collectâ fortissimorum volonum manu, in Ilium navigavit: Posteà verò quàm Ilium cum classe appulit, eam Oicli custodiendam reliquit. Ipse autem cum cæteris rei bellicæ peritissimis in urbem promovit. Laomedon intereà facto cum multitudine in classem impetu, Oiclem quidem pugnantem interfecit, at rejectus ab Herculis copiis intra urbem obsideri cœpit: cúmque urbis obsidione continenti premeretur, refractis Tela-

mo muris primus urbem intrat, & post eum Hercules. At ubi Telamonem priùs intrasse videt, stricto in eum ense vadit; Nam is meliorem seipso volebat neminem. Id cùm Telamon providè animadvertisset, proximos adjacentes lapides colligere aggreditur. Tum Hercules, quidnam faceret, percontatur: aram ille inquit Herculi Callinico se excitare. Tum is Telamonem laudavit. Mox verò capto Ilio, sagittis confecto Laomedonte, cum filiis suis, præter unum Podarcem, Telamoni Hesionem, Laomedontis filiam, ob rem præclarissimè gestam, præmij loco dedit: [ex qua postea Telamo Teucrum procreavit:] & huic quem vellet captivorum abducendum concedit. Ea verò cùm sibi Podarcem fratrem delegisset, Hercules hunc priùs in servitutem redigendum esse ait. Tum etiam illa adjecit, quidnam ipsi harum rerum causâ, ut eum accipiat, datura sit. Ea verò pro vendito fratre demptum è capite suo flammeum aureum dedit. Hinc pro Po-

μῶν, πρῶτος εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν· καὶ μετὰ τοῦτον Ἡρακλῆς· ὡς δὲ ἐθεάσατο Τελαμῶνα πρῶτον εἰσεληλυθότα, σπασάμενος τὸ ξίφος, ἐπ' αὐτὸν ᾔει. μηδένα θέλων ἑαυτοῦ κρείττονα νομίζεται. συνιδὼν τοῦτο Τελαμὼν, πλησίον λίθους κειμένους συνήθροιζε. τοῦ δὲ ἐρομένου τί πράττοι· βωμὸν εἶπεν Ἡρακλέους κατασκευάζειν Καλλινίκου. ὁ δὲ, ἐπαινέσας, ὡς εἷλε τὴν πόλιν, κατατοξεύσας Λαομέδοντα, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ χωρὶς Ποδάρκου, Τελαμῶνι ἀριστεῖον Ἡσιόνην τὴν Λαομέδοντος θυγατέρα δίδωσι [ἐξ ἧς ὕστερον Τελαμὼν τὸν Τεῦκρον γεννᾷ.] καὶ ταύτῃ συγχωρεῖ τῶν αἰχμαλώτων ὃν ἤθελεν, ἄγεσθαι. τῆς δὲ αἱρουμένης τὸν ἀδελφὸν Ποδάρκην, ἔφη δεῖν πρῶτον αὐτὸν δοῦλον γενέσθαι, καὶ τότε, τιδήποτε δοῦσαν ἀντ' αὐτοῦ, λαβεῖν αὐτόν. ἡ δὲ πιπρασκομένου χρυσῆν τὴν καλύπτραν ἀφελομένη τῆς κεφαλῆς, ἀντέδωκεν· ὅθεν

Ποδάρκης Πρίαμος ἐκλήθη.

ΚΕΦ. ς.

Πλέοντος δὲ ἀπὸ Τροίας Ἡρακλέους, Ἥρα χαλεπούς ἔπεμψε χειμῶνας· ἐφ' οἷς ἀγανακτήσας Ζεὺς ἐκρέμασεν αὐτὴν ἐξ Ὀλύμπου. προσέπλει δὲ Ἡρακλῆς τῇ Κῷ, καὶ νομίσαντες αὐτὸν οἱ Κῷοι λῃστρικὸν ἄγειν στόλον, βάλλοντες λίθοις προσπλεῖν ἐκώλυον. ὁ δὲ βιασάμενος τὴν νῆσον εἷλε· καὶ τὸν βασιλέα Εὐρύπυλον Ἀστυπαλαίας παῖδα καὶ Ποσειδῶνος ἔκτεινε. ἐτρώθη δὲ κατὰ τὴν μάχην Ἡρακλῆς ὑπὸ Χαλκώδοντος· καὶ Διὸς ἐξαρπάσαντος αὐτὸν, οὐδὲ ἔπαθε. πορθήσας δὲ Κῶ, ἧκε δι' Ἀθηνᾶν, εἰς Φλέγραν· καὶ μετὰ θεῶν κατεπολέμησε Γίγαντας.

§. β. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἐπ' Αὐγέαν ἐστρατεύετο, συναθροίσας Ἀρκαδικὸν στρατὸν, καὶ παραλαβὼν ἐθέλοντας τοὺς ἀρίστων ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀριστέων. Αὐγέας δὲ τὸν ἀφ' Ἡρακλῆς πόλεμον ἀκούων, κατέστησεν Ἠλείων στρατηγοὺς, Εὔρυτον καὶ Κτέα-

darces Priamus eſt nominatus.

CAP. VII.

HErculi verò ab Ilio claſſem reducenti Juno fœdam inmiſit tempeſtatem: quamobrem Jupiter indignatus eam ex Olympo ſuſpendit. Hercules intereà cùm ad Cô navigaret, Coi, quòd piraticam ipſe claſſem ageret exiſtimantes, lapidum jactu in portum appellere prohibebant. Is autem vi illatâ, inſulam cepit: Regémque Eurylum Aſtypalææ ac Neptuni filium interemit. Sed & Hercules inter pugnandum à Chalcodonte vulneratus fuit, & Jovis ope conſervatus mali nihil pertulit. Inde Cô devaſtatâ, Phlegrum, ob Minervam adivit: ubi unà cum Diis Gigantes debellavit.

§. 2. Nec longo pòſt tempore Arcadum magnâ manu collectâ, & acceptis ſecum ex urbibus Græciæ volonibus fortiſſimis, in Augeam bellum movit. Augeas interim ab Hercule expeditionem in ſe comparari audiens, ab Elienſibus Eurytum & Cteatum

tum geminos duces delegit: qui viribus, atque opibus omnes eorum temporum mortales anteibant: hi Moliones & Actoris filij erant, licet Neptuni esse dicerentur. Actor etiam Augeæ frater erat. Enimverò accidit ut per ejusce expeditionis tempus Hercules in morbum incideret: eámque ob causam cùm Molionidis pacem inivit: qui, cùm posteà Herculem morbo pressum rescissent, ejus copias insidiis aggrediuntur, ac multos trucidant. Nec ob id tamen jam tum ab re bellicâ Hercules recessit. At cùm tertiò rursùs Isthmici ludi celebrarentur, missos ab Eleis Molionidas cum aliis simul immolaturos ad Cleonas, per insidias circumveniens trucidat, & ductis in Elin copiis urbem cepit, occisóque cum filiis Augea, Phyleum reduxit, eíque regnum attribuit. Ad hæc etiam Olympicum certamen instituit, ac Pelopi aram statuit, necnon duodecim Deorum aras deinceps excitavit.

§. 3. Post autem Elidem captam adversùs Pylum castra

τὸν συμφυεῖς· οἱ δυνάμει τοὺς τότε ἀνθρώπους ὑπερέβαλλον· παῖδες δὲ ἦσαν Μολιόνης καὶ Ἄκτορος· ἐλέγοντο δὲ Ποσειδῶνος. Ἄκτωρ δὲ ἀδελφὸς ἦν Αὐγείου. συνέβη δὲ Ἡρακλεῖ μετὰ τὴν στρατείαν νοσῆσαι. διὰ τοῦτο καὶ σπονδὰς πρὸς τοὺς Μολιονίδας ἐποιήσατο· οἱ δὲ ὕστερον ἐπιγνόντες αὐτὸν νοσοῦντα, ἐπιτίθενται τῷ στρατεύματι, καὶ κτείνουσι πολλούς. τότε μὲν οὖν οὐκ ἀνεχώρησεν Ἡρακλῆς· αὖθις δὲ τῆς τρίτης Ἰσθμιάδος τελουμένης, Ἠλείων τοὺς Μολιονίδας πεμψάντων συνθύτας, ἐν Κλεωναῖς, ἐνεδρύσας τούτους Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε. καὶ στρατευσάμενος ἐπὶ τὴν Ἦλιν εἷλε τὴν πόλιν. καὶ κτείνας μετὰ τῶν παίδων Αὐγείαν, κατήγαγε Φυλέα, καὶ τούτῳ τὴν βασιλείαν ἔδωκεν. ἔθηκε δὲ καὶ τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα· Πέλοπός τε βωμὸν ἱδρύσατο, καὶ θεῶν δώδεκα βωμοὺς ἑξῆς ἐδείματο.

§. γ. Μετὰ δὲ τῆς Ἤλιδος ἅλωσιν, ἐστράτευσεν ἐπὶ

Πύλον· καὶ τὴν πόλιν ἑλὼν, Περικλύμενον κτείνει τὸν ἀλκιμώτατον τῶν Νηλέως παίδων, ὃς μεταβάλλων τὰς μορφὰς ἐμάχετο. τὸν δὲ Νηλέα, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ χωρὶς Νέστορος, ἀπέκτεινε. οὗτος δὲ νέος ὢν παρὰ Γερηνίοις ἐτρέφετο. κατὰ δὲ τὴν μάχην, καὶ Ἅιδην ἔτρωσε Πυλίοις βοηθοῦντα. ἑλὼν δὲ τὴν Πύλον, ἐστράτευεν ἐπὶ Λακεδαίμονα μετελθεῖν τοὺς Ἱπποκόωντος παῖδας θέλων· ὠργίζετο μὲν γὰρ αὐτοῖς, καὶ διότι Νηλεῖ συνεμάχησαν· μᾶλλον δὲ ὠργίσθη, ὅτι τὸν Λικυμνίου παῖδα ἀπέκτειναν. θεωμένου γὰρ αὐτοῦ τὰ Ἱπποκόωντος βασίλεια, ἐκδραμὼν κύων τῶν Μολοττικῶν ἐπ' αὐτὸν ἐφέρετο. ὁ δὲ, βαλὼν λίθον ἐπέτυχε τοῦ κυνός. ἐκτροχάσαντες δὲ οἱ Ἱπποκοωντίδαι, καὶ τύπτοντες αὐτὸν τοῖς σκυτάλοις, ἀπέκτειναν. τὸν δὲ τούτου θάνατον ἐκδικῶν, στρατείαν ἐπὶ Λακεδαιμονίους συνήθροιζε. καὶ παραγενόμενος εἰς Ἀρκαδίαν, ἠξίου καὶ Κηφέα μετὰ τῶν παίδων, ὧν εἶχεν, εἴκοσι, συμμαχεῖν.

promovit, & urbe expugnatâ Periclymenum Nelei filiorum fortiſſimum, qui in varias inter pugnandum formas mutabatur, Neleúmque & ejus filios omnes, uno excepto Neſtore, interfecit. Hic enim puer adhuc apud Gerenios alebatur. Quin etiam ea in pugna Plutonem Pyliis opitulantem vulneravit. Dein everſâ Pylo in Lacedæmonem Hippocoontis filios puniturus, bellum gerit: quibus, quoniam Neleo ſuppetias tuliſſent, erat iratus: &, quòd Licymnij filium occidiſſent, longè magis illis ſuccenſebat. Nam cùm ipſe Hippocoontis regiam ſpectaret, erumpit illicò in eum Moloſſici generis canis: tum puer arreptum lapidem in canem conjecit, nec lapidis conjectio puerum fefellit. Mox eruptione factâ, Hippocoontidæ virgis puerum verberantes peremerunt. Hujuſce igitur mortem ulturus, exercitum in Lacedæmonios comparavit: atque in Arcadiam caſtris promotis, Cepheum cum viginti, quos habebat, filiis, ut belli ſocius eſſe velit, obteſtatur.

At Cepheus veritus ne relictam à se Tegeam Argivi bello invaderent, expeditionem detrectabat. Tum Hercules, sumptâ de Minerva æneâ Gorgonis comâ in urnâ, Steropæ Cephei filiæ muneri dedit, hisce adjectis verbis, Quandoque militum copiis ingruentibus eam comam de mœnibus, nec tamen prævisam, sublimem ostentet, hostium futuram eversionem prænũciatura. Quo facto, Cepheus cum filiis expeditionem secutus est. Atque idem in pugna, filiíque ejus omnes occubuere: his etiam accessit Iphiclus Herculis frater. At Hercules, cæso Hippocoonte, ejúsque filiis in servitutem redactis, subjecit urbem Tyndareo: & huic etiam regnum concessit.

§. 4. Deinde Hercules Tegeam transiens, Augen Aleæ filiam, haud agnitam vitiavit. Quæ cùm anteà puerum occultè peperisset, in Minervæ templo deposuit. Interim peste per ea loca debacchante, Aleas templum ingressus, & singula rimatus, filiæ partum reperit: ac puerum in Parthe-

Δεδιὼς δὲ Κηφεὺς μὴ καταλιπόντος αὐτοῦ Τέγεαν Ἀργεῖοι ἐπιστρατεύσωνται, τὴν στρατείαν ἠρνεῖτο. Ἡρακλῆς δὲ παρ' Ἀθηνᾶς λαβὼν ἐν ὑδρίᾳ, χαλκοῦν βόστρυχα Γοργόνος, Στερόπῃ τῇ Κηφέως θυγατρὶ δίδωσιν, εἰπὼν, Ἐὰν ἐπίῃ στρατὸς, τρὶς ἀνασχούσης [ἐκ] τῶν τειχῶν τὸν βόστρυχον, καὶ μὴ προϊδούσης, τροπὴν τῶν πολεμίων ἔσεσθαι. τούτου γενομένου, Κηφεὺς μετὰ τῶν παίδων ἐστράτευε. καὶ κατὰ τὴν μάχην αὐτός τε καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ τελευτῶσι· καὶ πρὸς τούτοις Ἴφικλος ὁ τοῦ Ἡρακλέους ἀδελφός. Ἡρακλῆς δὲ κτείνας τὸν Ἱπποκόωντα, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ χειρωσάμενος, τὴν πόλιν Τυνδαρέῳ καταγαγὼν, τὴν βασιλείαν παρέδωκε τούτῳ.

§. δ. Παριὼν δὲ Τέγεαν Ἡρακλῆς, τὴν Αὔγην Ἀλεοῦ θυγατέρα οὖσαν, ἀγνοῶν ἔφθειρεν. ἡ δὲ, τεκοῦσα κρύφα τὸ βρέφος, κατέθετο ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς. λοιμῷ δὲ τῆς χώρας φθειρομένης Ἀλεὸς εἰσελθὼν, καὶ ἐρευνήσας εἰς τὸ τέμενος, τὰς τῆς θυγατρὸς ὠδῖνας εὗρε. τὸ μὲν οὖν βρέφος εἰς

τὸ Παρθένιον ὄρος ἐξέθηκε· καὶ τοῦτο μὲν κατὰ θεῶν τινὰ πρόνοιαν ἐσώθη. θηλὴν μὲν γὰρ ἀρτιτόκος ἔλαφος ὑπέσχεν αὐτῷ. ποιμένες δὲ ἀνελόμενοι τὸ βρέφος, Τήλεφον ἐκάλεσαν αὐτόν. Αὔγην δὲ ἔδωκε Ναυπλίῳ τῷ Ποσειδῶνος, ὑπερόριον ἀπεμπωλῆσαι. ὁ δὲ Τεύθραντι τῷ Τευθρανίας δυνάστῃ αὐτὴν ἔδωκεν· κἀκεῖνος γυναῖκα ἐποιήσατο.

§. ε. Ἡρακλῆς δὲ παραγενόμενος εἰς Καλυδῶνα, τὴν Οἰνέως θυγατέρα Δηϊάνειραν ἐμνηστεύσατο. καὶ διαπαλαίσας ὑπὲρ τῶν γάμων αὐτῆς πρὸς Ἀχελῷον ἀπεικασθέντα ταύρῳ, περιέκλασε τὸ ἕτερον τῶν κεράτων. καὶ τὴν μὲν Δηϊάνειραν γαμεῖ· τὸ δὲ κέρας Ἀχελῷος λαμβάνει, δοὺς ἀντὶ τούτου τὸ τῆς Ἀμαλθείας. Ἀμάλθεια δὲ ἦν Αἱμονίου θυγάτηρ, ἣ κέρας εἶχε ταύρου· τοῦτο δὲ, ὡς Φερεκύδης λέγει, δύναμιν ἔχει τοιαύτην, ὥστε βρωτὸν ἢ ποτὸν, ὅπερ εὔξαιτό τις, παρέχειν ἄφθονον.

§. ϛ. Στρατεύει δὲ Ἡρακλῆς μετὰ Καλυδωνίων ἐπὶ Θεσπρω-

num montem deferendum, exponendúmque dedit; qui divinâ quadam providentiâ conservatus est. Nam, quæ nuperrimè cerva pepererat, illi ubera præbuit: mox autem pastores assumptum infantem Telephum vocitarunt. Sed & Aleas Augen Nauplio Neptuni filio extra fines vendendam exportari jussit. Hic autem Teuthranti Teuthraniæ urbis Dynastæ tradidit, & ille eam sibi posteà uxorem fecit.

§. 5. Cæterùm Hercules Calydonem profectus, Dejaniram OEnei filiam conjugem depoposcit, ac luctatus, matrimonij hujusce de causa, cum Acheloo in taurum transformato, unum illi de cornibus perfregit. Itaque Dejaniram duxit: cornúque Acheloo redditur, cujus loco Amaltheæ cornu accepit. Hæc Hæmonij filia fuit, quæ tauri cornu habuit. Id, ut Pherecydis testimonio comprobatur, ejus erat facultatis, ut quicquid esculenti ac poculenti quispiam expetisset, copiosè admodum suppeditaret.

§. 6. Insuper Hercules pro Calydoniis contra Thespro-

tos bellum gerit, qui urbe Ephyra, cui Phylas Rex præerat, vi captâ, congreſſus cum Aſtyoche hujuſce filia, Tlepolemi fit pater. Cùm verò apud eos permaneret, ad Theſtium miſit, ac ſeptem fermè filios vi retinere dicebat, de quibus tres ablegaturum ſe Thebas, at reliquos quatuor in Sardiniam inſulam veluti colonos ſe tranſmiſſurum. Quibus confectis, cùm apud OEneum in convivio eſſet, pugno percuſſum EUnomum Architelis filium ei pocula propinantem occidit. Is autem OEneo propinquus erat. Sed pueri pater, quòd id præter ejus voluntatem factum fuiſſe contigiſſet, ei veniam dedit. Atqui Hercules legis multam ſecutus, exilium ſuſtinere voluit, atque Trachinem ad Ceycem ſeſe conferre decrevit: qui, ubi cum Deïanira uxore ad EVenum amnem pervenit, ibi Neſſum Centaurum manentem, qui viatores trajiciebat, offendit: eúmque trajiciendi laborem mercedis loco à Diis, juſtitiæ ſuæ causâ ſe recepiſſe dictitabat. Igitur Hercules ipſe per

τοὺς. καὶ πόλιν ἑλὼν Ἔφυραν, ἧς ἐβασίλευε Φύλας, Ἀστυόχῃ τῇ τούτου θυγατρὶ συνελθὼν, πατὴρ Τληπολέμου γίνεται. διατελῶν δὲ παρ' αὐτοῖς, καὶ πέμψας πρὸς Θέστιον, ἑπτὰ μὲν κατέχειν ἔλεγε παῖδας, τρεῖς δὲ εἰς Θήβας ἀποστέλλειν, τοὺς δὲ λοιποὺς τέσσαρας πέμπειν εἰς Σαρδὼ τὴν νῆσον, ἐπ' ἀποικίαν. γενομένων δὲ τούτων, εὐωχούμενος παρὰ Οἰνεῖ, καὶ κονδύλῳ παίσας, ἀπέκτεινεν Ἀρχιτέλους παῖδα Εὔνομον κατὰ χειρῶν διδόντα. συγγενὴς δὲ Οἰνέως οὗτος. ἀλλ' ὁ μὲν πατὴρ τοῦ παιδὸς, ἀκουσίως γεγενημένου τοῦ συμβεβηκότος, συνεγνωμόνει. Ἡρακλῆς δὲ κατὰ τὸν νόμον, τὴν φυγὴν ὑπομένειν ἤθελε. καὶ διέγνω πρὸς Κήυκα εἰς Τραχῖνα ἀπιέναι. ἄγων δὲ Δηϊάνειραν, ἐπὶ ποταμὸν Εὔηνον ἧκεν. ἐν ᾧ καθεζόμενος Νέσσος ὁ Κένταυρος, τοὺς παριόντας διεπόρθμευε· μισθὸν δὲ λέγων παρὰ θεῶν τὴν πορθμείαν εἰληφέναι διὰ δικαιοσύνην. αὐτὸς μὲν οὖν Ἡρακλῆς

τὸν ποταμὸν διέβη. Δηϊανείρας δὲ μισθὸν αἰτηθεὶς, ἐπέτρεψεν ἔσω διακομίζειν. ὁ δὲ διαπορθμεύων αὐτὴν ἐπιχείρει βιάζεσθαι. τῆς δὲ ἀνακραγούσης αἰσθόμενος ὁ Ἡρακλῆς, ἐξελθόντα Νέσσον ἐτόξευσεν εἰς τὴν καρδίαν. ὁ δὲ μέλλων τελευτᾷν, προσκαλεσάμενος εἶπεν εἰ θέλοι φίλτρον πρὸς Ἡρακλέα ἔχειν, τόν τε γόνον, ὃν ἀφῆκε κατὰ τῆς γῆς, καὶ τὸ ῥυὲν ἐκ τοῦ τραύματος τῆς ἀκίδος αἷμα συμμίξαι. ἡ δὲ ποιήσασα τοῦτο, ἐφύλαττε παρ' ἑαυτῇ.

§. ζ. Διεξιὼν δὲ Ἡρακλῆς τὴν Δρυόπων χώραν ἀπορῶν τροφῆς, ἀπαντήσαντος Θειοδάμαντος βοηλατοῦντος, τὸν ἕτερον τῶν ταύρων λύσας, καὶ σφάξας, καὶ ἑψήσας εὐωχήσατο. ὡς δὲ ἧκεν εἰς Τραχῖνα πρὸς Κήυκα, ὑποδεχθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, Δρύοπας κατεπολέμησεν. αὖθις δὲ ἐκεῖθεν ὁρμηθεὶς, Αἰγιμίῳ βασιλεῖ Δωριέων συνεμάχησε. Λαπίθαι γὰρ περὶ γῆς ὅρων ἐπολέμουν αὐτῷ, Κορώνου

ſe amnem tranavit, & Deïaniram, portorium pactus, in alteram ripam Neſſo tranſvehendam commiſit: tum illi Centaurus, dum trajicit, vim inferre aggreditur: eam verò acclamantem audiens Hercules, egreſſum in terram Neſſum in corde ſagittâ percuſſit. Is, ubi ſe moriturum videt, mulierem ad ſe vocat, eíque, ſi velit, inquit, philtrum apud Herculem ſibi habere, præcipit ut quod ipſe ſemen in terram effudiſſet, cum ſanguine, qui ex ſpiculi vulnere manaſſet, commiſceat. Tum illa id factum penes ſe conſervavit.

§ 7. At Hercules, Dryopum finibus peragratis, & cibi inopiâ laborans, Thiodamantem, plauſtrum, quod à binis bobus trahebatur, ducentem obvium habuit: eorum alterum è curru ſolutum, jugulatúmque, & coctum devoravit. Poſteà cùm Trachinem perveniſſet ad Ceycem, hoſpitio ab eodem acceptus, Dryopas debellavit. Inde illinc promotus Ægimio Dorienſium Regi ſe belli ſocium fecit. Nam Lapithæ, eum de terræ finibus Corono ejus

belli imperatore, armis infestabant. Is igitur obſidione preſſus Herculem in ſocietatem, atque in regni partem adjutorem arceſſierat. Cui Hercules opitulatus, Coronum cum cæteris ſuis interemit, eíque regni fines univerſas liberas reddidit. Ad hæc etiam Laogoram Dryopum Regem cum filiis in Apollinis luco epulantem, ut virum petulantem improbúmque, ac Lapitharum ſocium, obtruncavit. Nec multò póſt per Itonem iter facientem Herculem Cygnus Martis & Pelopiæ filius, ut in ſingulare ſecum certamen congrederetur, provocavit. Congreſſus itaque & hunc etiam interfecit. Ut autem Orchomenum pervenit, eum Rex Amyntor cum armis procedere minimè ſinebat: qui, dum ita pertranſire prohibetur, & hunc ipſe vitâ privavit. At, cùm Trachinem perveniſſet, exercitum in Oechaliam adunavit, ut eo bello in Eurytum animadverteret: accitis ſibi ſociis Arcadibus, & Melienſibus domo Trachine, ac Locris Epicnemidibus, Eu-

στρατηγοῦντος. ὁ δὲ, πολιορκούμενος, ἐπικαλέσατο τὸν Ἡρακλέα βοηθὸν, ἐπὶ μέρει τῆς γῆς. βοηθήσας δὲ Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε Κόρωνον μετὰ καὶ ἄλλων, καὶ τὴν γῆν ἅπασαν παρέδωκεν ἐλευθέραν αὐτῷ. ἀπέκτεινε δὲ καὶ Λαογόραν, μετὰ τῶν τέκνων, βασιλέα Δρυόπων, ἐν Ἀπόλλωνος τεμένει δαινύμενον, ὑβριστὴν ὄντα Λαπιθῶν σύμμαχον. παριόντα δὲ Ἴτωνα εἰς μονομαχίαν προκαλεῖται αὐτὸν Κύκνος Ἄρεος καὶ Πελοπίας. συστὰς δὲ καὶ τοῦτον ἀπέκτεινεν. ὡς δὲ εἰς Ὀρχομενὸν ἧκεν, Ἀμύντωρ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς οὐκ εἴα [μεθ' ὅπλων] διέρχεσθαι· κωλυόμενος δὲ παριέναι, καὶ τοῦτον ἀπέκτεινεν. ἀφικόμενος δὲ εἰς Τραχῖνα, στρατείαν ἐπ' Οἰχαλίαν συνήθροισεν, Εὔρυτον τιμωρήσασθαι θέλων· συμμαχούντων δὲ αὐτῷ Ἀρκάδων καὶ Μηλιέων τῶν ἐκ Τραχῖνος, καὶ Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων, κτείνας μετὰ τῶν παίδων

Εὔρυτον, αἱρεῖ τὴν πόλιν. καὶ θάψας τῶν σὺν αὐτῷ στρατευσαμένων τοὺς ἀποθανόντας, Ἵππασόν τε τὸν Κήυκος, καὶ Ἀργεῖον, καὶ Μέλανα, τοὺς Λικυμνίου παῖδας· καὶ λαφυραγωγήσας τὴν πόλιν, ἦγεν Ἰόλην αἰχμάλωτον. καὶ προσορμισθεὶς Κηναίῳ τῆς Εὐβοίας ἐπ' ἀκρωτηείῳ, Διὸς Κηναίου βωμὸν ἱδρύσατο. μέλλων δὲ ἱερουργεῖν, εἰς Τραχῖνα τὸν Κήυκα ἔπεμψε, λαμπρὰν ἐσθῆτα οἴσοντα. παρὰ δὲ τούτου τὰ περὶ Ἰόλην Δηϊάνειρα πυθομένη, καὶ δείσασα μὴ [πάλιν] μᾶλλον ἀγαπήσῃ, νομίσασα ταῖς ἀληθείαις φίλτρον εἶναι τὸ ῥυὲν αἷμα Νέσσου, τούτου, τὸν χιτῶνα ἔχρισεν. ἐνδὺς δὲ Ἡρακλῆς ἔθυεν· ὡς δὲ θερμανθέντος τοῦ χιτῶνος, ὁ τῆς ὕδρας ἰὸς τὸν χρῶτα ἔσηπε, τὸν μὲν Λίχαν τοῖν ποδοῖν ἀράμενος, κατηκόντισεν ἀπὸ τῆς Βοιωτίας [εἰς τὴν Εὐβοϊκὴν θάλασσαν.] τὸν δὲ χιτῶνα ἀπέσπα προσπεφυκότα τῷ σώματι· συναπεσπῶντο δὲ αἱ σάρκες αὐτοῦ· τοιαύτῃ δὲ συμφορᾷ κατασχεθεὶς, εἰς Τραχῖνα ἐπὶ νεὼς κομίζεται. Δηϊά-

ryto unà cum filiis occiso, urbem capit. Sepultis deinde suis commilitonibus, qui in eo bello interierant, atque Hippaso Ceycis filio, Argeum, & Melanem Licymnij filios, ac demùm oppido direpto, Iolen captivam abduxit. Inde in Cenæum Eubœæ promontorium appulsus, Jovis Cenæi aram constituit. Sacrificaturus autem Trachinem, ad Ceycem misit, qui lautam ac splendidam ad se tunicam afferret: á quo ubi quæ de Iole successerant, Deïanira percepit, verita ne illam iterùm magis arderet, rata verum esse philtrum, effusum Nessi sanguinem, eo tunicam infecit. Quam sibi Hercules indutus sacrificavit: sed, ubi vestis incaluit, hydræ veneno Herculis corpus putrescebat. Tum Licham pedibus abreptum, sublatúmque à Bœotia dejecit in Euboicum mare præcipitem: tunicam verò, quæ corpori inhæserat, rescindit: eámque ita avulsam carnis frusta subsequebantur. Tanto igitur Hercules morbo laborans navi Trachinem advehitur. Quod ubi Deïanira rescivit,

civit, suâ ipsius manu, suspendio vitam finivit. Hercules Hyllo, qui natu major ex Deïaniræ filiis erat, ut cùm per ætatem ei liceret, Iolen uxorem duceret, imperavit. Deinde ad OEtam Trachinorum montem se contulit, ibíque jam constructam ab se pyram conscendit, atque ignem subjici jubebat. Quod cùm suorum facere auderet nemo, Pœas interim quæsiturus amissos greges, cùm per id loci iter faceret, pyram succedit. Huic Hercules sagittas arcúmque dono dedit: ardente autem pyrâ, nubem cum tonitru sublatam ipsum in cœlum sustulisse dicitur. Inde immortalitâtem adeptus, & revocatus in gratiam cum Junone, Heben illius filiam uxorem duxit, de qua sibi filios Alexiaren & Anicetum procreavit.

§. 8. Herculi autem filij ex Thestij filiabus hi fuerunt: Procride quidem, Antileon & Hippeus: ea quidem natu maxima geminos peperit: ex Panope, Tripsippas, Lyses, EUmides, Creon: Epilaide, Astyanax: ex Crethe verò

νειρα δὲ αἰσθομένη τὸ γεγονὸς, ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. Ἡρακλῆς δὲ ἐντειλάμενος Ὕλλῳ, ὃς ἐκ Δηϊανείρας ἦν αὐτῷ παῖς πρεσβύτερος, τὴν Ἰόλην ἀνδρωθέντα γῆμαι· παραγενόμενος εἰς Οἴτην ὄρος (ἔστι δὲ τοῦτο Τραχινίων) ἐκεῖ πυρὰν ποιήσας, ἐκέλευσεν, ἐπιβαὰς ὑφάπτειν. μηδενὸς δὲ τοῦτο πράττειν ἐθέλοντος, Ποίας παριὼν κατὰ ζήτησιν ποιμνίων ὑφῆψε. τούτῳ καὶ τὰ τόξα ἐδωρήσατο Ἡρακλῆς. καιομένης δὲ τῆς πυρᾶς, λέγεται νέφος ὑποστὰν μετὰ βροντῆς αὐτὸν εἰς οὐρανὸν ἀναπέμψαι. ἐκεῖθεν δὲ τυχὼν ἀθανασίας, καὶ διαλλαγεὶς Ἥρᾳ, τὴν ἐκείνης θυγατέρα Ἥβην ἔγημεν· ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες Ἀλεξιάρης καὶ Ἀνίκητος ἐγένοντο.

§ η. Ἦσαν δὲ παῖδες αὐτῷ ἐκ μὲν τῶν Θεστίου θυγατέρων, Πρόκριδος μὲν, Ἀντιλέων καὶ Ἱππεύς. ἡ πρεσβυτάτη γὰρ διδύμους ἐγέννησε. Πανόπης δὲ Θρεψίππας, Λύσης. Εὐμείδης, Κρέων· Ἐπιλαΐδος, Ἀστυάναξ. Κρέθης δὲ,

Ἰόβης, Εὐρυβίας, Πολύλαος, Πατροῦς, Ἀρχέμαχος· Μελίνης, Λαομέδων, Κλυθίππης, Εὐρυκάπης· Εὐρύπυλος, Εὐβώτης· Ἀγλαΐης, Ἀντιάδης, Ὀνησίππος· Χρυσηΐδος, Ὀρείης, Λανομένης, Τέλης· Λυσιδίκης, Ἐντεδίδης, Μενιππίδης· Ἀνθίππης, Ἱπποδρόμη, Τελευταγόρας, Εὐρύκης, Πύλος, Ἵπποτος, Εὐβοίας, Ὄλυμπος, Νίκης, Νικόδρομος, Ἀργέλης, Κλεόλαος, Ἐξόλης. Ἐρύθρας, Ξανθίδος, Ὁμόλυπος, Στρατονίκης, Ἀτρόμης, Κελευστάνωρ, Ἶφις, Λαοθόης, Ἄντιδος, Ἀντιόπης, Ἀλόπιος, Ἀστυβίης, Κάλης, Μήτιδος, Φυληΐδος, Τίγασις· Αἰσχρηΐδος, Λευκώνης, Ἀνθείας, Εὐρύπυλος, Ἀρχεδίκες, Δυνάστης, Ἐράτους, Ἀσωπίδης, Μέντωρ, Ἠώνης, Ἀμήστριος, Τιφύσης, Λυγκεὺς, Ἁλοκράτης, Ὀλυμπούσης, Ἑλικωνίδος, Φαλίας· Ἡσυχείης, Οἰστρέβλης, Τερψικράτης, Εὐρύοψ, Ἐλευχείας, Βουλεὺς, Ἀντιμάχης. Νικίππης, Πάτροκλος, Πυρίππης, Νῆφος, Πραξιθέας, Λύσιππος,

Iobes, EUrybiæ, Polylaus, Patrous, Archemachus : Meline, Laomedon, Clytippæ, EUrycapes, EUrypylus, EUbotes : ex Aglaia, Antiades, Onesippus : ex Chryseide, Oreas : Lanomene, Teles : Lysidice, Entedides, Menippides : ex Anthippe, Hippodroma, Teleutagoras, EUryca, Pylus, Hippotus, EUbœas, Olympus, Nice, Nicodromus, Argela, Cleolaus, Exolæ, Erythras, Xanthidis, Homolypus, Stratonice, Atromes, Celeustanor, Iphis, Laothoe, Antidus, Antiope, Alopius, Astybie, Cala, Metidus, Phileidus, Tigasis : ex Æschreide, Leucones, Anthea, EUrypylus, Archedice, Dynastes, Eratus, Asopides, Mentor, Eone, Amestrius, Tiphyse, Lynceus, Halocrates, Olympuses, Heliconide, Phalias : ex Hesychee, OEstrebles, Terpsicratea, EUryops, Eleuchea, Buleus, Antimache, Nicippe, Patroclus, Pyrippe, Nephos, Praxitheæ, Lysippus,

Erasippe, Lycurgus, Lycius, Toxicratea, Bucolus, Marsæ, Leucippus, Euryteles, Hyppocratea, Hippozygus. Hi sunt ex Thespiadibus orti: ex aliis autem, ac Deïanira, OEnei filia, Hyllus, Ctesippus, Glycisonetes; sed ex Megara Creontis, Therimachus, Deicoon, Creontiades, Deion. Quem autem Hercules sustulit filium ex Omphale Lydorum regina, nomen fuit Agelao, unde & Crœsi genus. Ex Chalciope Eurypyli filia, Thessalus: ex Epicaste Ægei filia, Thestalus: ex Parthepe Stymphali filia, Everes: ex Auge Aleæ, Telephus: ex Astyoche Phylantis, Tlepolemus: ex Astydamia, Amyntoris, Ctesippus: ex Autonoe Perei, Palemon.

Ἐρασίππης, Λυκοῦργος, Λύκιος, Τοξικράτης, Βουκόλος, Μάρσης, Λευκίππης, Εὐρυτέλης, Ἱπποκράτης, Ἱππόζυγος. οὗτοι μὲν ἐκ τῶν Θεσπίου θυγατέρων. ἐκ δὲ τῶν ἄλλων, Δηϊανείρας τε τῆς Οἰνέως, Ὕλλος, Κτήσιππος, Γλυκισονείτης; ἐκ Μεγάρας δὲ τῆς Κρέοντος, Θηρίμαχος, Δηϊκόων, Κρεοντιάδης, Δηΐων· ἐξ Ὀμφάλης δὲ Ἀγέλαος· ὅθεν καὶ τὸ Κροίσου γένος. Χαλκιόπης τῆς Εὐρυπύλου Θεσσάλος· Ἐπικάστης τῆς Αἰγέως, Θεσάλος· Παρθενόπης τῆς Στυμφάλου, Εὐήρης, Αὔγης τῆς Ἀλεοῦ, Τήλεφος, Ἀστυόχης τῆς Φύλαντος, Τληπόλεμος· Ἀστυδαμείας τῆς Ἀμύντορος, Κτήσιππος, Αὐτονόης τῆς Περέως, Παλαίμων.

CAP. VIII.

Relato demùm inter Deos Hercule filij sui Eurystheum fugientes, ad Ceycem se receperunt. Ubi verò illos ab eo repetere cœpit Eurystheus, ac, nisi dederentur, bellum minitante, ij tum metu perculsi, relictâ Trachine, per Helladem fu-

ΚΕΦ. η.

Μεταστάντος δὲ Ἡρακλέους εἰς θεοὺς οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα, πρὸς Κήυκα παρεγένοντο. ὡς δὲ ἐκείνους ἐκδιδόναι λέγοντος Εὐρυσθέως, καὶ πόλεμον ἀπειλοῦντος, ἐδεδοίκεσαν, Τραχῖνα καταλιπόντες, διὰ τῆς Ἑλλάδος

ἔφυγον. διωκόμενοι δὲ, ἦλθον εἰς Ἀθήνας. καὶ καθεσθέντες ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν, ἠξίουν βοηθεῖσθαι. Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἐκδιδόντες αὐτοὺς πρὸς τὸν Εὐρυσθέα πόλεμον ὑπέστησαν. καὶ τοὺς μὲν παῖδας αὐτοῦ Ἀλέξανδρον, Ἰφιμέδοντα, Εὐρύβιον, Μέντορα, Περιμήδην ἀπέκτειναν. αὐτὸν δὲ Εὐρυσθέα φεύγοντα ἐφ' ἅρματος, καὶ πέτρας ἤδη παρειππεύοντα Σκειρωνίδας, κτείνει διώξας Ὕλλος. καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, Ἀλκμήνῃ δίδωσιν· ἡ δὲ κερκίσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν αὐτοῦ.

§. β. Ἀπολομένου δὲ Εὐρυσθέως, ἐπὶ Πολεπόννησον ἦλθον οἱ Ἡρακλεῖδαι, καὶ πάσας εἷλον τὰς πόλεις. ἐπὶ ἐνιαυτοῦ δὲ αὐτοῖς ἐν τῇ καθόδῳ γινομένη φθορὰ, πᾶσαν Πελοπόννησον κατέσχε. καὶ ταύτην γενέσθαι, χρησμὸς διὰ τοὺς Ἡρακλεῖδας ἐδήλου, πρὸ γὰρ τοῦ δέοντος, αὐτοὺς κατελθεῖν. ὅθεν ἀπολιπόντες Πελοπόννησον, ἦλθεν εἰς Μα-

gerunt. Qui, cùm Eurystheus eos insectaretur, Athenas concesserunt: & confidentes ad Misericordiæ aram, opem implorabant. Athenienses non modò non dediderunt eos, sed etiam adversùs Eurystheum bellum sustinuerunt, & ejus filios, Alexandrum, Iphimedontem, Eurybium, Mentorem, Perimedémque occiderunt. Ipsum insuper Eurystheum fugientem è curru, atque ad petras Scironidas adequitãtem Hyllus insecutus obtruncat: ejúsque caput amputatum Alcmenæ dedit. Hæc autem illi textoriis radiis oculos effodit.

§. 2. Itaque post interfectum Eurystheum in Peloponnesum Heraclidæ redierunt, omnésque amissas urbes receperunt. Cæterùm, quoniam intra anni spatium, ex quo in patriam remearent, universam Peloponnesum pestis invasit, eámq; evenisse, quòd Heraclidæ priusquam liceret, ipsi sedem patriam repetissent, oraculo declaratum est. Quamobrem, relictâ rursùs Peloponneso, Marathonem

commigrarunt; Tlepolemus autem Licymnium non ſponte occidit; quippe, quòd administrum ſuum quendam baculo percuſſurus aberravit, ídque antè quàm è Peloponneſo abſcederet. Exulans igitur haudquadàm exiguâ cum hominum manu, Rhodum venit, atque ibi ſedem locavit. Hyllus ad hæc ex patris imperio Iolen Euryti filiam ſibi in matrimonium copulavit, & quanam ratione ſuis Heraclidis redeundi facultatem compararet, nihil reliqui faciebat. Proinde Delphos conceſſit, & quanam viâ reverti poſſent Apollinem ſciſcitatur: Tum Deus, ſi ad tertium uſque fructum, inquit, expectarint, eos eſſe rediturος. Hyllus verò tertium fructum, triennij curſum dici arbitratus, ad tantum temporis curriculum permoratus cum exercitu Heraclidas in Peloponneſum reducit, quo tempore Tiſamenus Oreſtis filius Peloponneſi regnum tenebat: ac novâ pugnâ commiſsâ, Peloponneſij vincunt, & Ariſtomachus interficitur. Poſteà verò quàm Cleolai filij, adultâ jam ætate,

ἐφθῶνα, καὶ κεῖ κατῴκουν. Τληπόλεμος οὖν κτείνας οὐχ ἑκὼν Λικύμνιον (τῇ βακτηρίᾳ γὰρ αὐτοῦ θεράποντα πλήσσων ἥμαρτε) πρὶν ἐξελθεῖν αὐτοὺς ἐκ Πελοποννήσου. φεύγων οὖν μετ' οὐκ ὀλίγων, ἧκεν εἰς Ῥόδον, καὶ κεῖ κατῴκει. Ὕλλος δὲ τὴν μὲν Ἰόλην [τὴν Εὐρύτου] κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐντολὴν ἔγημε. τὴν δὲ κάθοδον ἐζήτει τοῖς Ἡρακλείδαις κατεργάσασθαι. διὸ παραγενόμενος εἰς Δελφοὺς, ἐπυνθάνετο πῶς ἂν κατέλθοιεν. ὁ δὲ θεὸς ἔφησε περιμείναντας τὸν τρίτον καρπὸν κατέρχεσθαι. νομάσας δὲ Ὕλλος τρίτον καρπὸν λέγεσθαι τὴν τριετίαν, τοσοῦτον περιμείνας χρόνον σὺν τῷ στρατῷ κατῄει τοὺς Ἡρακλέους ἐπὶ Πελοπόννησον. Τισαμενοῦ τοῦ Ὀρέστου υἱοῦ βασιλεύοντος Πελοποννησίων· καὶ γενομένης πάλιν μάχης, νικῶσι Πελοποννήσιοι, καὶ Ἀριστόμαχος θνήσκει. ἐπεὶ δὲ ἠνδρώθησαν οἱ Κλεολάου παῖδες, ἐχρῶντο

περὶ καθόδου. τοῦ θεοῦ δὲ εἰπόντος ὅτι καὶ τὸ πρότερον, Τήμενος ᾐτιᾶτο λέγων, τούτῳ πεισθέντας ἀτυχῆσαι. ὁ δὲ θεὸς αἰτίους τῶν ἀτυχημάτων αὐτοὺς αἰτίους εἶναι· τοὺς γὰρ χρησμοὺς οὐ συμβάλλειν. λέγει γὰρ οὐ γῆς, ἀλλὰ γενεᾶς καρπὸν τρίτον· καὶ Στένυγρον τὴν εὐρυγαστέρα δεξιὰν κατὰ τὸν Ἰσθμὸν ἔχοντι τὴν θάλασσαν. ταῦτα Τήμενος ἀκούσας, ἡτοίμαζε τὸν στρατὸν, καὶ ναῦς ἐπήξατο ἐν τῷ Αἰτωλίας τόπῳ· ἔνθα νῦν ἀπ' ἐκείνου ὁ τόπος Ναύπακτος λέγεται. ἐκεῖ δ' ὄντος τοῦ στρατεύματος, Ἀριστόδημος κεραυνωθεὶς ἀπέθανε, παῖδας καταλιπὼν ἐξ Ἀργείας τῆς Αὐτεσίωνος διδύμους, Εὐρυσθένη καὶ Προκλέα.

§. γ. Συνέβη δὲ καὶ τὸν στρατὸν ἐν Ναυπάκτῳ συμφορᾷ περιπεσεῖν. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς μάντις χρησμοὺς λέγων, καὶ ἐνθεάζων, ὃν ἐνόμισαν μάγον εἶναι, ἐπὶ λύμῃ τοῦ στρατοῦ πρὸς Πε-

fuerunt, de reditu Pythiam consulunt, à qua, quod anteà oraculum dederat, acceperunt, Temenus sibi, quòd responso ejusmodi fidem habuissent, infeliciter successisse, objiciebat. Tum contrà Pythia ipsos infelicitatis suæ fuisse auctores respondit, quoniam responsa data minimè intelligebant. Non enim tertium terræ, sed generis esse fructum, inquit, oraculum indicat, ac Stenygrum Isthmum innuit, quem latioris alvei pelagus dextrorsùm allidit. Quæ cùm audisset Temenus, militum copias legit, & in Ætoliæ loco naves compingit. Ubi etiam nunc loco ab ea re nomen est Naupactos. Intereà dum ibi comparatæ militum copiæ morantur, Aristodamus, relictis ex Argia Autesionis filia geminis, Eurystene, ac Procle fulmine ictus occubuit.

§. 3. Quin etiam Naupacti exercitus in morbum ingentem incidit: siquidem ipsis vates futura prædicens, atque afflatus numine apparuit: quem magum esse, atque Peloponnesiis in exercitus per-

niciem emissum existimarunt. Hunc Hippotes Phylantis Antiochi ex Hercule nati filius jaculo percussum interfecit. Quo facto rei navalis apparatus, perditâ classe dispeiriit: peditatus item fame infelicissimè egit, exercitúsque omnis dissolutus est. Tamen interim ~~ea~~ de clade oraculum postulanti, numen ob vatis cædem ea obvenisse respondit: proptereáque homicidam decennium exulare jussit: necnon ea de causa Trioculi belli prætoris operâ biennium uti illi præcepit. Quare Hippoten exilij causâ solum vertere coegerunt. Atqui Trioculum vestigantes, Oxylo Andræmonis filio equum insidenti, obviàm fiunt. Hic unoculus erat, qui oculorum alterum sagittâ excussum amiserat. Nam cùm cædis patratæ causâ in Elidem, atque illinc in Ætoliam isset exulatum, circumacto jam anno, in patriam redibat. Hunc igitur ab oraculo significari arbitrantes, copiis imperatorem præficiunt, & mox pugnâ initâ, terrâ maríque vincunt, & Tisamenum Ore-

λοπεννησίων ἀπεσαλμένον. τοῦτον βαλὼν ἀκοντίῳ Ἱππότης ὁ Φύλαντος τοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἡρακλέους τυχὼν ἀπέκτεινεν. οὕτως δὲ γενομένου τούτου, τὸ μὲν ναυτικὸν διαφθαρεισῶν τῶν νεῶν ἀπώλετο. τὸ δὲ πεζὸν, ἠτόχησε λιμῷ, καὶ διελύθη τὸ στράτευμα. χρωμένου δὲ περὶ τῆς συμφορᾶς Τημένου, καὶ τοῦ θεοῦ διὰ τὸν μάντιν γενέσθαι ταῦτα λέγοντος, καὶ κελεύοντος φυγαδεῦσαι δέκα ἔτη τὸν ἀνελόντα, καὶ διὰ τοῦτο δύο ἔτη καὶ χρήσασθαι ἡγεμόνι τῷ Τειοφθάλμῳ, τὸν μὲν Ἱππότην ἐφυγάδευσαν, τὸν δὲ Τειόφθαλμον ἐζήτουν, καὶ περιτυγχάνουσιν Ὀξύλῳ τῷ Ἀνδραίμονος, ἐφ' ἵππου καθημένῳ, μονοφθάλμῳ· τὸν γὰρ ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἐκέκοπτο τόξῳ· ἐπὶ φόνῳ γὰρ οὗτος φυγὼν εἰς Ἦλιν, καὶ ἐκεῖθεν εἰς Αἰτωλίαν· ἐνιαυτοῦ δὲ διελθόντος, ἐπανήρχετο. συμβαλόντες οὖν τὸν χρησμὸν, τοῦτον ἡγεμόνα ποιοῦνται. καὶ συμβαλόντες τοῖς πολεμίοις, καὶ τῷ πεζῷ, καὶ τῷ ναυτικῷ προτεροῦσι στρατῷ· καὶ Τισα-

μανὸν κλείνουσι τὸ Ὀρέστου· θνήσκουσι δὲ συμμαχοῦντες αὐτοῖς, οἱ Αἰγιμίου παῖδες, Πάμφυλος καὶ Δύμας.

§. δ. Ἐπειδὴ ἐκράτησαν Πελοποννήσου, τρεῖς ἱδρύσαντο βωμοὺς Πατρῴου Διός. καὶ ἐπὶ τούτων ἔθυσαν, καὶ ἐκληροῦντο τὰς πόλεις· πρώτη μὲν οὖν λῆξις, Ἄργος· δευτέρα Λακεδαίμων· τρίτη δὲ Μεσσήνη. κομισάντων δὲ ὑδρίαν ὕδατος ἔδοξε ψῆφον βαλεῖν ἕκαστον. Τήμενος οὖν, καὶ οἱ Ἀριστοδήμου παῖδες, Προκλῆς καὶ Εὐρυσθένης, ἔβαλον λίθους. Κρεσφόντης δὲ βουλόμενος Μεσσήνην λαχεῖν, γῆς ἐνέβαλε βῶλον. ταύτης δὲ διαλυθείσης, ἔδει τοὺς δύο κλήρους πρώτους ἀναφανῆναι· ἑλκυσθείσης δὲ πρώτης μὲν τῆς Τημένου, δευτέρας δὲ τοῦ κλήρου τῶν Ἀριστοδήμου παίδων, Μεσσήνην ἔλαβε Κρεσφόντης.

§. ε. Ἐπὶ δὲ τοῖς βωμοῖς, οἷς ἔθυσαν, εὗρον σημεῖα κείμενα· οἱ μὲν λαχόντες Ἄργος ἐπὶ τὸν ἴδιον, φρύνον. οἱ δὲ Λακεδαίμονα λαχόντες, δράκοντα· οἱ δὲ

stis filium occidunt: Verùm è suis sociis desiderantur Ægimij filiis Pamphylus ac Dymas.

§. 4. Pòst ubi Peloponneso potiti sunt, tres aras Jovi Patrio excitarunt, in quibus, peractis sacris, urbes sortiti inter se partiuntur. Prima itaq; sortitio fuit Argos; secunda, Lacedæmon, tertia demùm, Messene. Illatâ deinde sistulâ aquæ plenâ, placitum est cuiq; in eam sortes conjici. Tum Temenus, & Aristodemi filij, Procles & Eurystenes calculos conjecerunt. Cresphontes autem Messenen sortitò habere volens, terræ glebam injecit: quâ resolutâ, priores illas duas sortes antè prodire necesse erat. Eductâ igitur priùs Temeni sorte, secunda Aristodemi liberûm sortitio fuit. Quo factum est, ut illâ solutâ, hæc constiterit, & per eam Cresphonti Messena obtigerit.

§. 5. Porrò in aris, quibus immolatum erat, jacentia signa invenere. Nam quibus Argos obtigit privatim, ruberam: quibus Lacedæmon, draconem: quibus autem Messene,

Messene, vulpem. Hi in sua quisque ara privati signi symbolum offenderunt: quæ verò ad symbola spectant vates cecinerunt, nactis quidem rubetam, in urbem manere præstat. Id enim animantium genus, si peregrinetur, nullis viribus se tueri potest. Qui draconem consecuti sunt, formidabiles fore, si promoveantur. Qui verò vulpem deprehendissent, dolosos fore prædicebant. Temenus igitur, prætermissis Agelao Eurypylóque, & Calliâ filiis, Hyrnethoni filiæ, atque hujusce viro Deiphobonti adhæsit. Proinde illius filij Titanas mercede conductos, ad patrem interimendum inducunt. Commisso itaque parricidio, regnum penes Hyrnethonem ac Deiphontem exercitus fore judicavit. Cresphontes autem nôn ita multò post susceptum imperium, Messenæ duobus cum filiis interfectus est. Atqui Polyphontes eorum imperio, quòd Heraclidarum genere ortus esset, præficitur, atque occisi Cresphontis uxorem Meropen invitam perduxit. At hic

Μεσσήνην, ἀλώπεκα. περὶ δὲ τῶν σημείων, ἔλεγον οἱ μάντεις, τοῖς μὲν τὸν φρῦνον καταλαβοῦσιν, ἐπὶ τῆς πόλεως μένειν ἄμεινον. μὴ γὰρ ἔχειν ἀλκὴν πορευόμενον τὸ θηρίον. τοὺς δὲ δράκοντα καταλαβόντας, δεινοὺς ἐπιόντας ἔλεγον ἔσεσθαι· τοὺς δὲ τὴν ἀλώπεκα, δολίους. Τήμενος μὲν οὖν παραπεμπόμενος τοὺς παῖδας Ἀγέλαον καὶ Εὐρύπυλον, καὶ Καλλίαν τῇ θυγατρὶ προσανεῖχεν Ὑρνηθοῖ, καὶ τῷ ταύτης ἀνδρὶ Δηϊφόντῃ. ὅθεν οἱ παῖδες πείθουσι Τιτᾶνας ἐπὶ μισθῷ τὸν πατέρα αὐτῶν φονεῦσαι. γενομένου δὲ τοῦ φόνου, τὴν βασιλείαν ὁ στρατὸς ἔχειν ἐδικαίωσεν Ὑρνηθοῖ καὶ Δηϊφόντῃ. Κρεσφόντης δὲ οὐ πολὺν Μεσσήνης βασιλεύσας χρόνον, μετὰ δύο παίδων φονευθεὶς ἀπέθανε. Πολυφόντης δὲ ἐβασίλευσεν αὐτῶν τῶν Ἡρακλειδῶν ὑπάρχων· καὶ τὴν τοῦ φονευθέντος γυναῖκα ἄκουσαν Μερόπην ἔλαβεν. ἀνῃ-

ρέθη δὲ καὶ οὗτος. τρίτον γὰρ ἔχουσα παῖδα Μερόπη καλούμενον Αἴγυπτον, ἔδωκε τῷ ἑαυτῆς πατρὶ τρέφειν. οὗτος ἀνδρωθεὶς, καὶ κρύφα κατελθὼν, ἔκτεινε Πολυφόντην, καὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀπέλαβεν.

etiam è medio ſublatus fuit. Nam cùm tertium Merope filium Ægyptum nomine haberet, patri ſuo ipſius alendum dedit: qui cùm adultæ jam ætatis eſſet, per inſidias adortus Polyphontem peremit, ac paternum ſibi regnum recuperavit.





APOLLODORI ATHENIENSIS BIBLIOTHECES.

Liber tertius.

Caput I.

Quoniam verò genus Inachium, enaratâ Beli progenie, usque ad Heraclidarum familiam exposuimus, Agenoris prolem quoque deinceps enarremus. Enimverò, ut à nobis anteà dictum fuit, duos è Libya filios, Belum & Agenorem Neptunus procreavit. Belus quidem Ægyptiorum Rex, quos superiùs, liberos genuit: Agenor autem in Europam profectus, Telephassam conjugem ducit: ex qua Europam filiam, & Cadmum, Phœnicémque mares, & Cilicem sustulit. Sunt, qui Europam non Agenoris, sed Phœnicis filiam esse affirment. Hujus amore captus

ΑΠΟΛΛΟΔΟΡΟΥ ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ

βιβλίον γ'.

ΚΕΦΑΛ. α.

Ἐπεὶ δὲ τὸ Ἰνάχειον διεξερχόμενοι γένος, τοὺς ἀπὸ Βήλου μέχρι τῶν Ἡρακλειδῶν δεδηλώκαμεν, ἐχομένως λέγωμεν τὰ περὶ Ἀγήνορος. ὡς γὰρ ἡμῖν λέλεκται, δύο Λιβύη ἐγέννησε παῖδας ἐκ Ποσειδῶνος, Βῆλον καὶ Ἀγήνορα. Βῆλος μὲν οὖν βασιλεύων Αἰγυπτίων, τοὺς προειρημένους ἐγέννησεν. Ἀγήνωρ δὲ παραγενόμενος εἰς τὴν Εὐρώπην, γαμεῖ Τηλεφάασσαν· καὶ τεκνοῖ θυγατέρα μὲν Εὐρώπην, παῖδας δὲ Κάδμον, καὶ Φοίνικα, καὶ Κίλικα. τινὲς δὲ Εὐρώπην, οὐκ Ἀγήνορος ἀλλὰ Φοίνικος λέγουσι. ταύτης Ζεὺς ἐρα-

θεὶς, ἔπλει διὰ τῆς θαλάσσης Ῥόδου ἀποπλέων ταῦρος. ὃς χειροήθης γενόμενος, ἐπιβιβασθεῖσαν διὰ τῆς θαλάσσης, ἐκόμισεν εἰς Κρήτην. ἡ δὲ ἐκεῖ συνευνασθέντος αὐτῇ Διὸς, ἐγέννησε Μίνωα, Σαρπηδόνα, Ῥαδάμανθυν. καθ' Ὅμηρον Σαρπηδὼν ἐκ Διὸς καὶ Λαοδαμείας τῆς Βελλεροφόντου. ἀφανοῦς δὲ Εὐρώπης γενομένης, ὁ πατὴρ αὐτῆς Ἀγήνωρ ἐπὶ ζήτησιν ἐξέπεμψε τοὺς παῖδας, εἰπὼν, μὴ πρότερον ἀναστρέφειν πρὶν ἂν ἐξεύρωσιν Εὐρώπην. συνεξῆλθε δὲ ἐπὶ τὴν ζήτησιν αὐτῆς Τηλεφάασα ἡ μήτηρ, καὶ Θάσος ὁ Ποσειδῶνος· ὡς δὲ Φερεκύδης φησὶ, Κίλιξ. ὡς δὲ πᾶσαν ποιούμενοι ζήτησιν εὑρεῖν ἦσαν Εὐρώπην ἀδύνατοι, τὴν εἰς οἶκον ἀνακομιδὴν ἀπογνόντες, ἄλλος ἀλλαχοῦ κατῴκησαν. Φοῖνιξ μὲν Φοινίκην· Κίλιξ δὲ, Φοινίκης πλησίον, καὶ πᾶσαν τὴν ὑφ' ἑαυτοῦ κειμένην χώραν ποταμῷ σύνεγγυς Πυράμῳ, Κιλικίαν ἐκάλεσε· Κάδμος δὲ καὶ Τηλεφάασα, ἐν Θρᾴκῃ

perit Jupiter, necnon taurus per Rhodium mare navigat, qui ubi se puellæ mitem cicurémque præbuit, atque inde tauri dorso illam impositam velut prædam, pelago avexit in Cretam: ea inibi ab Jove compressa, Minoem, Sarpedonem, ac Rhadamanthum peperit; sed Homeri testimonio Sarpedon ex Jove ac Laodamia Bellerophontis filia, natus est. Pòst, ubi Europa nusquam appareret, Agenor pater eam filios vestigaturos emisit: iisque, ne, nisi cum reperta priùs Europa redirent, imperavit. Quibuscum & Telaphassæ mater, ac Thasus Neptuni filius; vel, ut Pherecydes ait, Cilix, ad eam perquirendam coivit. Posteà verò, cùm passim omnia vestigassent, neque usquam Europam comperissent, desperato ad suos reditu, alius aliò commigrarunt. Phœnix in Phœnicen se contulit. Cilix huic finitima loca invasit, atque omnem Pyramo amni adjacentem regionem subegit, eámque de se Ciliciam nominavit. Cadmus autem ac Telephassa in Thraciam pene-

tratunt. Necnon & Thasus conditam in Thracia urbem Thasum suo de nomine appellatam habitavit.

§. 2. Demùm Asterion Cretensium regulus, Europâ in matrimonium ductâ, ex ea natos filios aluit, qui, cùm adolevissent, mutuam inter se discordiam exercuerunt: nam Miletum puerum deperibant. Hic filius Apollinis, & Areæ Cleochi filiæ fuit. Puer cùm in Sarpedonis benevolentiam amorémque potiùs inclinare videretur, Minos conflato bello, victor fuit. Pòst illi in fugam vertuntur: ac Miletus in Cariam appulsus, ibi Miletum à seipso dictam urbem condidit. Verùm Sarpedon Cilici adversùs Lycios bellum gerenti opitulatus, ex Lyciæ parte regnum sibi comparavit: eíque Jupiter ad tres ætates vitam concessit. Nec desunt qui illum Atymnij Jovis & Cassiopeæ filij, amore conflagrasse tradant, eáq; de causa in seditionem concidisse. Sed Rhadamanthus, cùm conditis à se legibus insulanis imperaret, atque ex fuga rursùs in Bœotiam contendisset,

κατῴκησαν· ὁμοίως δὲ καὶ Θάσος ἐν Θρᾴκῃ, κτίσας πόλιν Θάσον κατῴκησεν.

§. β. Εὐρώπην δὲ γήμας Ἀστερίων ὁ Κρητῶν δυνάστης, τοὺς ἐκ τούτης παῖδας ἔτρεφεν. οἱ δὲ, ὡς ἐτελειώθησαν, πρὸς ἀλλήλους ἐστασίασαν· ἴσχουσι γὰρ ἔρωτα παιδὸς, ὃς ἐκαλεῖτο Μίλητος· Ἀπόλλωνος δὲ ἦν, καὶ Ἀρείας τῆς Κλεόχου. τοῦ δὲ παιδὸς πρὸς Σαρπηδόνα μᾶλλον οἰκείως ἔχοντος, πολεμήσας Μίνως ἐπροτέρησεν. οἱ δὲ φεύγουσι, καὶ Μίλητος μὲν, Καρίᾳ προσχὼν, ἐκεῖ πόλιν ἀφ' ἑαυτοῦ ἔκτισε Μίλητον. Σαρπηδὼν δὲ συμμαχήσας Κίλικι, πρὸς Λυκίους ἔχοντι πόλεμον, ἐπὶ μέρη τῆς χώρας Λυκίας ἐβασίλευσε. καὶ αὐτῷ δίδωσι Ζεὺς, ἐπὶ τρεῖς γενεὰς ζῆν. ἔνιοι δὲ αὐτὸν ἐρασθῆναι λέγουσιν Ἀτυμνίου τοῦ Διὸς, καὶ Κασσιοπείας, καὶ διὰ τοῦτον στασιάσαι. Ῥαδάμανθυς δὲ τοῖς νησιώταις νομοθετῶν, αὖθις φυγὼν εἰς Βοιωτίαν, Ἀλκμή-

την γαμεῖ. καὶ μεταλλάξας ἐν ᾅδου μετὰ Μίνωος δικάζει. Μίνως δὲ Κρήτην κατοικῶν, ἔγραψε νόμους. καὶ γήμας Πασιφάην, τὴν Ἡλίου καὶ Περσηΐδος· ὡς Ἀσκληπιάδης φησὶ, Κρήτην τὴν Ἀστερίου θυγατέρα· παῖδας μὲν ἐτέκνωσε, Καστρέα, Δευκαλίωνα, Γλαῦκον, Ἀνδρόγεων· θυγατέρας δὲ, Εκάλλην, Ξενοδίκην, Ἀριάδνην, Φαίδραν. Ἐκ Παρείας νύμφης Εὐρυμέδοντα, Νηφαλίωνα, Χρύσην, Φιλόλαον· ἐκ δὲ Δεξιθέας, Εὐξάνθιον.

§. γ. Ἀστερίου δὲ ἄπαιδος ἀποθανόντος, Μίνως βασιλεύειν θέλων Κρήτης, ἐκωλύετο· φήσας δὲ παρὰ θεῶν τὴν βασιλείαν εἰληφέναι, χάριν τοῦ πιστευθῆναι, ἔφη, εἴ τι ἂν εὔξηται, γενέσθαι. καὶ Ποσειδῶνι θύων, ηὔξατο ταῦρον ἀναφανῆναι ἐκ τῶν βυθῶν, ὑποσχόμενος καταθύσειν τὸν φανέντα. τοῦ δὲ Ποσειδῶνος ταῦρον ἀνέντος αὐτῷ διαπρεπῆ, τὴν βασιλείαν παρέλαβε. τὸν δὲ ταῦρον εἰς τὰ βουκόλια πέμψας, ἔθυσεν ἕ-

Alcmenem duxit uxorem. Demùm vitâ defunctus, apud inferos cum Minoe fratre præficitur. At Minos Cretam incolens leges conscripsit, ductâque Pasiphae Solis ac Perseidis filiâ, sive, ut Asclepiades ait, Crete Asterij filiâ, Creteum, Deucalionem, Glaucum, & Androgeum mares: fœminas, Hecalen, Xenodicen, Ariadnénque, ac Phædram sustulit. Porrò ex Nympha Paria Eurymedontem, Nephalionem, Chrysen, & Philolaum: at ex Dexithea, Euxanthium.

§. 3. Deinde, ubi Asterius, nullis relictis liberis, decessit, Minos Cretæ susceptâ regni administratione, prohibetur. Qui, ut fidem faceret, se à diis regnum accepisse, aiebat, si quid voto depoposcisset, sibi id eventurum. Inde Neptuno immolans, taurum, ut sibi ex profundo mari offerri precibus depoposcit, oblatum immolaturum se pollicetur. A Neptuno itaque, tauro, qualis eum deceret, emisso, regnum accepit. Qui cùm ejusmodi taurum ad armenta deduci jussisset, alium immo-

lavit. Hic subacto sibi pelago, omnibus propè insulis præfuit.

§. At iratus illi Neptunus, quòd eundem taurum minimè immolasset, hunc ipsum efferavit: Pasiphaénque, ut illum ardentissimè deperiret, effecit. Hæc igitur tauri inflammata desiderio, adjutorem sibi Dædalum assumit architectum, qui cædis reus Athenis aufugerat: hic ligneam in rotulis vaccam concavam intrinsecùs miro artificio construit, eíque bubulam pellem circumsuit, eámque in prato, ubi taurus depascere consueverat, locavit; Inde Pasiphaen intromisit: ad quam taurus accurrens, ceu naturalem vaccam inivit. Hæc demùm Asterium cognomento Minotaurum peperit: taurino vultu, cætera vultum fuisse, fertur. Hunc Minos oraculis quibusdam monitus intra Labyrinthum conclusum custodiri jubet. Sed Labyrinthus, quem Dædalus struxit, domicilium erat, quod ob multiplices viarum ambages, occursusque, ac recursus, fallebat. Quæ verò de Minotauro, &

τερον. θαλασσοκρατήσας δὲ πρῶτος πασῶν τῶν νήσων σχεδὸν ὑπῆρξεν.

§. δ. Ὀργισθεὶς καὶ αὐτῷ Ποσειδῶν, ὅτι μὴ κατέθυσε τὸν ταῦρον, τοῦτον μὲν ἐξηγρίωσε· Πασιφάην δὲ ἐλθεῖν εἰς ἐπιθυμίαν αὐτοῦ παρεσκεύασεν. ἡ δὲ ἐρασθεῖσα τοῦ ταύρου συνεργὸν λαμβάνει Δαίδαλον, ὃς ἦν ἀρχιτέκτων, πεφευγὼς ἐξ Ἀθηνῶν ἐπὶ φόνῳ. οὗτος ξυλίνην βοῦν ἐπὶ τροχῶν κατασκευάσας, καὶ ταύτην λαβὼν, καὶ κοιλάνας ἔσωθεν, ἐκδείρας τὴν βοῦν, τὴν δορὰν περιέρραψε. καὶ θεὶς ἐν ᾧ περ εἴθιστο ὁ ταῦρος λειμῶνι βόσκεσθαι, τὴν Πασιφάην ἐνεβίβασεν. ἐλθὼν δὲ ὁ ταῦρος, ὡς ἀληθινῇ βοῒ συνῆλθεν. ἡ δὲ Ἀστέριον ἐγέννησε τὸν κληθέντα Μινώταυρον. οὗτος εἶχε ταύρου πρόσωπον, τὰ δὲ λοιπὰ ἀνδρός. Μίνως δὲ ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ, κατά τινας χρησμοὺς κατακλείσας αὐτὸν ἐφύλαττεν. ἦν δὲ ὁ Λαβύρινθος, ὃν Δαίδαλος κατεσκεύασεν, οἴκημα καμπαῖς πολυπλόκοις πλανῶν τὴν ἔξοδον· τὰ μὲν οὖν περὶ Μινωταύρου, καὶ

Ἀνδρόγεω, καὶ Φαίδρας, καὶ Ἀριάδνης ἐν τοῖς περὶ Θησέως ὕστερον ἐροῦμεν.

ΚΕΦ. β.

Κράτιως δὲ τοῦ Μίνωος Ἀερόπη, καὶ Κλυμένη, καὶ Ἀπημοσύνη, καὶ Ἀλθημένης, υἱοὶ γίνονται. χρωμένῳ δὲ Κρητεῖ περὶ καταστροφῆς τοῦ βίου, ὁ θεὸς ἔφη, ὑπὸ ἑνὸς τῶν παίδων τεθνήξεσθαι. Κρητεὺς μὲν οὖν ἀπεκρύβετο τοὺς χρησμούς. Ἀλθημένης δὲ ἀκούσας, καὶ δείσας μὴ φονεὺς γένηται τοῦ πατρὸς, ἄρας ἐκ Κρήτης μετὰ τῆς ἀδελφῆς Ἀπημοσύνης, προσίσχει τινὶ τόπῳ τῆς Ῥόδου. καὶ κατασχὼν Κρητώνιαν ὠνόμασεν. ἀναβὰς δὲ ἐπὶ τὸ Ἀταβύριον καλούμενον ὄρος, ἐθεάσατο τὰς πέριξ νήσους. κατιδὼν δὲ καὶ Κρήτην, καὶ τῶν πατρῴων ὑπομνησθεὶς θεῶν, ἱδρύετο βωμὸν Ἀταβυρίου Διός. μετ' οὐ πολὺ δὲ, τῆς ἀδελφῆς αὐτόχειρ ἐγένετο. Ἑρμῆς γὰρ αὐτῆς ἐρασθεὶς ὡς φεύγουσαν αὐτὴν καταλαβεῖν οὐκ ἠδύνατο (περιῆν γὰρ αὐτῆς

Androgeo, ac Phædra, & Ariadna, leguntur, ubi de Theſeo pòſt dicetur, explicabimus.

CAP. II.

Aſt Aërope, Clymene, Apemoſyne, & Althemenes è Creteo Minois filio liberi nati ſunt. Creteo verò qualem ipſe vitæ exitum habiturus eſſet, oraculum ſciſcitanti, Deus ab uno è filiis ſuis interfectum iri reſpondit. Creteus itaque oraculum celat. Quod cùm accepiſſet Althemenes, & veritus ne patri mortem inferret, relictâ Cretâ cum Apemoſyne ſorore profectus, in quendam Rhodi locum appellit: quo potitus Creteniam illi de ſe nomen indidit. Conſcenſo autem Atabyrio monte, jacentes circa inſulas circumſpectavit, ac etiam deſpicatus Creten, & deûm patriorum recordatus, Atabyrio Jovi aram ſtatuit: nec longo pòſt tempore ſuam ipſe ſororem interemit. Nam Mercurius ejus amore correptus, quòd fugientem aſſequi non poſſet, (quippe quæ illi pedum pernicitate

nicitate præstabat) recentibus tergoribus viam substravit, in quibus delapsam, cùm è Creta rediret, vitiat, ac ea fratri rem commissam renunciat. Is autem Dei nomen culpæ expugnatæ pudicitiæ prætextum esse arbitratus, eam calcibus impetitam occidit.

§. 2. Mox Creteus Aëropen Clymenénque per Nauplium in longinquas terras, vendendas amandat. Ex his quidem Plisthenes Aëropen uxorem duxit: ex qua filios, Agamemnonem & Menelaum sustulit. Verùm Clymenen Nauplius in matrimonium cepit, ac filiorum Oracis & Palamedis pater efficitur. Cùm verò Creteus senio confectus esset, Althemeni filio regnum tradere cupiebat: eáque de causa Rhodum contendit: cúmque è navi cum heroibus sociis in desertum quendam insulæ locum descendisset, à bubulcis prædones ingruisse ratis ejicitur: quique vera dicens, cùm ob canum latratum, quòd ab insulanis percuteretur, exaudiri non posset: Althemenes super-

τῷ τάχει τῶν ποδῶν) κατὰ τῆς ὁδοῦ βύρσας ἐπέστρωσε νεοδάρτους ἐφ' ἃς ὀλισθήσασα ἐκείνη ἀπὸ τῆς Κρήτης ἐπανήει, φθείρεται· καὶ τῷ ἀδελφῷ μηνύει τὸ γεγονός· ὁ δὲ σκῆψιν νομίσας εἶναι τὸν θεὸν, λὰξ ἐνθορὼν ἀπέκτεινεν.

§. β. Ἀερόπην δὲ καὶ Κλυμένην Κρητεὺς Ναυπλίῳ δίδωσιν εἰς ἀλλοδαπὰς ἠπείρους ἀπεμπολῆσαι. τούτων Ἀερόπην μὲν ἔγημε Πλεισθένης· καὶ παῖδας, Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον ἔτεκεν. Κλυμένην δὲ γαμεῖ Ναύπλιος, καὶ τέκνων πατὴρ γίνεται Ὄρακος καὶ Παλαμήδους. Κρητεὺς δὲ ὕστερον γήρᾳ κατεχόμενος, ἐπόθει τὴν βασιλείαν Ἀλθημένει τῷ παιδὶ παραδοῦναι· καὶ διὰ τοῦτο ἦλθεν εἰς Ῥόδον. ἀποβὰς δὲ τῆς ναὸς σὺν τοῖς ἥρωσι κατά τινα τῆς νήσου τόπον ἔρημον, ἠλαύνετο ὑπὸ τῶν βουκόλων, λῃστὰς ἐμβεβληκέναι δοκούντων. καὶ μὴ δυναμένων ἀκοῦσαι λέγοντος αὐτοῦ τὴν ἀλήθειαν, διὰ τὴν κραυγὴν τῶν κυνῶν, ἀλλὰ

βαλλόντων κἀκεῖνον, παραγενόμενος Ἀλθημένης ἀκοντίσας ἀπέκτεινεν ἀγνοῶν Κρατέα. μαθὼν δὲ ὕστερον τὸ γεγονὸς, εὐξάμενος ὑπὸ χάσματος ἐκρύβη.

ΚΕΦ. γ.

Δευκαλίωνι δὲ ἐγένοντο Ἰδομενεύς τε καὶ Κρήτη, καὶ Νόθος, καὶ Μῶλος. Γλαῦκος δὲ [ὁ Μίνωος] ἔτι νήπιος ὑπάρχων, τὸν μῦν διώκων εἰς μέλιτος πίθον πεσὼν ἀπέθανεν. ἀφανοῦς δὲ ὄντος αὐτοῦ, Μίνως πολλὴν ζήτησιν ποιησάμενος περὶ τῆς εὑρέσεως ἐμαντεύετο. Κούρητες δὲ εἶπον. αὐτῷ τριχρώματον ἐν ταῖς ἀγέλαις ἔχειν βοῦν· τὸν δὲ τὴν ταύτης θέαν ἄριστα εἰκάσαι δυνηθέντα, καὶ ζῶντα τὸν παῖδα ἀποδώσειν. συγκληθέντων δὲ τῶν μάντεων, Πολυΐδος ὁ Κοιρανοῦ, τὴν χρόαν τῆς βοὸς εἴκασε βάτου καρπῷ, καὶ ζητεῖν τὸν παῖδα ἀναγκασθεὶς, διά τινος μαντείας ἀνεῦρε· λέγοντος δὲ Μίνωος, ὅτι δεῖ καὶ ζῶντα ἀπολαβεῖν αὐτὸν, [ἔν τινι οἰκή-

veniens, telo contorto Creteum patrem haudquaquàm agnitum interfecit. Qui, ubi ſcelus patratum cognovit, deos precatus terræ hiatu abſorptus occulitur.

CAP. III.

CÆterùm Deucalioni nati ſunt filij Idomeneus, Crethe, ac Nothus, & Molus. Glaucus autem Minois filius infans adhuc murem inſequens in mellis dolium delapſus, occubuit. Qui cùm nuſquàm gentium appareret, Minos pater, quòd amiſſum non reperitet, cùm diu, multúmque quæſiviſſet, de illius inventione ſcitatum oracula miſit. Curetes illi tricolorem inter armenta bovem eſſe retulerunt: cujus qui optimè effingere ſimulacrum poſſit, ab eo filium in vitam revocatum iri. Accerſitis itaque undecumque vatibus, Polyidus Cœrani filius rubi fructui bovis colorem aſſimilavit: & puerum veſtigare coactus, vaticinij cujuſpiam adjumento tandem reperit. At cùm Minos eum ſibi vivum reddi oportere dictitaret, cum pueri

cadavere in quodam domicilio concluditur: cúmque in summa consilij inopia versaretur, draconem ad præmortui pueri corpus proserpentem vidit. Hunc lapide percussum occidit, veritus, ne illum commiseratus ipse moreretur. Interea draco alter advenit, ac priorem extinctum conspicatus, retrò abiit: mox herbam ferens redit: eáque super omni draconis mortui corpore impositâ, illum in vitam revocavit. Id cùm Polyidus summa cum admiratione conspexisset, eandem herbam illatam Glauci corpori imposuit; atque illicò mortuum suscitavit.

§. 2. At Minos neque post recuperatum filium, nisi priùs vaticinandi rationem Glaucum doceat Polyidus, illum Argos remeare permittebat. Polyidus autem coactus edocet: atque in patriam rediturus, vela faciebat: Glaucúmque suum in os inspuere jubet. Quo facto, Glaucum vaticinandi oblivio subiit. Hactenùs itaque de Europæ posteris dixisse sat est.

ματι] ἀπεκλείσθη σὺν τῷ νεκρῷ· ἐν ἀμηχανίᾳ δὲ πολλῇ τυγχάνων, εἶδε δράκοντα ἐπὶ τὸν νεκρὸν ἰόντα· τοῦτον βαλὼν λίθῳ ἀπέκτεινε· δείσας μὴ ἂν αὐτὸς τελευτήσῃ, εἰ τοῦτο συμπάθοι. ἔρχεται δὲ ἕτερος δράκων· καὶ θεασάμενος νεκρὸν τὸν πρότερον, ἄπεισιν· εἶτα ὑποστρέφει πόαν κομίζων, καὶ ταύτην ἐπιτίθησιν ἐπὶ πᾶν τὸ τοῦ ἑτέρου σῶμα· ἐπιτεθείσης δὲ τῆς πόας, ἀνίστη. θεασάμενος δὲ Πολύϊδος καὶ θαυμάσας, τὴν αὐτὴν πόαν προσενέγκων τῷ τοῦ Γλαύκου σώματι, ἀνέστησεν.

§. β. Ἀπολαβὼν δὲ Μίνως τὸν παῖδα, οὐδ' οὕτως εἰς Ἄργος ἀπιέναι τὸν Πολύϊδον εἴα, πρὶν ἢ τὴν μαντείαν διδάξαι τὸν Γλαῦκον. ἀναγκασθεὶς δὲ Πολύϊδος διδάσκει. καὶ ἐπειδὴ ἀπέπλει, κελεύει τὸν Γλαῦκον εἰς τὸ στόμα ἐμπτύσαι. καὶ τοῦτο ποιήσας Γλαῦκος, τὴν μαντείαν ἐπελάθετο. τὰ μὲν οὖν περὶ τῶν τῆς Εὐρώπης ἀπογόνων, μέχρι τοῦδέ μοι λελέχθω.

ΚΕΦ. η.

Κάδμος δὲ, ἀποθανοῦσαν θάψας Τηλέφασσαν, ὑπὸ Θρᾳκῶν ξενισθεὶς ἦλθεν εἰς Δελφοὺς περὶ τῆς Εὐρώπης πυνθανόμενος· ὁ δὲ θεὸς εἶπε περὶ μὲν Εὐρώπης μὴ πολυπραγμονεῖν, χρῆσθαι δὲ καθοδηγῷ βοῒ, καὶ πόλιν κτίζειν, ἔνθα ἂν αὐτὴ πέσῃ καμοῦσα. τοιοῦτον λαβὼν χρησμὸν, διὰ Φωκέων ἐπορεύετο. εἶτα βοῒ συντυχὼν ἐν τοῖς Πελάγοντος βουκολίοις, ταύτῃ κατόπισθεν εἵπετο. ἡ δὲ διεξιοῦσα Βοιωτίαν ἐκλίθη, πόλις ἔνθα νῦν εἰσὶ Θῆβαι. βουλόμενος δὲ Ἀθηνᾷ καταθῦσαι τὴν βοῦν, πέμπει τινὰ τῶν μεθ' αὑτοῦ ληψόμενον ἀπὸ τῆς Ἀρείας κρήνης ὕδωρ. φρουρῶν δὲ τὴν κρήνην δράκων, ὃν ἐξ Ἄρεος εἶπόν τινες γεγονέναι, τοὺς πλείονας τῶν πεμφθέντων διέφθειρε. ἀγανακτήσας δὲ Κάδμος, κτείνει τὸν δράκοντα· καὶ τῆς Ἀθηνᾶς ὑποθεμένης, τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ σπείρει· τούτων δὲ σπαρέντων ἀνέτειλαν ἐκ γῆς ἄνδρες ἔνοπλοι, οὓς

CAP. IV.

Porrò Cadmus cùm jam vitâ functam Telephassam sepelisset: à Thracibus hospitio exceptus, Delphos de Europa deum sciscitaturus contendit: Deus illi nihil ab eo curiosè de Europa quærendum respondit: sed bove viæ duce utatur, atque urbem condat, ubicumque ea ambulando defessa procumbat. Quo ille accepto responso, per Phocensium terram iter faciebat: mox bovi inter Pelagontis armenta obviàm factus, eam ponè sequebatur: ea verò, Bœotiâ percursâ, humi procubuit, ubi nunc extant Thebæ. Deinde bovem illam Palladi mactaturus, è sociis suis quendam ex Martio fonte desumptam aquam reportaturum mittit: draco fonti custos appositus erat: hunc Marte satum fuisse perhibebant. Is ex aquaturis plerosque absumpsit: Quare indignatus Cadmus draconem interemit: ac Minervæ consilio ejus dentes serit, quibus satis, armati è terra viri exorti sunt: quibus

Spartis, id est, satis, nomen inditum fuit: Hi posteà mutuis sese vulneribus, alteri quidem, vel inviti in pugnam congressi: alteri verò, quòd alter alterum nequaquàm cognoscerent, occiderunt. Sed Pherecydes scriptum reliquit: Cadmus, ut armatos viros è terra exoriri conspexit, lapides in eos conjecit. Tum ij vicissim percuti existimantes, mutuam inter se pugnam inierunt. Verùm ex iisce, quinque tantummodò, Echion, Udæus, Chthonius, Hyperenor, & Pelor, incolumes superfuerunt.

§. 2. At Cadmus pro cæso dracone annum integrum Marti mercenarius fuit. Jam tum annus annis octo constabat. Post exactum mercedis tempus, regi ipsi Minerva regiam adornavit. Jupiter Harmoniam Veneris & Martis filiam uxorem dedit. Ad hæc dij omnes, relicto Cœlo, in Cadmia convivio excepti, nuptias concelebrarunt. Cadmus uxori peplum, ac monile Volcani opus, quod ei ab Volcano dono missum ferunt, muneri dedit. At Pherecydes ab Eu-

ἐκάλεσαν Σπαρτούς. οὗτοι δὲ ἀπέκτειναν ἀλλήλους· οἱ μὲν εἰς ἔριν ἀκούσιον ἐλθόντες· οἱ δὲ, ἀλλήλους ἀγνοοῦντες. Φερεκύδης δέ φησιν ὅτι Κάδμος ἰδὼν ἐκ γῆς ἀναφυομένους ἄνδρας ἐνόπλους, ἐπ' αὐτοὺς ἔβαλε λίθους. οἱ δὲ ὑπ' ἀλλήλων νομίζοντες βάλλεσθαι, εἰς μάχην κατέστησαν. περιεσώθησαν δὲ πέντε, Ἐχίων, Οὐδαῖος, Χθόνιος, Ὑπερήνωρ, Πέλωρ.

§. β. Κάδμος δὲ ἀνθ' ὧν ἔκτεινεν, ἀΐδιον ἐνιαυτὸν ἐθήτευσεν Ἄρει. ἦν δὲ ὁ ἐνιαυτὸς τότε ὀκτὼ ἔτη. μετὰ δὲ τὴν θητείαν, Ἀθηνᾶ αὐτῷ βασιλεῖ κατεσκεύασε. Ζεὺς ἔδωκεν αὐτῷ γυναῖκα Ἁρμονίαν, Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεος θυγατέρα. καὶ πάντες θεοὶ καταλιπόντες τὸν οὐρανὸν, ἐν τῇ Καδμίᾳ γάμον εὐωχούμενοι ἀνύμνησαν. ἔδωκε δὲ αὐτῇ Κάδμος πέπλον, καὶ τὸν Ἡφαιστότευκτον ὅρμον. ὃν ὑπὸ Ἡφαίστου λέγουσί τινες δοθῆναι Κάδμῳ. Φερεκύδης

δὲ ὑπὸ Εὐρώπης· ὃν παρὰ Διὸς αὐτὴν λαβεῖν. γίνονται δὲ Κάδμῳ θυγατέρες μὲν Αὐτονόη, Ἰνὼ, Σεμέλη, Ἀγαυή. παῖς δὲ Πολύδωρος. Ἰνὼ μὲν οὖν Ἀθάμας ἔγημεν. Αὐτονόην Ἀρισταῖος· Ἀγαυὴν Ἐχίων.

§. γ. Σεμέλης δὲ Ζεὺς ἐρασθεὶς, Ἥρας κρύφα, συνευνάζεται. ἡ δὲ, ἐξαπατηθεῖσα ὑπὸ Ἥρας, κατανεύσαντος αὐτῇ Διὸς πᾶν τὸ αἰτηθὲν ποιήσειν, αἰτεῖται τοιοῦτον αὐτὸν ἐλθεῖν οἷος ἦλθε μνηστευόμενος Ἥραν. Ζεὺς δὲ μὴ δυνάμενος ἀνανεῦσαι, παραγίνεται εἰς τὸν θάλαμον αὐτῆς ἐφ' ἅρματος, ἀστραπαῖς ὁμοῦ καὶ βρονταῖς, καὶ κεραυνὸν ἵησιν. Σεμέλης δὲ διὰ τὸν φόβον ἐκλιπούσης, ἑξαμηνιαῖον βρέφος ἐξαμβλωθὲν, ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάσας, ἐνέρραψε τῷ μηρῷ. ἀποθανούσης δὲ Σεμέλης, αἱ λοιπαὶ Κάδμου θυγατέρες διήνεγκαν λόγον συνευνῆσθαι θνητῷ τινι Σεμέλην, καὶ καταψεύσασθαι Διός· καὶ διὰ τοῦτο ἐκεραυνώθη. κατὰ δὲ τὸν χρόνον τὸν καθήκοντα Διόνυσον γεννᾷ Ζεὺς λύσας τὰ ῥάμματα,

ropa datum ſcribit: idque ab Jove accepiſſe. Cadmi filiæ fuere Autonoe, Ino, Semele, Agave. Verùm Polydorum unicum habuit marem. Sed Ino Athamanti nupſit. Ariſtæus Autonoen ſibi conjugavit, Echion Agaven duxit.

§. 3. Jupiter, cùm Semelen arderet, cum ea clam Junone concubuit. Hæc autem ab Junone decepta, quicquid ab eo depoſceret, ſeſe facturum Jove pollicente, ut, qualis cum conjuge congreſſurus adveniret, ſecum decumberet, poſtulavit. Quod cùm Jupiter abnuere non poſſet, curru invectus in peramatæ Semelis thalamum, præmiſſo fulmine cum fulgetris ſimul, & tonitribus advenit: quare Semele metu exſternata ſemeſtrem partum ejicit. Jupiter hunc è medio abreptum igne, femori inſuit. Mox Semele extincta, reliquæ Cadmi filiæ evulgant dictis Semelem cum mortalium quodam concubuiſſe, & ab Jove ſe compreſſam mentitam fuiſſe, eámque ob rem fulminatam fuiſſe. Congruo deinde tempore, ſolutis filis, Jupiter Dionyſium gignit,

eúmq; Mercurio tradit. Hunc ille ad Inonem & Athamantem affert: atque ut puellam educarent, suadet. Quod iniquo animo ferens Juno, iisce furorem immisit. Inde Athamas majorem natu filium Learchum, velut cervum venatus, interfecit. Ino verò Melicerta in ferventem lebetis aquam conjecto, & cum perempto filio in maris profunda desiluit. Et hæc quidem Leucothea nominatur; puer autem Palæmonis nomen accepit. Sic itaque appellati à navigantibus, quòd maris tempestatem patientibus opem ferant. Ad hæc Melicertæ Isthmiorum certamen Sisypho auctore, institutum fuit. Mox Jupiter Dionysium in hœdum transformat, ut Junonis iram evaderet. Hinc Mercurius sumptum puerum ad Nymphas, quæ tum Nysam Asiæ urbem incolebant, transportavit. Has posteà Jupiter in stellas mutatas, Hyadas appellavit.

§. 4. Sed ex Autonoe & Aristæo Actæon filius procreatur, qui à Chirone educatus, venator evasit. Posteà verò

καὶ δίδωσιν Ἑρμῇ. ὁ δὲ κομίζει πρὸς Ἰνὼ, καὶ Ἀθάμαντα, καὶ πείθει τρέφειν ὡς κόρην. ἀγανακτήσασα δὲ Ἥρα, μανίαν αὐτοῖς ἐνέβαλε. καὶ Ἀθάμας μὲν τὸν πρεσβύτερον παῖδα Λέαρχον, ὡς ἔλαφον θηρεύσας ἀπέκτεινεν. Ἰνὼ δὲ τὸν Μελικέρτην εἰς πεπυρωμένον λέβητα ῥίψασα, εἶτα βαστάσασα μετὰ νεκροῦ τοῦ παιδὸς ἥλατο κατὰ βυθῶν. καὶ Λευκοθέα μὲν αὐτὴ καλεῖται· Παλαίμων δὲ, ὁ παῖς. οὕτως ὀνομαθέντες ὑπὸ τῶν πλεόντων· τοῖς χειμαζομένοις γὰρ βοηθοῦσιν. ἐτέθη δὲ ἐπὶ Μελικέρτῃ ἀγὼν τῶν Ἰσθμίων Σισύφου θέντος. Διόνυσον δὲ Ζεὺς εἰς ἔριφον ἀλλάξας, τὸν Ἥρας θυμὸν ἔκλεψε. καὶ λαβὼν αὐτὸν Ἑρμῆς, πρὸς Νύμφας ἐκόμισεν, ἐν Νύσῃ τῆς Ἀσίας κατοικούσας. ἃς ὕστερον Ζεὺς καταστερίσας ὠνόμασεν Ὑάδας.

§. δ. Αὐτονόης δὲ καὶ Ἀρισταίου παῖς Ἀκταίων ἐγένετο. ὃς τραφεὶς παρὰ Χείρωνι, κυνηγὸς ἐδιδάχθη. καὶ

ὕστερον κατεβρώθη ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν, καὶ τοῦτον ἐτελεύτησε τὸν τρόπον. ὡς μὲν οὖν Ἀκουσίλαος λέγει, μηνίσαντος τοῦ Διὸς ὅτι ἐμνηστεύσατο Σεμέλην· ὡς δὲ οἱ πλείονες, ὅτι τὴν Ἄρτεμιν λουομένην εἶδε. καὶ φασὶ τὴν θεὸν παραχρῆμα αὐτοῦ τὴν μορφὴν εἰς ἔλαφον ἀλλάξαι· καὶ τοῖς ἑπομένοις αὐτῷ πεντήκοντα κυσὶν ἐμβαλεῖν λύσσαν, ὑφ' ὧν κατὰ ἄγνοιαν ἐβρώθη. ἀπολομένου δὲ Ἀκταίωνος, οἱ κύνες ἐπιζητοῦντες τὸν δεσπότην, κατωρύοντο. καὶ ζήτησιν ποιούμενοι, παρεγένοντο ἐπὶ τοῦ Χείρωνος ἄντρον· ὃς εἴδωλον κατεσκεύασεν Ἀκταίωνος, ὃ καὶ τὴν λύπην αὐτῶν ἐπαύσατο. τὰ ὀνόματα τῶν Ἀκταίωνος κυνῶν, ἐξ ὧν οὗτοι.

Δὴ νῦν καλὸν σῶμα περισταδὸν, ἠΰτε θῆρες
Τοῦτον ἐδάσαντο κύνες κρατεροί. * πέλας ἄγχοι
περέστη·

Μετὰ ταύτην ἄλκιμα τέκνα.

suis à canibus in Cithærone devoratus est, eúmque in modum interiit. Ut verò Acusilaus ait, Jovis irâ, quòd Semelen petisset uxorem: sed, ut pleriq; quòd Dianam lavantem vidisset: aiúntque ab dea extemplo in cervum commutatum fuisse, atque quinquaginta illius canibus insequentibus rabiem injectam fuisse, ut per eam dominum haud agnitum devorarint. Cæterùm Actæonem è medio sublatum canes dominum vestigantes, gannitu vocis & domini desiderium tristitiâ quadam significantes baubantur, ac demùm pòst diu quæsitum herum, in Chironis antrum devenerunt: quibus ille Actæonis simulachrum effinxit, quo viso, statim mœrore soluti sunt omnes. Actæonis canum nomina.

De quibus hi pulchrum validi
circum undique regis
Invadunt corpus rabidæ ceu
tigrides, ursique
Immanis soboles laniant pro-
pe retia, Prote:
Pòst alij dominum invadunt
sævissima proles,

Lynceus,

Lynceus, & Banus pedibus citus, atque Amarynthus; & quos nominatim protulit in enumeratione.

Tum Iovis imperio Actæon cecidit

** Regis námque sui nigrum absumpsere cruorem*
Argúsque, Spartúsque, Boréisque celerrimus, iidem
Artubus Actæi, atque etiam sunt sanguine pasti.
Cætera dein promptè invaserunt turba latrantum.

** Sævorum hæc hominum generi est medicina dolorum.*

Λυγκεὺς καὶ * Βαῖος πόδας αἰψηρὸς, ἠδ' Ἀμάρυνθος. καὶ οὓς ὀνομαστὶ διώεγκεν, ὡς κατέλεξε.

Καὶ τότε Ἀκταίων ἔθανεν Διὸς ἐννεσίῃσι.

Πρῶτοι γὰρ μέλαν αἷμα ἀπὸ σφετέροιο ἄνακτος
Σπαρτός τ' ὢν, Ἄργός τε, Βόρης τ' αἰψηροκέλευθος.
Τοῦ δ' Ἀκταίωνος πρῶτοι φάγον, αἷμα τ' ἔδαψαν.
Τοὺς δὲ μετ' ἄλλοι πάντες ἐπέσσυθον ἐμμεμαῶτες.

Ἀργαλέων ὀδυνῶν ἄκος ἔμμεναι ἀνθρώποισι.

CAP. V.

Porrò Dionysius post vitem inventam, à Junone furore injecto percitus, Ægyptumque ac Syriam pererravit. Hunc primus omnium Proteus Ægyptiorum rex hospitio accepit: ac rursùs ad Cybelam Phrygiæ urbem proficiscitur: atque ibi expiatus à Rhea, & cæremonias edoctus Cybeleias, stoláque ab eadem sumptâ, ad Indos per Thraciam contendit. Lycurgus Dryantis filius rex Edonorum, qui amnem Stry-

ΚΕΦ. ε.

Διόνυσος [δὲ,] εὑρετὴς ἀμπέλου γενόμενος, Ἥρας μανίαν αὐτῷ ἐμβαλούσης, περιπλανᾶται Αἴγυπτόν τε καὶ Συρίαν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον Πρωτεὺς αὐτὸν ὑποδέχεται βασιλεὺς Αἰγυπτίων. αὖθις δὲ εἰς Κύβαλα τῆς Φρυγίας ἀφικνεῖται. καθαρθεὶς ὑπὸ Ῥέας, καὶ τὰς τελετὰς ἐκμαθὼν, καὶ λαβὼν παρ' ἐκείνης τὴν στολὴν, ἐπὶ Ἰνδοὺς διὰ τῆς Θρᾴκης ἠπείγετο. Λυκοῦργος δὲ παῖς Δρύαντος Ἠδωνῶν βασιλεύσας, Στρυ-

μόνα ποταμὸν οἱ παροικοῦσι, πρῶτος ὑβρίσας ἐξέβαλεν αὐτόν. καὶ Διόνυσος μὲν εἰς θάλασσαν πρὸς Θέτιν τὴν Νηρέως κατέφυγε. Βάκχαι δὲ ἐγένοντο αἰχμάλωτοι καὶ τὸ συνεπόμενον Σατύρων πλῆθος αὐτῷ. αὖθις δὲ αἱ Βάκχαι ἐλύθησαν ἐξαίφνης. Λυκούργῳ γὰρ μανίαν ἐποίησε Διόνυσος· ὁ δὲ μεμηνὼς, Δρύαντα τὸν παῖδα, ἀμπέλου νομίζων κλῆμα κόπτειν, πελέκει πλήξας ἀπέκτεινε· καὶ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν, ἐσωφρόνησε. τῆς δὲ γῆς ἀκάρπου μενούσης, ἔχρησεν ὁ θεὸς, καρποφορήσειν αὐτὴν ἂν θανατωθῇ Λυκοῦργος. Ἠδωνοὶ δὲ ἀκούσαντες, εἰς τὸ Παγγαῖον αὐτὸν ἀπαγαγόντες ὄρος ἔδησαν. κἀκεῖ κατὰ Διονύσου βούλησιν ὑπὸ ἵππων διαφθαρεὶς ἀπέθανε. διελθὼν δὲ Θρᾴκην, καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἅπασαν, στήλας ἐκεῖ στήσας, ἧκεν εἰς Θήβας· καὶ τὰς γυναῖκας ἠνάγκασε καταλιπούσας τὰς οἰκίας, βακχεύειν ἐν τῷ Κιθαιρῶνι.

§. β. Πενθεὺς δὲ γεννηθεὶς

monem incolunt, primùm ipſum contumeliâ affectum dejecit. Tum Bacchus ad Thetin Nerei filiam confugit. Bacchę autem in vincula conjectæ fuerunt, necnon, quæ magna Satyrorum multitudo eum conſecuta eſt. Contrà verò Bacchæ ſtatim ſolutæ ſunt. Nam Dionyſius Lycurgo furorem injecit. Tum ille amentiâ præceps Dryantem filium, vitis palmitem ſe ratus amputare, ſecuri percuſſum interfecit. Qui cùm extrema ſui corporis præcidiſſet, reſipuit. Deinde, ubi terra nullas ſuppeditaret fruges, numen ſuo renunciavit oraculo, terram tum fore fructiferam, cùm Lycurgus mortalitatem exuerit: Quod, ut Edoni acceperunt, ipſum in Pangæum montem abductum in vincula conjecerunt: ubi ex Dionyſij voto equis laniatus occubuit. Ad hæc Bacchus poſt Thraciam atque Indiam univerſam peragratam, & locatis inibi cum titulo ſtelis, Thebas repedavit, necnon fœminas, relictis domibus ſuis, in Cithærone debacchari compulit.

§.2. Pentheus autem Agaves

& Echionis filius à Cadmo in regno ſubrogatus, hæc ab illis fieri prohibuit: quique cùm ſe in Cithæronem montem Mimallonidas exploraturus, contuliſſet, ab Agave matre, per furorem, eum feram eſſe arbitrata, membratim conciditur. Demùm Bacchus, ubi ſe Thebanis Deum eſſe declaravit, Argos adiit: atque ibi rursùs ab illis ut numen minimè obſervatus, eorum mulieres furere ac debacchari coegit. Quæ mox in montibus lactentium, quos ſecum extulerant, filiorum carnibus veſcebantur.

§. 3. Poſteà verò, cùm ab Icaria in Naxum transſvehi cuperet, prædatoriam Tyrrhenorum triremem mercede conduxit, ac deo ipſo in navi impoſito, Naxi litora prætерlegunt, atque in Aſiam deum vendituri vela faciunt. Tum Dionyſius malum, remóſque in ſerpentes vertit, navim ad hæc hedera, & tibiarum ſonitu omnem replevit. Nautæ interim furore acti in mare præcipites fugiunt, atque in delphinos mutantur: Pòſt, ubi hunc Deum eſſe à rebus

ἐξ Ἀγαυῆς Ἐχίονι, παρὰ Κάδμου εἰληφὼς τὴν βασιλείαν, διεκώλυε ταῦτα γίνεσθαι. καὶ παραγενόμενος εἰς Κιθαιρῶνα τῶν βακχῶν κατάσκοπος ὑπὸ τῆς μητρὸς Ἀγαυῆς κατὰ μανίαν ἐμελίσθη· ἐνόμισε γὰρ αὐτὸν θηρίον εἶναι. δείξας δὲ Θηβαίοις, ὅτι θεός ἐστιν, ἧκεν εἰς Ἄργος· κἀκεῖ πάλιν οὐ τιμώντων αὐτὸν, ἐξέμηνε τὰς γυναῖκας· αἱ δὲ, ἐν τοῖς ὄρεσι τοὺς ἐπιμαστιδίους ἔχουσαι παῖδας, τὰς σάρκας αὐτῶν ἐσιτοῦντο.

§. γ. Βουλόμενος δὲ ἀπὸ τῆς Ἰκαρίας εἰς Νάξον διακομισθῆναι, Τυῤῥηνῶν ληστρικὴν ἐμισθώσατο τριήρη. οἱ δὲ, αὐτὸν ἐνθέμενοι, Νάξον μὲν παρέπλεον· ἠπείγοντο δὲ εἰς τὴν Ἀσίαν ἀπεμπολήσοντες. ὁ δὲ τὸν μὲν ἱστὸν καὶ τὰς κώπας ἐποίησεν ὄφεις· τὸ δὲ σκάφος ἔπλησε κισσοῦ, καὶ βοῆς αὐλῶν· οἱ δὲ, ἐμμανεῖς γενόμενοι, κατὰ τῆς θαλάττης ἔφυγον, καὶ ἐγένοντο δελφῖνες. ὡς δὲ μαθόντες αὐτὸν θεὸν ἀν-

θρωποι, ἐτίμων. ὁ δὲ ἀναγαγὼν ἐξ ᾅδου τὴν μητέρα, καὶ προσαγορεύσας Θυώνην, μετ᾽ αὐτῆς εἰς οὐρανὸν ἀνῆλθεν.

gestis mortales didicerunt, divinis honoribus percolebant. Hic deinde ab inferis matrem revocavit, Thyonénque mox illam appellavit, cum ea demum in cœlum conscendit.

§ δ. Ὁ δὲ Κάδμος μετὰ Ἁρμονίας Θήβας ἐκλιπὼν, πρὸς Ἐγχελέας παραγίνεται. τούτοις δὲ ὑπὸ Ἰλλυριῶν πολεμουμένοις, ὁ θεὸς ἔχρησεν, Ἰλλυριῶν κρατήσειν, ἐὰν ἡγεμόνα Κάδμον καὶ Ἁρμονίαν ἔχωσι. οἱ δὲ, πεισθέντες, ποιοῦνται κατὰ Ἰλλυριῶν ἡγεμόνας τούτους, καὶ κρατοῦσι. καὶ βασιλεύει Κάδμος Ἰλλυριῶν. καὶ παῖς Ἰλλύριος αὐτῷ γίνεται. αὖθις δὲ μετὰ Ἁρμονίας εἰς δράκοντα μεταβαλὼν, εἰς Ἠλύσιον πεδίον ὑπὸ Διὸς ἐξεπέμφθησαν.

§. 4. Intereà Cadmus cum Harmonia conjuge post relictas Thebas ad Enchelienses commigravit. quibus, cùm ab Illyriis bello impeterentur, à Deo responsum fuit, Illyriis, si Cadmum Harmoniámque ducem haberent, imperaturos. Tum hi oraculi fidem secuti, eos adversùs Illyrios duces deligunt, ac vincunt. Sic itaque Cadmus Illyriorum regnum adipiscitur: eíq; Illyrius filius nascitur, nec longo pòst tempore in draconem cum Harmonia mutatus, in campum Elysium ab Jove demissi sunt.

§. ε. Πολύδωρος δὲ Θηβῶν βασιλεὺς γενόμενος, Νυκτηΐδα γαμεῖ Νυκτέως τοῦ Χθονίου θυγατέρα· καὶ γεννᾷ Λάβδακον. οὗτος ἀπώλετο μετὰ Πενθέα ἐκείνῳ φρονῶν παραπλήσια. καταλιπόντος δὲ Λαβδάκου παῖδα ἐνιαυσιαῖον Λάϊον, τὴν ἀρχὴν ἀφεί-

§. 5. Dein Polydorus Thebarum regno præfectus Nycteidem filiam Nyctei, qui fuit Chthonij filius, ducit uxorem: ex qua Labdacum gignit. Hic post Pentheum, quòd eadem quæ ille, sentiret, occubuit. Qui cùm Laium filium anniculum superstitem reliquisset, Lycus Nyctei fra-

ter, intereà, dum ille in pueris esset, regnum occupavit. Ambo verò ab Eubœa in fugam acti, post Phlegyam Marti[s &] Chrysæ Bœotiadis filium interfectum, in Syria sedem collocarunt: atque ob suam, quæ cum Pentheo necessitudo intercesserat, in civitatem cooptati fuere. Declaratus igitur Lycus à Thebanis belli imperator, regno præficitur: qui, cùm jam annos viginti imperasset, à Zetho & Amphione obtruncatus, diem obiit. Hujusce necis hanc fuisse causam produnt. Antiope Nyctei filia fuit: hanc Jupiter inivit: eáque, quòd gravida esset, patre comminante, in Sicyonem ad Epopeum ex fuga sese recepit: atque huic nubit. Nycteus interim mœrore confectus, cùm antea Lyco, ut in Epopeum Antiopénque animadverteret, imperasset, sibi ipsi mortem consciscit. Is autem, comparatâ magnâ militum multitudine, Sicyonem capit, & Epopeum interimit. Atque Antiopen captivam abducit, quæ, cùm abduceretur, ad Eleutheras Bœotiæ

λεῖο Λύκος, ἕως ὄντος ἦν παῖς, ἀδελφὸς ὢν Νυκτέως. ἀμφότεροι δὲ ἀπὸ Εὐβοίας φυγόντες, ἐπεὶ Φλεγύαν ἀπέκτειναν τὸν Ἄρεος, καὶ Χρύσης τῆς Βοιωτίδος, Συρίαν κατῴκουν· καὶ διὰ τὴν πρὸς Πενθέα οἰκειότητα, ἐγεγόνεισαν πολῖται. αἱρεθεὶς οὖν Λύκος πολέμαρχος ὑπὸ Θηβαίων, ἐπέθετο τῇ δυναστείᾳ, καὶ βασιλεύσας ἔτη εἴκοσι φονευθεὶς ὑπὸ Ζήθου καὶ Ἀμφίονος, θνήσκει δι' αἰτίαν τήνδε. Ἀντιόπη θυγάτηρ ἦν Νυκτέως· ταύτῃ Ζεὺς συνῆλθε. ἡ δὲ, ὡς ἔγκυος ἐγένετο, τοῦ πατρὸς ἀπειλοῦντος, εἰς Σικυῶνα ἀποδιδράσκει πρὸς Ἐπωπέα· καὶ τούτῳ γαμεῖται. Νυκτεὺς δὲ ἀθυμήσας, ἑαυτὸν φονεύει, δοὺς ἐντολὴν Λύκῳ περὶ Ἐπωπέως, καὶ περὶ Ἀντιόπης λαβεῖν δίκας. ὁ δὲ, στρατευσάμενος Σικυῶνα χειροῦται. καὶ τὸν μὲν Ἐπωπέα κτείνει, τὴν δὲ Ἀντιόπην ἤγαγεν αἰχμάλωτον. ἡ δὲ, ἀγομένη δύο γεννᾷ παῖδας ἐν Ἐλευθεραῖς

τῆς Βοιωτίας. οὓς ἐκκειμένους εὑρὼν βουκόλος ἀνατρέφει. καὶ τὸν μὲν καλεῖ Ζῆθον, τὸν δὲ Ἀμφίονα. Ζῆθος μὲν οὖν ἐπεμελεῖτο βουφορβίων· Ἀμφίων δὲ κιθαρῳδίαν ἤσκει, δόντος αὐτῷ λύραν Ἑρμοῦ. Ἀντιόπην δὲ ᾐκίζετο Λύκος καθείρξας, καὶ ἡ τούτου γυνὴ Δίρκη. λαθοῦσα δέ ποτε τῶν δεσμῶν αὐτομάτων λυθέντων, ἧκεν ἐπὶ τὴν τῶν παίδων ἔπαυλιν, δεχθῆναι πρὸς αὐτῶν θέλουσα. οἱ δὲ, ἀναγνωρισάμενοι τὴν μητέρα, τὸν μὲν Λύκον κτείνουσι· τὴν δὲ Δίρκην [θριξὶ] δήσαντες ἐκ ταύρου θανοῦσαν ῥίπτουσιν εἰς κρήνην, τὴν ἀπ' ἐκείνης καλουμένην Δίρκην. παραλαβόντες δὲ τὴν δυναστείαν, τὴν μὲν πόλιν ἐτείχισαν, ἐπακολουθησάντων τῇ Ἀμφίονος λύρᾳ τῶν λίθων· Λάϊον δὲ ἐξέβαλον. ὁ δὲ, ἐν Πελοποννήσῳ διατελῶν, ἐπιξενοῦται Πέλοπι· καὶ τούτου παῖδα Χρύσιππον, ἁρματοδρομεῖν διδάσκων, ἐρασθεὶς ἀναρπάζει.

§. ϛ. Γαμεῖ δὲ Ζῆθος μὲν Θήβην, ἀφ' ἧς ἡ πόλις Θῆβαι. Ἀμφίων δὲ

geminos parit, quos expoſitos bubulcus invenit, ac educat. Horúmque alteri, Zetho, alteri autem Amphioni, indidit nomen. Zethus rei pecuariæ ſtudio ſeſe dedit; Amphion verò, quòd à Mercurio lyrâ donatus eſſet, citharœdicam exercuit. Lycus intereà Antiopen in vinculis, & ejuſce conjux Dirce torquebat. Clam verò, tandem aliquando vinculis ultrò ſolutis, ad filiorum domicilium, ut ab eis exciperetur, contendit. Qui, matre agnitâ, Lycum occidunt, ac Dircen crinibus religatam è tauro necant, & in fontem, qui ab ea Dirce poſteà nominatus eſt, conjiciunt. Recuperato deinde imperio, urbem, ſubſecutis Amphionis lyram lapidibus, muro cinxerunt, Laïúmque fugarunt. Quem, cùm in Peloponneſo ageret, Pelops hoſpitio excipit: & hujuſce filium Chryſippum curulis artis exercendæ rationem edocens, ejúſque amore ſuccenſus, rapit.

§. 6. Zethus porrò Theben ducit, de qua Thebis urbi factum eſt nomen. Amphion

verò Nioben Tantali filiam sibi conjugavit. De qua filios mares septem procreavit, Sipylum, Minytum, Ismenum, Damasichthonem, Agenorem, Phædimum, ac Tantalum: fœminas autem totidem, * Ethodæam, sive, ut alij volunt, Theram, Cleodoxam, Astyochen, Phthiam, Pelopiam, Astycrateam, Ogygiam. At Hesiodus decem filios, totidémque filias genuisse ait. Sed Herodotus duos quidem mares, tres autem fœminas. Immò verò Homerus, sex filios, & sex item fœminas illum ex ea sustulisse refert. Quare Niobe tot filiis aucta, Latonâ se fœcundiorem esse jactavit. Latona verò id ægerrimè ferens, Dianámque ac Apollinem in ipsos irritavit. Mox autem Diana Niobes filias sagittis domi confecit: at mares ad unum omnes in Cirhærone venantes Apollo interfecit. * Amphion tamen è maribus, & è fœminis Chloris natu maxima, quæ Neleo nupserat, asservati sunt. Verùm Telesillæ testimonio, Amycla & Melibœa intactæ remanserunt: & ab iisdē Zethus etiam

Νιόβην τὴν Ταντάλου. ἣ γεννᾷ παῖδας μὲν ἑπτὰ Σίπυλον, Μίνυτον, Ἰσμηνὸν, Δαμασίχθονα, Ἀγήνορα, Φαίδιμον, Τάνταλον. θυγατέρας δὲ τὰς ἴσας * Ἐθοδαίαν, ἢ ὥς τινες, Θήραν, Κλεοδόξαν, Ἀστυόχην, Φθίαν, Πελοπίαν, Ἀστυκράτειαν, Ὠγυγίαν. Ἡσίοδος δὲ, δέκα μὲν υἱοὺς, δέκα δὲ θυγατέρας. Ἡρόδοτος δὲ, δύο μὲν ἄρρενας, τρεῖς δὲ θηλείας. Ὅμηρος δὲ, ἓξ μὲν υἱοὺς, ἓξ δὲ θυγατέρας φησὶ γενέσθαι. εὔτεκνος δὲ οὖσα Νιόβη, τῆς Λητοῦς εὐτεκνωτέραν εἶπεν ὑπάρχειν. Λητὼ δὲ ἀγανακτήσασα, τήν τε Ἄρτεμιν καὶ τὸν Ἀπόλλωνα κατ' αὐτῶν παρώξυνε. καὶ τὰς μὲν θηλείας ἐπὶ τῆς οἰκίας κατετόξευσεν Ἄρτεμις· τοὺς δὲ ἄρρενας κοινῇ πάντας ἐν Κιθαιρῶνι Ἀπόλλων κυνηγετοῦντας ἀπέκτεινεν. ἐσώθη δὲ τῶν μὲν ἀῤῥένων * Ἀμφίων· τῶν δὲ θηλειῶν Χλῶρις ἡ πρεσβυτέρα, ᾗ Νηλεὺς συνῴκησε. κατὰ δὲ Τελέσιλλαν ἐσώθησαν Ἀμύκλα καὶ Μελίβοια * ἐτοξεύθη δὲ ὑπ' αὐτῶν καὶ Ζῆθος

καὶ Ἀμφίων. αὐτὴ [δὲ] Νιόβη Θήβας ἀπολιποῦσα, πρὸς τὸν πατέρα Τάνταλον ἧκεν εἰς Σίπυλον· κἀκεῖ Διὶ εὐξαμένη, τὴν μορφὴν εἰς λίθον μετέβαλεν. καὶ χεῖται δάκρυα νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τοῦ λίθου.

§. ζ. Κατὰ δὲ τὴν Ἀμφίονος τελευτὴν, Λάϊος τὴν βασιλείαν παρέλαβε, καὶ γήμας θυγατέρα Μενοικέως ἣν ἔνιοι μὲν Ἰοκάστην, ἔνιοι δὲ Ἐπικάστην, λέγουσι. χρήσαντος τοῦ θεοῦ μὴ γεννᾶν· τὸν γεννηθέντα γὰρ πατροκτόνον ἔσεσθαι. ὁ δὲ οἰνωθεὶς συνῆλθε τῇ γυναικί. καὶ τὸ γεννηθὲν, ἐκθεῖναι δίδωσι νομεῖ, περόναις διατρήσας τὰ σφυρά. ἀλλ' οὗτος μὲν ἐξέθηκεν εἰς Κιθαιρῶνα. Πολύβου δὲ βουκόλοι τοῦ Κορινθίων βασιλέως τὸ βρέφος εὑρόντες, πρὸς τὴν αὐτοῦ γυναῖκα Περίβοιαν ἤνεγκαν. ἡ δὲ, ἀνελοῦσα ὑποβάλλεται· καὶ θεραπεύσασα τὰ σφυρὰ, Οἰδίπουν καλεῖ, τοῦτο θεμένη τὸ ὄνομα διὰ τὸ τοὺς πόδας ἀνοιδῆσαι. τελειωθεὶς δὲ ὁ παῖς, καὶ διαφέρων τῶν ἡλίκων ἐν ῥώμῃ, διὰ

& Amphion sagittis confixi occubuerunt. Ipsa verò Niobe, Thebis relictis, in Sipylum ad Tantalum patrem pervenit: ibíque Jovem precata, in saxum commutata fuit, ac lacrymas noctes atque dies effundit suo de lapide.

§. 7. Pòst, ubi Amphion vitâ decessit, Laïus regnum accepit, duxítque Menœcei filiam, quam nonnulli Iocastam, quidam verò Epicastam nominant. Qui, oraculo monitus est, ne filios gigneret, quòd ex eo qui nasceretur, parricida futurus esset. Is autem per ebrietatem cum uxore concubuit: ex ea natum infantem, pastori, trajectis ferreâ fibulâ calcaneis, dedit exponendum. At hic quidem puerum in Cithærone monte exposuit. Polybi verò Corinthiorum Regis bubulci repertum infantem ad Peribœam illius uxorem contulerunt: quæ sumptum puerum velut proprium sibi supponit, & curatis pedibus, OEdipum nominat, ídque ei de pedum tumore nomen imponit. Adultus interea puer, ac robore suis æqualibus antecellens, ob invidiam

invidiam contumeliosissimè suppositititius ac spurius appellatur. Qui, cùm de Peribœa id quæreret, scire minimè potuit. Profectus autem Delphos, de parentibus suis Deum sciscitatur, cui tum Apollo, ne in patriam rediret, oraculo edicit; quippe qui suo patri cædem esset illaturus, & cum matre rem habiturus. Hic, ubi id accepit, ac reputans ex iis qui dicti fuerant, se procreatum esse, Corinthum redire supersedit: & dum curru per Phocidem vehitur, angustâ quadam viâ, Laïo ac Polyphontæ, (hic erat Laïj præco) curru euntibus occurrit: cui cùm Polyphontes, ut de via cederet, imperasset, nec ille dicto audiens esset, quin potiùs cunctaretur, equorum jugalium alterum præco interfecit, iracundiâ percitus OEdipus, & Polyphontem & Laïum simul obtruncavit; inde Thebas pervenit.

§. 8. Laïum itaque Platæensium rex Damasistratus sepeliendum curavit. Regnum verò Creon Menœcei filius invasit, quo regnante non me-

φθόνον ὀνειδίζεται ὑπόβλητος. ὁ δὲ πυνθανόμενος περὶ τῆς Περιβοίας, μαθεῖν οὐκ ἠδύνατο. ἀφικόμενος δὲ εἰς Δελφοὺς, περὶ τῶν ἰδίων ἐπυνθάνετο γονέων. ὁ δὲ θεὸς εἶπεν αὐτῷ εἰς τὴν πατρίδα μὴ πορεύεσθαι· τὸν μὲν γὰρ πατέρα φονεύσειν, τῇ δὲ μητρὶ μιγήσεσθαι. τοῦτο ἀκούσας, καὶ νομίζων ἐξ ὧν ἔλεγε γεγεννῆσθαι, Κόρινθον μὲν ἀπέλιπεν. ἐφ' ἅρματος δὲ διὰ τῆς Φωκίδος φερόμενος, συντυγχάνει κατά τινα στενὴν ὁδὸν ἐφ' ἅρματος ὀχουμένῳ Λαΐῳ καὶ Πολυφόντῃ· κῆρυξ δὲ οὗτος ἦν Λαΐου· καὶ κελεύσαντος ἐκχωρεῖν, καὶ δι' ἀπείθειαν καὶ ἀναβολὴν κτείναντος τῶν ἵππων τὸν ἕτερον, ἀγανακτήσας Οἰδίπους καὶ Πολυφόντην καὶ Λάϊον ἀπέκτεινε· καὶ παρεγένετο εἰς Θήβας.

§. η. Λάϊον μὲν οὖν θάπτει ὁ βασιλεὺς Πλαταιέων Δαμασίστρατος. τὴν δὲ βασιλείαν Κρέων Μενοικέως παραλαμβάνει. τούτου δὲ βασιλεύοντος, οὐ

μικρὰ συμφορὰ κατεῖχε Θήβας. ἔπεμψε γὰρ Ἥρα Σφίγγα, ἣ μητρὸς μὲν Ἐχίδνης ἦν· πατρὸς δὲ, Τυφῶνος. εἶχε δὲ πρόσωπον μὲν γυναικὸς, στῆθος δὲ καὶ βάσιν καὶ οὐρὰν λέοντος, καὶ πτέρυγας ὄρνιθος. μαθοῦσα δὲ αἰνίγματα παρὰ Μουσῶν, ἐπὶ τὸ Φίκειον ὄρος ἐκαθέζετο· καὶ τοῦτο προὔτεινε Θηβαίοις. ἦν δὲ τὸ αἴνιγμα τί ἐστι, τὸ μίαν ἔχον φωνὴν, τετράπουν, καὶ δίπουν, καὶ τρίπουν γίνεται. χρησμοῦ δὲ Θηβαίοις ὑπάρχοντος τηνικαῦτα ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς Σφιγγὸς, ἡνίκα ἂν τὸ αἴνιγμα λύσωσι. καὶ συνιόντες εἰς αὐτὸ πολλάκις, ἐζήτει τί τὸ λεγόμενόν ἐστιν. ἐπ' ἂν δὲ μὴ εὕρισκον, ἁρπάσας ἕνα, κατεβίβρωσκε· πολλάκις δὲ ἀπολλυμένων, καὶ τὸ τελευταῖον Αἵμονος τοῦ Κρέοντος, κηρύσσει Κρέων, τῷ τὸ αἴνιγμα λύσοντι, καὶ τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν Λαΐου δώσειν γυναῖκα. Οἰδίπους δὲ ἀκούσας, ἔλυσεν,

diocris clades Thebas occupavit. Siquidem Juno Sphingem, ex Echidna & Typhone parentibus ortam immisit. Hæc muliebri facie, pectore, pedibúsque, ac caudâ leonis, & avis pennis prædita fuit. Quæ cum à Musis ænigmata didicisset, in Phiceo monte consedit: de quibus id unum Thebanis proponere solebat, quod est ejusmodi. Quodnam esset id animal, quod unam habet vocem, & quadrupes, bipes, ac demùm tripes efficitur. Ad hæc Thebanis oraculo renunciatum fuerat, jam tum Sphingis incommodo ac detrimento liberos fore, quandocumque id ænigma solverint: quin etiam in unum sæpe coeuntes, universos quid illud esset, rogabat: quod cùm minimè reperirent, abreptum ex omnibus, unum devorabat: Eáque de causa plerique subinde peribant, ac postremò ad eum modum Æmone Creontis filio perempto, Creon ænigma hujusmodi soluturo, & regnum, & Laïj uxorem se traditurum præconis voce renunciari jubet. Quod ubi ad OEdipi aures

pervenit, ipſe ita ſolvit: quod à Sphinge proponitur ænigma, hominem eſſe ait: naſcitur enim quadrupes infans, qui quatuor gradiatur membris: grandior autem effectus, homo bipes eſſe incipit: ſeneſcens verò, ac demùm, tertio aſſumpto pede, id eſt, ſcipione, tripes dici poteſt. Ipſa igitur Sphinx ex arce ſeſe præcipitem dedit. OEdipus inde regnum accepit, ac matrem ignorans duxit uxorem, de qua etiam Polynicem & Eteoclem mares, fœmineíque ſexus Iſmenen & Antigonen procreavit. Sunt autem, qui tradant hoſce filios editos eſſe ex EUrygenea Hyperphantis filia.

§. 9. Deinde, ubi quæ anteà latuerant, in lucem tandem prodiere, Iocaſta quidem laqueo ſibi collum fregit: OEdipus autem oculis orbatus, Thebis pellitur, ac filios execratur, quòd ab urbe parentem ejici ſpectantes, eum ab injuria non defenderent. Profugit igitur cum Antigone in Colonum Atticæ terræ, populíque locum, ubi Eumenidum lucus viſebatur, in eo

εἰπὼν, τὸ αἴνιγμα τὸ ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς λεγόμενον, ἄνθρωπον εἶναι. γίνεται γὰρ τετράπουν βρέφος τοῖς τέτταρσιν ὀχούμενον κώλοις· τελειούμενον δὲ τὸν ἄνθρωπον, δίπουν· γηρῶντα δὲ, τρίτην προσλαμβάνειν βάσιν τὸ βάκτρον. ἡ μὲν οὖν Σφὶγξ ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἑαυτὴν ἔρριψεν· Οἰδίπους δὲ καὶ τὴν βασιλείαν παρέλαβε, καὶ τὴν μητέρα ἔγημεν ἀγνοῶν· καὶ παῖδας ἐτέκνωσεν ἐξ αὐτῆς Πολυνείκη καὶ Ἐτεοκλέα. θυγατέρας δὲ Ἰσμήνην καὶ Ἀντιγόνην. εἰσὶ δὲ οἱ γεννηθῆναι τὰ τέκνα [ταῦτα] φασὶν ἐξ Εὐρυγανείας τῆς Ὑπέρφαντος.

§. θ. Φανέντων δὲ ὕστερον τῶν λανθανόντων, Ιοκάστη μὲν ἐξ ἀγχόνης ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. Οἰδίπους δὲ τὰς ὄψεις τυφλώσας ἐκ Θηβῶν ἠλαύνετο, ἀρὰς τοῖς παισὶ θέμενος, οἳ τῆς πόλεως αὐτὸν ἐκβαλλόμενον θεωροῦντες, οὐκ ἐπήμυναν. παραγενόμενος δὲ σὺν Ἀντιγόνῃ, τῆς Ἀττικῆς εἰς Κολωνὸν, ἔνθα τὸ τῶν Εὐμενίδων ἐστὶ τέμενος, κα-

θίζει ἱκέτης· προσδεχθεὶς ὑπὸ Θησέως· καὶ μετ' οὐ πολὺ χρόνον ἀπέθανεν.

ſupplex conſedit. Inde fuit à Thaſeo ſuſceptus : neque ita multò pòſt è vita migravit.

ΚΕΦ. ϛ.

Ἐτεοκλῆς δὲ καὶ Πολυνείκης περὶ τῆς βασιλείας συντίθενται πρὸς ἀλλήλους, καὶ αὐτοῖς δοκεῖ τὸν ἕτερον παρ' ἐνιαυτὸν ἄρχειν. τινὲς μὲν οὖν λέγουσι πρῶτον ἄρξαντα Πολυνείκους παραδοῦναι μετ' ἐνιαυτὸν τὴν βασιλείαν Ἐτεοκλεῖ. τινὲς δὲ πρῶτον Ἐτεοκλέους ἄρξαντα μὴ βούλεσθαι παραδοῦναι τὴν βασιλείαν. φυγαδευθεὶς οὖν Πολυνείκης ἐκ Θηβῶν, ἧκεν εἰς Ἄργος, τόν τε ὅρμον, καὶ τὸν πέπλον ἔχων· ἐβασίλευε δὲ Ἄργους Ἄδραστος ὁ Ταλαοῦ· καὶ τοῖς τούτου βασιλείοις νύκτωρ προσπελάζει· καὶ συνάπτει μάχην Τυδεῖ τῷ Οἰνέως φεύγοντι Καλυδῶνα· γινομένης δὲ ἐξαίφνης βοῆς, ἐπιφανεὶς Ἄδραστος διέλυσεν αὐτούς. καὶ μάντεώς τινος ὑπομνησθεὶς λέγοντος αὐτῷ, κάπρῳ καὶ λέοντι συζεῦξαι τὰς θυγατέρας, ἀμφοτέρους εἵλετο νυμφίους.

CAP. VI.

Eteocles autem & Polynices de regno inter ſe gerendo paciſcuntur: placuit ut annuum imperium per vices adminiſtrarent. Sunt qui Polynicem priùs regnare cœpiſſe aiunt, deinde poſt annum Eteocli regnum reddidiſſe. Nonnulli verò Eteoclem priùs imperare cœpiſſe, nec regnum fratri tradere voluiſſe aiunt. Polynices itaque Thebis fugatus, ſecum monile ac peplum exportans, Argos adivit : quo tempore Adraſtus Talai filius Argis regnabat: ad cujus regiam per noctem accedit: ubi cum Tydeo OEnei filio, qui tum quoque Calydone Argos confugerat, manum ad pugnandum conſerit, & excitato inter eos clamore, Adraſtus repentè apparuit, eorumque pugnam diremit. Tum vaticinium, quo fuerat olim monitus, ut & Apro & Leoni filias in conjugium daret, memor, utrumque illis ſponſos deſignavit.

Illi etenim in clypeis alter apri, leonis alter faciem depictam gestabant. Deipylen itaque Tydeus, Argiam Polynices, uxorem capit. Adrastus item utrumque in patriam suam reducturum sese pollicetur. Igitur, comparato exercitu, contra Thebas priùs eundum esse statuit: Quare præstantissimum quemque ad se coire imperavit.

§. 2. Amphiaraus autem Oiclis filius vaticinandi peritissimus, quòd omnes in eo bello, præter unum Adrastum, perituros esse perspiciebat, hanc Thebanam expeditionem detrectabat: quinetiam reliquos dehortabatur. Dum verò Polynices ad Iphin Alectoris filium contendit, ab eóq; precibus expescit, ut, quâ posset ratione Amphiaraum ad militiam capessendam cogere demonstraret, huic ille, si monile, inquit, Eriphyle, consequatur. Amphiaraus ergo, ne quid à Polynice muneris capiat, Eriphylæ uxori prohibuit. Verùm Polynices eam monili suo donatam rogat ut virum suum ad rem bellicam gerendam inducat: id enim in

εἶχον γὰρ ἐπὶ τῶν ἀσπίδων, ὁ μὲν πάπρου προτομήν. ὁ δὲ, λέοντος. γαμεῖ δὲ Δηϊπόλην μὲν Τυδεὺς· Ἀργείαν δὲ Πολυνείκης. καὶ αὐτοὺς Ἄδραστος ἀμφοτέρους εἰς τὰς πατρίδας ὑπέσχετο κατάξειν. καὶ πρότερον ἐπὶ Θήβας· ἔσπευδε στρατεύεσθαι· καὶ τοὺς ἀρίστους συνήθροιζεν.

§. β. Ἀμφιάραος δὲ ὁ Οἰκλέους μάντις ὢν, καὶ προειδὼς, ὅτι δεῖ πάντας τοὺς στρατευσαμένους χωρὶς Ἀδράστου τελευτῆσαι, αὐτός τε ὤκνει στρατεύεσθαι· καὶ τοὺς λοιποὺς ἀπέτρεπε. Πολυνείκης δὲ ἀφικόμενος πρὸς Ἶφιν τὸν Ἀλέκτορος, ἠξίου μαθεῖν πῶς ἂν Ἀμφιάραος ἀναγκασθείη στρατεύεσθαι, ὁ δὲ εἶπεν, εἰ λάβοι τὸν ὅρμον Ἐριφύλη. Ἀμφιάραος μὲν οὖν ἀπεῖπεν Ἐριφύλῃ παρὰ Πολυνείκους δῶρα λαμβάνειν. Πολυνείκης δὲ δοὺς αὐτῇ τὸν ὅρμον, ἠξίου τὸν Ἀμφιάραον πεῖσαι στρατεύειν. ἦν γὰρ ἐπὶ ταύ-

της· γινομένης γὰρ αὐτῆς πρὸς Ἄδραστον, διαλυσάμενος, ὤμοσε περὶ ὧν ἂν Ἄδραστος διαφέρηται, διακρίνειν Ἐριφύλῃ συγχωρῆσαι. ὅτε οὖν ἐπὶ Θήβας ἔδει στρατεύειν, Ἀδράστου μὲν παρακαλοῦντος, Ἀμφιαράου δὲ ἀποτρέποντος, Ἐριφύλη τὸν ὅρμον λαβοῦσα, ἔπεισε τὸν Ἄδραστον στρατεύειν. Ἀμφιάραος δὲ ἀνάγκην ἔχων στρατεύεσθαι, τοῖς παισὶν ἐντολὰς ἔδωκε πλειωθεῖσι, τήν τε μητέρα κτείνειν, καὶ ἐπὶ Θήβας στρατεύειν.

ipſius erat manu; nam cùm Adraſtum conveniſſet Amphiaraus, ut, quæ cum eo jamdudum de regno erat, diſſenſionem ſolveret: ſoluto colloquio, quicquid inter eos litis ac diſcordiæ foret, ad Eriphyles judicium ſe relaturum jurejurando confirmavit. Quo igitur tempore contra Thebas belli ratio inibatur, Adraſtus ad id capeſſendum cohortabatur, contrà verò Amphiaraus diſſuadebat: quocircà Eriphyle torque aureo donata, ad belligerandum movit Adraſtum. Tum Amphiaraus eam ſubire militiam coactus, filiis imperat, ut ſimul ac per ætatem liceret, matrem occiderent, & bello Thebas maximè infeſtarent.

§. γ. Ἄδραστος δὲ συναθροίσας σὺν ἡγεμόσιν ἑπτὰ, πολεμεῖν ἔσπευδε Θήβας. οἱ δὲ ἡγεμόνες ἦσαν οἵδε, Ἄδραστος Ταλαοῦ, Ἀμφιάραος Οἰκλέους, Καπανεὺς Ἱππόνου, Ἱππομέδων Ἀριστομάχου· οἱ δὲ λέγουσι Ταλαοῦ. οὗτοι μὲν ἐξ Ἄργους. Πολυνείκης Οἰδίποδος, ἐκ Θηβῶν· Τυδεὺς Οἰνέως, Αἰτωλός· Παρθενοπαῖος

§. 3. Porrò Adraſtus collectum cum ducibus ſeptem in Thebas exercitum ductare maturat. Hujuſce belli duces hi fuerunt, Adraſtus Talai, Amphiaraus Oiclis, Capaneus Hipponoi, Hippomedon Ariſtomachi, ſive, ut aliis placet, Talai. Hi Argivi fuerunt. Polynices Oedipodis Thebanus, Tydeus Oenei filius, Ætolus, Parthenopæus

Melanionis, Arcas. Sunt qui Tydeum & Polynicem inter hoſce minimè connumerent, ſed Eteoclum, Iphium, & Mecisteum recenſent.

§. 4. Profecti verò in Nemeam, cui Lycurgus Rex præerat, aquam depoſcunt,& his ad fontem viæ dux fuit Hypſipyle Lemnia, relicto infante parvulo Ophelte nomine, Eurydices ac Lycurgi filio, cujus etiam nutrix erat: (nam cùm Lemniæ mulieres ab ea Thoantem patrem ſervatum fuiſſe comperiſſent, illum obtruncarunt: at Hypſipylen vendiderunt. Quocircà vitæ tuendæ gratjâ apud Lycurgum ſerviebat.) Ea intereà dum demonſtrat iter ad fontem, relictus puer à dracone occiditur: draconem verò Adraſti apparitores interimunt, ac puerum ſepeliunt. Tum Amphiaraus, id, inquit, prodigium futura prænuntiat. Sed & hunc puerum Archemorum vocarunt, & in ejus etiam honorem Nemeæ certamen inſtituerunt. In quo Adraſtus equo vicit, curſu verò Eteoclus, cæſtibus Tydæus, curſu & diſco Amphiaraus,

Μηλανίωνος, Ἀρκάς. τινὲς δὲ Τυδέα μὲν καὶ Πολυνείκην οὐ καταριθμοῦσι. συγκαταλέγουσι δὲ τοῖς ἑπτὰ Ἐτέοκλον, Ἴφιον, καὶ Μηκιστέα.

§. δ. Παραγενόμενοι δὲ εἰς Νεμέαν, ἧς ἐβασίλευε Λυκοῦργος, ἐζήτουν ὕδωρ. καὶ αὐτοῖς ἡγήσατο τῆς ἐπὶ κρήνην ὁδοῦ, Ὑψιπύλη ἡ Λημνία, ἥτις νήπιον παῖδα ὄντα Ὀφέλτην ἀπολιποῦσα, ὃν ἔτρεφεν, Εὐρυδίκης ὄντα καὶ Λυκούργου. (αἰσθόμεναι γὰρ αἱ Λήμνιαι ὕστερον Θόαντα σεσωσμένον, ἐκεῖνον μὲν ἔκλειναν· τὴν δὲ Ὑψιπύλην ἀπεμπόλησαν. διὸ πραθεῖσα ἐλάτρευε παρὰ Λυκούργῳ.) δεικνυούσης δὲ τὴν κρήνην, ὁ παῖς ἀπολειφθεὶς, ὑπὸ δράκοντος διαφθείρεται. τὸν μὲν οὖν δράκοντα ἐπιφανέντες οἱ μετὰ Ἀδράστου, κλείνουσι, τὸν δὲ παῖδα θάπτουσι. Ἀμφιάραος δὲ εἶπεν ἐκείνοις τὸ σημεῖον τοῦτο τὰ μέλλοντα προμαντεύεσθαι. τὸν δὲ παῖδα, Ἀρχέμορον ἐκάλεσαν· οἱ δὲ ἔθεσαν ἐπ' αὐτῷ τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα. καὶ ἵππῳ μὲν ἐνίκησεν Ἄδραστος· σταδίῳ δὲ, Ἐτέοκλος· πυγμῇ, Τυδεύς· ἅρματι καὶ δίσκῳ, Ἀμφιάραος·

ἀκοντίῳ, Λαόδοκος· πάλῃ, Πολυνείκης· τόξῳ Παρθενοπαῖος.

§. ε. Ὡς δὲ ἦλθον εἰς τὸν Κιθαιρῶνα, πέμπουσι Τυδέα προερῶντα Ἐτεοκλεῖ τὴν βασιλείαν παραχωρεῖν Πολυνείκει καθὰ συνέθετο. μὴ προσέχοντος δὲ Ἐτεοκλέους, διαπειρῶν τῶν Θηβαίων Τυδεὺς ποιούμενος, καθ' ἕνα προκαλούμενος, πάντων περιεγένετο. οἱ δὲ πεντήκοντα ἄνδρας ὁπλίσαντες ἀπιόντι, ἐνήδρευσαν αὐτόν· πάντας δὲ αὐτοὺς χωρὶς Μαίονος ἀπέκτεινε. κἄπειτα ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦλθον·

§. ϛ. Ἀργείων δὲ καθοπλισθέντες, προσήεσαν τοῖς τείχεσι. καὶ πυλῶν ἑπτὰ οὐσῶν, Ἄδραστος μὲν ἐπὶ τὰς Ὁμολωΐδας πύλας ἔστη· Καπανεὺς δὲ παρὰ τὰς Ὠγυγίας· Ἀμφιάραος δὲ παρὰ τὰς Προιτίδας· Ἱππομέδων δὲ παρὰ τὰς Ὀγκαΐδας· Πολυνείκης δὲ παρὰ τὰς Ὑψίστας· Παρθενοπαῖος, παρὰ τὰς Ἠλέκτρας. Τυδεὺς δὲ παρὰ τὰς Κρηνίδας. καθώπλισε δὲ καὶ

jaculo Laodocus, luctâ Polynices, arcu Parthenopæus.

§. 5. Igitur ubi ad Cithæronem pervenere, Tydeum Eteocli oratorem, ut ex constituto regnum Polynici restituat, prædicturum destinant. At Eteocles cùm Adrasti & commilitonum mandata nihili facere videretur, Tydeus de Thebanis periculum facturus, singillatim omnibus provocatis victor evasit. Illi verò armatos viros quinquaginta in redeuntem Tydeum in insidiis collocarunt, eósque omnes, præter unum Mæonem trucidavit, & posteà ad expercitum repedavit.

§. 6. Deinde ad Thebas castris cingendas Argivi se dederunt, atque ad urbis muros armati proximè constiterunt. Septem portas Thebarum fuisse memorant. Adrastus quidem ad Homoloidem portam tetendit: Capaneus verò ad Ogygiam: Amphiaraus ad Proetidem: Hippomedon ad Oncaidem: Polynices ad Hypsistam: Parthenopæus ad Electram: demùm juxta portam Crenidem tentoria fixerunt, Sed ipse intereà Eteocles Thebanos

Thebanos suos armis instruxit, constitutísque ductoribus, suas cuique copias regendas committit. Ad hæc, quî posset hostes superare, vaticinantium consilio conquisivit.

§. 7. Erat per ea tempora Thebis Tiresias vates, Everis & Chariclonis Nymphæ filius, ab Udæi unius Spartorum Satorúmve genere oriundus, oculis captus; déque hujus cæcitate, ac vaticinandi peritia varia est historia. Námque alij deorum irâ, qui mortalibus, quæ latere voluissent, detegeret, excæcatum fuisse aiunt. Pherecydes autem à Pallade luminibus orbatum refert. Siquidem cùm Chariclo Minervæ charissima esset, illum nudam per omnia deam vidisse contigit: eámque manibus suis erutis oculis, cæcum fecisse: at Chariclo Palladē, ut filio suo oculos restitueret, orasse. Quod cùm Dea efficere non posset, expurgatis illius aurium meatibus, omnem omnium avium garritum intelligētem fecisse, eundémque cyaneo sceptro condonasse: quod gestans, æquè atque oculatus tutò in-

Επιοχλῆς Θηβαίοις, καὶ καταστήσας ἡγεμόνας, ἴσους [ἴσοις] ἔταξε· καὶ πῶς ἂν περιγένοιτο τῶν πολεμίων ἐμαντεύετο.

§. ζ Ἦν δὲ παρὰ Θηβαίοις μάντις Τειρεσίας Εὐήρεως καὶ Χαρικλοῦς νύμφης, ἀπὸ γένους Οὐδαίου τοῦ Σπαρτοῦ, γενόμενος τυφλὸς τὰς ὁράσεις. οὗ περὶ τῆς πηρώσεως καὶ τῆς μαντικῆς λέγονται λόγοι διάφοροι. ἄλλοι μὲν γὰρ αὐτὸν ὑπὸ θεῶν φασὶ τυφλωθῆναι, ὅτι τοῖς ἀνθρώποις, ἃ κρύπτειν ἤθελον, ἐμήνυε. Φερεκύδης δὲ ὑπὸ Ἀθηνᾶς αὐτὸν τυφλωθῆναι. οὖσαν γὰρ τὴν Χαρικλὼ προσφιλῆ τῇ Ἀθηνᾷ, γυμνὴν ἐπὶ πάντα ἰδεῖν. τὴν δὲ, ταῖς χερσὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ καταλαβομένην, πηρὸν ποιῆσαι. Χαρικλοῦς δὲ δεομένης ἀποκαταστῆσαι πάλιν τὰς ὁράσεις, μὴ δυναμένην τοῦτο ποιῆσαι, τὰς ἀκοὰς διακαθάρασαν, ἅπασαν ὀρνίθων φωνὴν ποιῆσαι συνιέναι· καὶ σκῆπτρον αὐτῷ δωρήσασθαι κυάνεον, ὃ φέρων, ὁμοίως τοῖς βλέπουσι,

ἐβάδιζεν. Ἡσίοδος δέ φησιν, ὅτι θεασάμενος περὶ Κυλλήνην ὄφεις συνουσιάζοντας, καὶ τούτους τρώσας, ἐγένετο ἐξ ἀνδρὸς γυνή· πάλιν δὲ τοὺς αὐτοὺς ὄφεις παρατηρήσας συνουσιάζοντας, ἐγένετο ἀνήρ. διόπερ Ἥρα καὶ Ζεὺς ἀμφισβητοῦντες πότερον τὰς γυναῖκας ἢ τοὺς ἄνδρας ἥδεσθαι μᾶλλον ἐν ταῖς συνουσίαις συμβαίνει, τοῦτον ἀνέκρινον. ὁ δὲ ἔφη δεκαεννέα μοιρῶν περὶ τὰς συνουσίας οὐσῶν, τὰς μὲν ἐννέα ἄνδρας ἥδεσθαι, τὰς δὲ δέκα, γυναῖκας. ὅθεν Ἥρα μὲν αὐτὸν ἐτύφλωσε. Ζεὺς δὲ τὴν μαντικὴν αὐτῷ ἔδωκε. τὸ ὑπὸ Τειρεσίου λεχθὲν πρὸς Δία καὶ Ἥραν.

Οἴην μὲν μοίρην δέκα μοιρῶν τέρπεται ἀνήρ·
Τὰς δὲ δέκ' ἐμπίπλησι γυνὴ τέρπουσα νόημα.

Ἐγένετο δὲ καὶ πολυχρόνιος. οὗτος οὖν Θηβαίοις μαντευόμενος, εἶπε νικήσειν, ἐὰν Μενοικεὺς ὁ Κρέοντος Ἄρει σφάγιον

cedebat. Hesiodus autem enarravit, conspicatum aliquando Tiresiam non procul à Cyllene coeuntes angues baculo cecidisse, eúmque de viro in mulierem mutatum fuisse, & rursùs ita coeuntes eosdem serpentes observasse, & in priorem viri formam rediisse. Quocircà, Juno ac Jupiter ambigentes, mulieréſne an viri majorem in coeundo voluptatem caperent, hunc sibi litis arbitrum delegerunt. Tum ille, de novem ac decem, quæ inter coeundum voluptatis partes capiuntur, novem mares, ac mulierem decem sentire indicavit. Proinde illum Juno luminis usu privavit. Jupiter autem pro luminibus ademptis vaticinandi scientiam concessit. Sunt qui Tiresiam Jovi Junoníque ita respondisse ferunt.

Parte unâ è denis mas partibus oblectatur,
At mulier solidum coitus capit ipsa decunsem:

Longævam insuper Tiresiæ vitam fuisse proditur. Hic itaque Thebanis futura prædicens, eum victorem fore inquit, si Menœceus Creontis

filius sese Marti victimam devoveret. Quod ubi Menœceus audivit, seipsum ante portas mactavit. Deinde pugnâ commissâ, Cadmeos ad muros usque persecuti sunt, & arreptis scalis, Capaneus in summos muros conscendit, eúmque Jupiter fulmine ictum interemit.

§. 8. Quo facto, Argivi aufugiunt: in quo cùm multi cecidissent, ex utriusque exercitus sententia, Eteocles & Polynices singulari certamine pugnant, ac mutuis se vulneribus necant. Novâ rursùs pugnâ consertâ, Astaci filij rem fortissimè gesserunt. Ismarus enim Hippomedontem prostravit. * Leades Eteoclum. Amphidicus Parthenopæum, quem Euripides à Periclymeno Neptuni filio cæsum fuisse narrat. Melanippus ad hæc novissimus Astaci filius, Tydeum in ventre percussit: qui cùm semianimis jaceret, Pallas ab Jove imperatum remedium attulit, quo illum faceret immortalem. Quod cùm accepisset Amphiaraus], Tydeum osus, quoniam ipsum præter sententiam suam Ar-

αὐτὸν ἐπιδῷ. τοῦτο ἀκούσας Μενοικεὺς ὁ Κρέοντος, ἑαυτὸν πρὸς τῶν πυλῶν ἔσφαξε. μάχης δὲ γινομένης, οἱ Καδμεῖοι μέχρι τῶν τειχῶν συνεδιώχθησαν. καὶ Καπανεὺς ἁρπάσας κλίμακα, ἐπὶ τὰ τείχη δι' αὐτῆς ἀνῄει· καὶ Ζεὺς αὐτὸν κεραυνοῖ.

§. η. Τούτου δὲ γινομένου, τρόπαιον τῶν Ἀργείων γίνεται. ὡς δὲ ἀπώλλυντο πολλοὶ, δόξαν ἑκατέροις τοῖς στρατεύμασι, Ἐτεοκλῆς, καὶ Πολυνείκης περὶ τῆς βασιλείας μονομαχοῦσι, καὶ κτείνουσιν ἀλλήλους. καρτερᾶς δὲ πάλιν γινομένης μάχης, οἱ Ἀστακοῦ παῖδες ἠρίστευσαν· Ἴσμαρος μὲν γὰρ Ἱππομέδοντα ἀπέκτεινε· * Λεάδης δὲ Ἐτέοκλον. Ἀμφίδικος δὲ Παρθενοπαῖον. ὡς δὲ Εὐριπίδης φησὶ, Παρθενοπαῖον ὁ Ποσειδῶνος παῖς Περικλύμενος ἀπέκτεινε. Μελάνιππος δὲ ὁ λοιπὸς τῶν παίδων, εἰς τὴν γαστέρα Τυδέα τιτρώσκει. ἡμιθνῆτος δὲ αὐτοῦ κειμένου, παρὰ Διὸς αἰτησαμένη Ἀθηνᾶ φάρμακον ἤνεγκε, δι' οὗ ποιεῖν ἔμελλεν ἀθάνατον αὐτόν. Ἀμφιάραος δὲ αἰσθόμενος τοῦτο, μισῶν Τυδέα, ὅτι

παρὰ τὴν ἐκείνου γνώμην εἰς Θήβας ἔπεισε τοὺς Ἀργείους στρατεύεσθαι, τοῦ Μελανίππου κεφαλὴν ἀποτεμὼν, ἔδωκεν αὐτῷ. τιτρωσκόμενος δὲ Τυδεὺς, ἔκλινεν αὐτόν. ὁ δὲ διελὼν τὸν ἐγκέφαλον, ἐξεῤῥόφησεν αὐτόν. ὡς δὲ εἶδεν Ἀθηνᾶ, μυσαχθεῖσα, τὴν εὐεργεσίαν ἐπέσχε τε καὶ ἐφθόνησεν. Ἀμφιαράῳ δὲ φεύγοντι παρὰ ποταμὸν Ἰσμηνὸν πρὶν ὑπὸ Περικλυμένου τὰ νῶτα τρωθῇ, Ζεὺς κεραυνὸν βαλὼν, τὴν γῆν διέστησεν. ὁ δὲ σὺν τῷ ἅρματι καὶ τῷ ἡνιόχῳ Βάτωνι, ὡς δὲ ἔνιοι, Ελαττωνῷ, ἐκρύπτη, καὶ Ζεὺς ἀθάνατον αὐτὸν ἐποίησεν. Ἄδραστον δὲ μόνον ἵππος διέσωσεν Ἀρείων. τοῦτον ἐκ Ποσειδῶνος ἐγέννησε Δημήτηρ εἰκασθεῖσα Ἐριννύϊ κατὰ τὴν συνουσίαν.

givos ad bellum Thebanum compulisset, desectum Melanippi caput ad eum tulit. Tydeus, quòd ab eo vulneratus esset, illud ultus est: nam diviso ejus capite, cerebrum absorbuit. Id ubi Pallas animadvertit, indignata beneficium ejusmodi abstinuit, & invidit. Inter hæc Amphiarao ad Ismenum amnem fugienti, priùs quàm in humeris à Peryclimeno vulnus acciperet, demisso ab Jove fulmine, terra dehiscit. Mox ille cum curru simul, & Batone auriga, sive, ut quidam ferunt, Elattono, eo terræ hiatu absorptus est, & posteà nunquam visus: Illum enim Jupiter immortalitate donavit. Verùm Adrastus ab Arione equo vectus, in tutum evasit. Hunc Ceres in Erynnyis formam versa, ex Neptuni concubitu genuit.

ΚΕΦ. ζ.

Κρέων δὲ τὴν Θηβαίων βασιλείαν παραλαβὼν, τοὺς τῶν Ἀργείων νεκροὺς ἔῤῥιψεν ἀτάφους. καὶ κηρύξας μηδένα θάπτειν, φύλακας κατέστησεν.

CAP. VII.

Creon Thebanorum regnum adeptus, Argivorum cadavera insepulta projecit. Quinetiam, ubi edicto præcepit, ne quis ea sepelire curaret, custodes apposuit.

Antigone verò sola Oedipodæ filiarùm superstes, Polynicis corpus quæ occultè humandum curarit, à Creonte deprehensa, viva conjicitur in sepulcrum. Adrastus autem Athenas profectus, ad Misericordiæ aram confugit, atque peractis supplicationibus, cadaverum tumulandi potestatem precabatur. Tum Athenienses, comparatis militum copiis, duce Theseo Thebas capiunt, cadavera suis sepelienda concedunt, & in Capanei rogum conflagrantem conjux Evadne Iphidis filia seipsam conjecit, & suo cum marito concremari non subterfugit.

§. 2. Decimo autem pòst anno, cæsorum ad Thebas ducum filij, cognomento Epigoni (ac si dicas Latinè, posteri) paternas cædes ulturi, bellum contra Thebanos gerendum statuerunt: déque belli exitu oraculum sciscitantibus ipsis, Deus victoriam vaticinatur, si Alcmœone duce bellum capessant: sed Alcmæon hujusce expeditionis præfecturā detrectabat, priùs quàm de matre supplicium

Ἀντιγόνη δὲ μία τῶν Οἰδίποδος θυγατέρων κρύφα τὸ Πολυνείκους σῶμα κλέψασα ἔθαψε. καὶ φωραθεῖσα ὑπὸ Κρέοντος, αὐτὴν τῷ τάφῳ ζῶσαν ἐνεκρύψατο. Ἄδραστος δὲ εἰς Ἀθήνας ἀφικόμενος, ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν κατέφυγε· καὶ ἱκετείαν θεὶς, ἠξίου θάπτειν τοὺς νεκρούς. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι μετὰ Θησέως στρατεύσαντες, αἱροῦσι Θήβας. καὶ τοὺς νεκροὺς τοῖς οἰκείοις διδόασι θάψαι. τῆς δὲ Καπανέως καιομένης πυρᾶς, Εὐάδνη ἡ Καπανέως μὲν γυνὴ, θυγάτηρ δὲ Ἴφιδος, ἑαυτὴν βαλοῦσα συγκατεκαίετο.

§. β. Μετὰ δὲ ἔτη δέκα οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες, κληθέντες Ἐπίγονοι, στρατεύειν ἐπὶ Θήβας προῃροῦντο, τὸν τῶν πατέρων θάνατον τιμωρήσασθαι βουλόμενοι. καὶ μαντευομένοις αὐτοῖς, ὁ θεὸς ἐθέσπισε νίκην, Ἀλκμαίονος ἡγουμένου. ὁ μὲν οὖν Ἀλκμαίων ἡγεῖσθαι τῆς στρατείας οὐ βουλόμενος, πρὶν τίσασθαι τὴν μητέρα, ὅμως

στρατεύεται. λαβοῦσα γὰρ Ἐριφύλη παρὰ Θερσάνδρου τοῦ Πολυνείκους τὸν ὅρμον, καὶ τὸν πέπλον, συνέπεισε καὶ τοὺς παῖδας στρατεύεσθαι. οἱ δὲ ἡγεμόνα Ἀλκμαίωνα ἑλόμενοι, Θήβας ἐπολέμουν. ἦσαν δὲ οἱ στρατευόμενοι οἵδε, Ἀλκμαίων Ἀμφιαράου, καὶ Ἀμφίλοχος· Αἰγιαλεὺς Ἀδράστου· Διομήδης Τυδέως· Πρόμαχος Παρθενοπαίου· Σθένελος Καπανέως· Θέρσανδρος Πολυνείκους· Εὐρύπυλος Μηκιστέως.

§. Οὗτοι πρῶτον μὲν πορθοῦσι τὰς πέριξ κώμας, ἔπειτα τῶν Θηβαίων ἐπελθόντων, Λαοδάμαντος τοῦ Ἐτεοκλέους ἡγουμένου, γενναίως μάχονται. καὶ Λαοδάμας μὲν Αἰγιαλέα κτείνει. Λαοδάμαντα δὲ Ἀλκμαίων. καὶ μετὰ τὸν τούτου θάνατον, Θηβαῖοι συμφεύγουσιν εἰς τὰ τείχη. Τειρεσίου δὲ εἰπόντος αὐτοῖς πρὸς μὲν Ἀργείους κήρυκα περὶ διαλύσεως ἀποστέλλειν, αὐτοὺς δὲ φεύγειν· πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους κήρυκα πέμπουσιν· αὐτοὶ δὲ ἀναβιβάσαντες ἐπὶ

caperet : nihilo ſeciùs tamen ad id bellum contendit. Nam cùm Eriphyle à Therſandro Polynicis filio monile & peplum accepiſſet, eorum quoque filios ad eam provinciam belli capeſſendam induxerat. Delecto igitur ſibi omnium calculis Alcmæone Imperatore, ij Thebas oppugnatum ierunt : qui verò hanc militiam ſecuti ſunt, hi fuerunt, Alcmæon, Amphilochus, Amphiarai filij. Ægialeus Adraſti, Diomedes Tydei, Promachus Parthenopæi, Capanei Sthenelus, Polynicis Therſander, Eurypylus Meciſtei.

§. 5. Sed hi ante omnia finitimos circa vicos depopulantur : qua in re Thebani ſuis opem laturi, eruptione facta, Laodamante Eteoclis filio duce, fortiſſimè pugnant : Siquidem Laodamas Ægialeum necat, Laodamanta verò Alcmæon : quo cæſo, Thebani ad mœnia confugiunt. qui Tireſiæ vatis conſilio moniti, ad hoſtes fæciales de pace petenda mittuntur. Ipſi verò intereà fugam capeſſunt : ſiquidem conjugibus, liberiſque ſuis

omnibus suprà vehicula collocatis, relictâ urbe, abierunt. atque ubi per noctem ad Tilphusium fontem pervenerunt, Tiresias cum eo de fonte sumptam aquam avidissimè bibisset, improvisâ ac repentinâ morte vitam reliquit. Thebani verò diu multúmq; pervagati, Hestiæam urbem ab se conditam incoluerunt.

§. 4. Argivi intereà, cognitâ Thebanorum fugâ, ingrediuntur Thebas, ac prædâ collectâ, & muros evertunt, urbem totam devastant, ac prædæ partem Delphos ad Apollinem mittunt cum Tiresiæ filia, cui Manto nomen erat: voverant enim ipsi, captis direptísque Thebis, spoliorum præstantissimum ac nobilissimum illi dono missuros.

§. 5. Pòst, ubi ab Argivis Thebæ captæ sunt, Alcmæon, quòd in eum quoque dona Eriphylem matrem cepisse rescivisset, majori succensus est iracundiâ, & accepto ab Apolline responso, eam necavit. Nec desunt, qui Amphilochi etiam germani fratris adjumento matri suæ cædem

τὰς ἀπλώας τέκνα καὶ γυναῖκας, ἐκ τῆς πόλεως ἔφυγον. νύκτωρ δὲ ἐπὶ τὴν λεγομένην Τιλφυσίαν κρήνην παραγινομένων αὐτῶν, Τειρεσίας ἀπὸ ταύτης πιὼν, αὐτοῦ τὸν βίον κατέστρεψε. Θηβαῖοι δὲ ἐπὶ πολὺ διελθόντες, πόλιν Εστιαίαν κτίσαντες κατῴκησαν.

§. δ. Αργεῖοι δὲ ὕστερον τὸν δρασμὸν τῶν Θηβαίων μαθόντες, εἰσίασιν εἰς τὴν πόλιν, καὶ συναθροίζουσι τὴν λείαν, καὶ καθαιροῦσι τὰ τείχη. τῆς λείας μέρος εἰς Δελφοὺς πέμπουσιν Απόλλωνι, καὶ τὴν Τειρεσίου θυγατέρα Μαντώ. ηὔξαντο γὰρ αὐτῷ Θήβας ἑλόντες, τὸ κάλλιστον τῶν λαφύρων ἀναθήσειν.

§. ε. Μετὰ δὲ τὴν Θηβαίων ἅλωσιν, αἰσθόμενος Αλκμαίων, καὶ ἐπ' αὐτὸν δῶρα εἰληφυῖαν Εριφύλην τὴν μητέρα, μᾶλλον ἠγανάκτησε, καὶ χρήσαντος Απόλλωνος αὐτῷ, τὴν μητέρα ἀπέκτεινεν. ἔνιοι μὲν μᾶλλον λέγουσι σὺν Αμφιλόχῳ τῷ ἀδελφῷ κτεῖναι

τὴν Ἐριφύλην· ἔνιοι δὲ ὅτι μόνος. Ἀλκμαίωνα δὲ μετῆλθεν Ἐριννὺς τοῦ μητρῴου φόνου. καὶ μεμηνὼς, πρῶτον μὲν εἰς Ἀρκαδίαν πρὸς Οἰκλέα παραγίνεται. ἐκεῖθεν δὲ εἰς Ψωφίδα πρὸς Φηγέα. καθαρθεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ, Ἀρσινόην γαμεῖ τὴν τούτου θυγατέρα· καὶ τόν τε ὅρμον, καὶ τὸν πέπλον ἔδωκε ταύτῃ. γινομένης δὲ ὕστερον τῆς γῆς δι' αὐτὸν ἀφόρου, χρήσαντος αὐτῷ τοῦ θεοῦ, πρὸς Ἀχελῷον ἀπιέναι, καὶ παρ' ἐκεῖνον πόλιν διαλαμβάνειν· τὸ μὲν πρῶτον πρὸς Οἰνέα παραγίνεται εἰς τὰ Καλυδῶνα, καὶ ξενίζεται παρ' αὐτοῦ· ἔπειτα ἀφικόμενος εἰς Θεσπρωτοὺς, τῆς χώρας ἀπελαύνεται. τελευταῖον δὲ ἐπὶ τὰς Ἀχελώου πηγὰς παραγενόμενος, καθαίρεταί τε ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐκείνου θυγατέρα Καλλιρρόην λαμβάνει. καὶ ὃν Ἀχελῷος προσέχωσε τόπον, κτίσας κατῴκησε. Καλλιρρόης δὲ ὕστερον τόν τε ὅρμον καὶ τὸν πέπλον

intuliſſe Alcmæonem memoriæ mandarunt; tametſi plures ſint auctores, qui nullius auxilio id facinus ab eo commiſſum fuiſſe teſtentur. Alcmæonem verò, ob infeliciſſimum matris ſuæ finem furiis exagitatum ac furibundum legitur in Arcadiam imprimis ad * Oiclem ſe recepiſſe: Illinc autem Pſophidem, ad Phegeum commeaſſe, à quo luſtratum, cædis ergô, Arſinoen ejuſce filiam uxorem duxiſſe, cui etiam monile ac peplum dono dediſſe. Poſteà verò quàm ea de cauſa ſumma frugum inopiâ ac fame laboraretur, conſultus Apollo, id ex oraculo reſpondit: Ad Acheloum commigrandum, ab eóque urbem capiendam. Igitur Calydonem primùm ad OEneum proficiſcitur, ejúſque hoſpitio uſus eſt. Inde ad Theſprotos profectus, ab eorum finibus repellitur. Demùm, ad Acheloi fontes conceſſit, ab eóque expiatur: nec non illius filiam Callirhoen, & quem locum Achelous exaggerarat, urbem ibi ab ſe conſtructam habitavit. Mox autem Callirhoe monilis pe-

plíque

plíque habendi cupidine ex-timulata, ni priùs ea conſequatur, ſecum coituram nunquam, dictitabat. Quamobrem Alcmæon in Pſophidem profectus, Phegeo dixit vaticinio fuiſſe renunciatum, ſe furore tum liberatum iri, cùm monile Delphos delatum Apollini dedicarit, & peplum. Hæc ille Alcmæonis verbis credulus tradit. Poſteà, cùm ei à famulo renunciatum eſſet, quòd hæc ad Callirrhoen ferret, is inſidiis á Phegei liberis Temeno & Axione, patris imperio circumventus, è medio tollitur. Arſinoen verò id factum increpantem, Phegei filij conjectam in arcam, Tegeam tranſvehunt, atque Agapenori tradunt, ementiti Alcmæonem ab ea fuiſſe interfectum.

§.6. Cæterum Callirhoe, audito Alcmæonis interitu, dum ſecum rem habet Jupiter, ab ipſo flagitat, ut, quos ex Alcmæone liberos ſuſtúliſſet, quò necem paternam ulciſcerentur, ij repente adultâ jam ætate forent. Qua re impetratâ, adulti planè filij, repente ad ad patris ultionem exilierunt.

ἐπιθυμούσης λαβεῖν, καὶ λεγούσης οὐ συνοικήσειν αὐτῷ, εἰ μὴ λάβοι ταῦτα· διὸ παραγενόμενος εἰς Ψωφίδα Αλκμαίων. Φηγεῖ λέγει τεθεσπίσθαι τῆς μανίας ἀπαλλαγὴν ἑαυτοῦ, ὅταν τὸν ὅρμον εἰς Δελφοὺς κομίσας ἀναθῇ, καὶ τὸν πέπλον. ὁ δὲ, πιστεύσας δίδωσι. μηνύσαντος δὲ θεράποντος, ὅτι Καλλιῤῥόῃ ταῦτα λαβὼν ἐκόμιζεν, ἐνεδρευθεὶς ὑπὸ τῶν Φηγέως παίδων [Τημένου καὶ Αξίονος] ἐπιτάξαντος τοῦ Φηγέως, ἀναιρεῖται. Αρσινόην δὲ μεμφομένην, οἱ τοῦ Φηγέως παῖδες ἐμβιβάσαντες εἰς λάρνακα, κομίζουσιν εἰς Τέγεαν, καὶ διδόασιν Αγαπήνορι, καταψευσάμενοι τὸν Αλκμαίωνος αὐτῆς φόνον.

§. ζ. Καλλιῤῥόη δὲ τὴν Αλκμαίωνος ἀπώλειαν μαθοῦσα, πλησιάζοντος αὐτῇ τοῦ Διὸς, αἰτεῖται τοὺς γεγεννημένους παῖδας ἐκ Αλκμαίωνος αὐτῇ γενέσθαι τελείους, ἵνα τὸν τοῦ πατρὸς τίσωνται φόνον. γενόμενοι δὲ ἐξαίφνης οἱ παῖδες τέλειοι, ἐπὶ τὴν ἐκδικίαν τοῦ πατρὸς ἐξ-

ἤεσαν. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ καιρὸν, οἵτε Φηγέως παῖδες Πρόνοος καὶ Ἀγήνωρ εἰς Δελφοὺς κομίζοντες ἀναθεῖναι τὸν ὅρμον καὶ τὸν πέπλον, καταλύουσι πρὸς Ἀγαπήνορα, οἵ τοῦ Ἀλκμαίωνος παῖδες, Ἀμφότερός τε καὶ Ἀκαρνάν· καὶ ἀνελόντες τοὺς τοῦ πατρὸς φονέας, παραγενόμενοί τε εἰς Ψωφῖδα, καὶ παρελθόντες εἰς τὰ βασίλεια, τόν τε Φηγέα καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κτείνουσι. διωχθέντες δὲ ἄχρι Τεγέας, ἐπιβοηθησάντων Τεγεατῶν, καί τινων Ἀργείων, ἐσώθησαν, εἰς φυγὴν τῶν Ψωφιδίων τραπέντων.

§ ζ. Δηλώσαντες δὲ τῇ μητρὶ ταῦτα, τόν τε ὅρμον καὶ τὸν πέπλον ἐλθόντες εἰς Δελφοὺς ἀνέθεντο, κατὰ πρόσταξιν Ἀχελώου. πορευθέντες δὲ εἰς τὴν Ἤπειρον, συναθροίζουσιν οἰκήτορας, καὶ κτίζουσιν Ἀκαρνανίαν. Εὐριπίδης δέ φησιν, Ἀλκμαίωνα κατὰ τὸν τῆς μανίας χρόνον, ἐκ Μαντοῦς Τειρεσίου, παῖδας δύο γεννῆσαι, Ἀμφίλοχον, καὶ θυγατέρα Τισιφόνην. κομίσαντα δὲ εἰς Κόριν-

Quo etiam tempore Phegei filij, Pronous & Agenor, ut monile ac peplum Delphico Apollini dedicaturi ferebant, ad Agapenorem, Alcmæonis filij, Amphoterúsque & Acarnan unà divertunt, ubi, cæsis patris sui interfectoribus, profecti Psophidem, factóque in regiam impetu, Phegeum, & uxorem ejus occidunt; sed fugientes Tegeam usque Psophidij insecuti sunt: verùm Tegeensium ope, & Argivorum quorumdam adjuncta, fugatis Psophidiis, incolumes evaserunt.

§. 7. Quique, ubi rem gestam omnem matri declararunt, monile simul, & peplum, Delphos profecti ex Acheloi imperato, Apollini consecrarunt. Progressi deinde in Epirum, collectis colonis, Acarnaniam condunt. Atqui Euripides Alcmæonem inquit per insaniæ tempora, ex Mantone Tiresiæ filia duos suscepisse, marem scilicet Amphilochum, & fœminei sexus Tisiphonen; Tralatos deinde puerulos Corinthum,

Creonti Corinthiorum Regi alendos dedisse: ac Tisiphonen forma præcellentissima à Creontis conjuge divenditam fuisse, dum tacitè, ne eam Creon maritus in conjugium sibi caperet, subveretur. Alcmæonem verò hanc mercatum esse, cùm suam ipsius filiam servituram servitutem nesciret; Mox autem profectum Corinthum liberos repetiturum, & filium etiam ipsum tulisse. Dein Amphilochus Apollinis oraculo monitus, Argos Amphilochium habitatum concessit.

θον τὰ βρέφη δοῦναι τρέφειν Κορινθίων βασιλεῖ Κρέοντι. καὶ τὴν μὲν Τισιφόνην διενέγκουσαν εὐμορφίᾳ, ὑπὸ τῆς Κρέοντος γυναικὸς ἀπεμπωληθῆναι, δεδοικυίας μὴ Κρέων αὐτὴν γαμετὴν ποιήσηται. τὸν δὲ Ἀλκμαίωνα, ἀγοράσαντα ταύτην ἔχειν, οὐκ εἰδότα τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα θεράπαιναν. παραγενόμενον δὲ εἰς Κόρινθον ἐπὶ τὴν τῶν τέκνων ἀπαίτησιν, καὶ τὸν υἱὸν κομίσασθαι. καὶ Ἀμφίλοχος κατὰ χρησμοὺς Ἀπόλλωνος, Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος ᾤκησεν.

CAP. VIII.

Jam verò redeundum est ad Pelasgum, quem Acusilaus, ut anteà monuimus, Jovis & Niobes filium ait. Sed Hesiodo indigenam fuisse placet: cujus & Melibœæ Oceani filiæ, sive, ut alij volunt, Cyllenes Nymphæ filium Lycaonem fuisse memoratur. Qui Arcadibus imperans, è multis uxoribus filiorum quinquaginta factus est pater. Quorum hæc sunt nomina, Mænalus, Thesprotus, Helix, Nyctimus, Peucetius,

ΚΕΦ. η.

Ἐπανάγωμεν δὲ νῦν πάλιν ἐπὶ τὸν Πέλασγον ὃν Ἀκουσίλαος μὲν Διὸς λέγει καὶ Νιόβης, καθάπερ ὑπέθεμεν· Ἡσίοδος δὲ αὐτόχθονα. τούτου καὶ τῆς Ὠκεανοῦ θυγατρὸς Μελιβοίας, ἢ καθάπερ ἄλλοι λέγουσι, νύμφης Κυλλήνης παῖς Λυκάων ἐγένετο. ὃς βασιλεύων Ἀρκάδων, ἐκ πολλῶν γυναικῶν πεντήκοντα παῖδας ἐγέννησε· Μαίναλον, Θεσπρωτὸν, Ἕλικα, Νύκτιμον, Πευκέτιον,

Καύκωνα, Μηκιστέα, Ὁπλέα, Μακαρέα, Μακεδνον, Ὅρον, Πόλιχον, Ἀκοντήν, Εὐαίμονα, Ἀγκυορα, Ἀρχεβατήν, Καρτέρονα, Αἰγαίωνα, Πάλλαντα, Εὔμονα, Κάνηθον, Πρόθοον, Λίνον, Κορέθοντα, Μαίναλον, Τηλεβόαν, Φύσιον, Φάσσον, Φθίον, Λύκιον, Ἀλίφηρον, Γενέτορα, Βουκολίωνα, Σωκλέα, Φινέα, Εὐμήτην, Ἀρπαλέα, Πορθέα, Πλάτωνα, Αἵμονα, Κύναιθον, Λέοντα, Ἀρπάλυκον, Ἡραιέα, Τιταίαν, Μαντίνουν, Κλείτορα, Στύμφαλον, Ὀρχομενὸν, Νύκτιμον τὸν νεώτερον. οὗτοι πάντας ἀνθρώπους ὑπερέβαλλον ὑπερηφανείᾳ καὶ ἀσεβείᾳ. Ζεὺς δὲ αὐτῶν βουλόμενος τὴν ἀσέβειαν πειράσαι, εἰκασθεὶς ἀνδρὶ χερνήτῃ παραγίνεται. οἱ δὲ αὐτὸν ἐπὶ ξένια καλέσαντες, σφάξαντες ἕνα τῶν ἐπιχωρίων παῖδα, τοῖς ἱεροῖς τὰ τούτου σπλάγχνα συναναμίξαντες, παρέθηκαν [τῇ τραπέζῃ] συμβουλεύσαντος τοῦ πρεσβυτέρου ἀδελφοῦ Μαινάλου. Ζεὺς δὲ [μυσαχθεὶς] τὴν μὲν τράπεζαν ἀνέτρεψεν, ἔνθα

Caucon, Mecisteus, Opleus, Macareus, Macednus, Horus, Polichus, Acontes, Evæmon, Ancyor, Archebates, Carteron, Ægæon, Pallas, Eumon, Canethus, Prothous, Linus, Corethon, Mænalus, Teleboas, Physius, Phassus, Phthius, Lycius, Alipherus, Genetor, Bucolion, Socleus, Phineus, Eumetes, Harpaleus, Portheus, Platon, Æmon, Cynæthus, Leon, Harpalicus, Heræeus, Titanas, Mantinus, Cletor, Stymphalus, Orchomenus, Nyctimus junior. Hi, cùm superbiâ, tum impietate cunctis mortalibus antesteterunt. Quare Jupiter, ut horum impietatis periculum faceret, sumptâ hominis mercenarij formâ, ad eos accedit. Tum hi simul ac eum conspicantur, invitatum hospitem domo suâ excipiunt. Huic jugulati è conterraneis pueris unius viscera, sacris admista, Mænali fratris natu majoris suasu comedenda apposuerunt. At Jupiter id genus mensæ maximum in modum aspernatus, evertit, & eo ipso in loco, ubi nunc Trapezus (id enim

loci nomen eſt) ſpectatur. Cæterùm Lycaonem, ac ejus liberos, præter Nyctimum noviſſimum omnium, fulmine percuſſos concremavit. Terra interim, ſublatis in altum manibus, ac Jovis dexteram contactu ſuo demulcens, illius iram compeſcuit.

§. 2. Enimverò Nyctimus, ut regnum adeptus eſt, Deucalionis diluvium conſequitur. Hoc ſanè alij Deucalionis filiorum impietate ac ſcelere factum fuiſſe ſcribunt. Eumelus verò, & alij quidam Lycaonem filiam etiam Calliſtonem habuiſſe narrant. Quam quidem Heſiodus unam è Nymphis eſſe recenſuit. Aſius autem eam Nycteo, at Pherecydes Ceteo natam eſſe referunt. Hæc, cùm Diana venandi ſtudio oblectata, eandémque ſtolam induta, ſecum inibi ſe virginitati addictam fore juravit. Verùm hujus formâ captus Jupiter, ſiquidem in Dianam, ut nonnulli aiunt, mutatus, ſive, ut quidam, in Apollinem verſus, invitam ſubegit. Quod cùm Jupiter Junonem latere ſtuderet, eam in urſæ faciem

νῦν Τραπεζοῦς καλεῖται ὁ τόπος· Λυκάονα δὲ καὶ τοὺς τούτου παῖδας ἐκεραύνωσε, χωρὶς τοῦ νεωτάτου Νυκτίμου. ἀνασχοῦσα γὰρ ἡ Γῆ τὰς χεῖρας, καὶ τῆς δεξιᾶς τοῦ Διὸς ἐφαψαμένη, τὴν ὀργὴν κατέπαυσε.

§. β. Νυκτίμου δὲ τὴν βασιλείαν παραλαβόντος, ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς ἐγένετο. τοῦτον ἔνιοί φασι διὰ τὴν τῶν Λυκάονος παίδων δυσσέβειαν γεγενῆσθαι. Εὔμηλος δὲ, καί τινες ἕτεροι, λέγουσι Λυκάονι καὶ θυγατέρα Καλλιστὼ γενέσθαι· Ἡσίοδος μὲν γὰρ αὐτὴν μίαν εἶναι τῶν Νυμφῶν λέγει· Ἄσιος δὲ Νυκτέως· Φερεκύδης δὲ Κητέως. αὕτη σύνθηρος Ἀρτέμιδος οὖσα, τὴν αὐτὴν ἐκείνῃ στολὴν φοροῦσα, ὤμοσεν αὐτῇ μεῖναι παρθένον. Ζεὺς δὲ ἐρασθεὶς, ἀκούσῃ συνευνάζεται, εἰκασθεὶς, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, Ἀρτέμιδι· ὡς δὲ ἔνιοι, Ἀπόλλωνι. βουλόμενος δὲ Ἥραν λαθεῖν, εἰς Ἄρκτον μετεμόρ-

φωσεν αὐτήν. Ἡ δὲ ἔπεισεν Ἄρτεμιν, ὡς ἄγριον θηρίον κατατοξεῦσαι. εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, ὡς Ἄρτεμις αὐτὴν κατετόξευσεν, ὅτι τὴν παρθενίαν οὐκ ἐφύλαξεν. ἀπολομένης δὲ Καλλιστοῦς Ζεὺς τὸ βρέφος ἁρπάσας, ἐν Ἀρκαδίᾳ δίδωσιν ἀνατρέφειν Μαίᾳ, προσαγορεύσας Ἀρκάδα. τὴν δὲ Καλλιστὼ καταστερίσας, ἐκάλεσεν Ἄρκτον.

vertit: Juno intereà Dianæ, ut immanem belluam sagittis configat, persuasit. Nec desunt auctores, qui referant, illam promissæ virginitatis violatæ causâ, sagittis à Diana percussam obiisse. Quâ demum sublatâ, Jupiter abreptum infantem in Arcadia Maiæ enutriendum dedit, éique Arcadi nomen imposuit: & Callisto inter astra collocavit, ursámque nominavit.

ΚΕΦ. θ.

Ἀρκάδος δὲ καὶ Λεανείρας τῆς Ἀμύκλου, ἢ Μεγανείρας τοῦ Κρόκονος· ὡς δὲ Εὔμηλος λέγει, νύμφης Χρυσοπείας, ἐγένοντο παῖδες Ἔλατος καὶ Ἀφείδας· οὗτοι τὴν γῆν ἐμερίσαντο. τὸ δὲ πᾶν κράτος εἶχεν Ἔλατος· ὃς ἐκ Λαοδίκης τῆς Κινύρου, Στύμφαλον καὶ Περέα τεκνοῖ. Ἀφείδας δὲ Ἄλεον καὶ Σθενέβοιαν, ἣν γαμεῖ Προῖτος. Ἀλέου δὲ καὶ Νεαίρας τῆς Περέως, θυγάτηρ μὲν Αὔγη. υἱοὶ δὲ Κηφεὺς καὶ Λυκοῦργος. αὐτὴ μὲν οὖν ὑφ' Ἡρακλέους φθαρεῖσα, κατέκρυψε τὸ βρέφος ἐν τῷ τεμέ-

CAP. IX.

Insuper ex Arcade ac Leaneira Amyclæ filia, aut Meganira Croconis filia; ut autem Eumelus ait, ex nympha Chrysopea nati sunt filij, Elatus & Aphidas, qui terram partiti sunt. Summa verò potentia penes Elatum fuit. Hic ex Laodice filia Cinyrę Stymphalum & Pereum gignit. Sed Aphidas Aleum, & Sthenebœam, quæ Prœto nupsit. Alei verò & Neæræ Perei filiæ, Auge quidem fœmina, mares autem, Cepheus ac Lycurgus. Hæc igitur ab Hercule vitiata infantem intra Palladis lucum celavit: ubi

prius illius sacerdotio præfuit. Cùm verò ingravesceret annona, ut planè fames immineret, quòd terra sterilitate laboraret: atque oraculis significaretur, in Minervæ lûco quandam latere impietatem, deprehensa demùm à patre puella, Nauplio occidenda traditur: à quo cùm illam Teuthras Mysorum dynastes accepisset, vitiavit, & infans Parthenio in monte exponitur: quòd cerva de suis uberibus alimentum suppeditaret, Telephus est appellatur: atque à Corythi bubulcis enutritus, ac perquisitis parentibus, Delphicum Apollinem adiit, ac monitus ab oraculo in Mysiam concedit, & puer à Teuthrante adoptatur, eóque vitâ functo, Mysiæ regni hæres instituitur.

§. 2. At è Lycurgo, & Cleophile, sive Eurymone, nati sunt, Ancæus, Epochus, Amphidamas, & Idæus: ex Amphidamante verò Milanion, & Antimache filia, quam duxit Eurystheus. Ex Jaso & Clymene Minyæ filia nascitur Atalanta: cujus pater prolis cupidus, eam exposuit: ad

νει τῆς Ἀθηνᾶς, ἧς εἶχε τὴν ἱερωσύνην. ἀκάρπου δὲ τῆς γῆς μενούσης, καὶ μηνυόντων τῶν χρησμῶν εἶναί τι ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς δυσσέβημα, φωραθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρὸς, παρεδόθη Ναυπλίῳ ἐπὶ θανάτῳ· παρ' οὗ Τεύθρας ὁ Μυσῶν δυνάστης παραλαβὼν αὐτὴν ἔφθειρε· τὸ δὲ βρέφος ἐκτεθὲν ἐν ὄρει Παρθενίῳ, θηλὴν ὑποσχούσης ἐλάφου, Τήλεφος ἐκλήθη· καὶ τραφεὶς ὑπὸ τῶν Κορίθου βουκόλων, καὶ ζητήσας τοὺς γονέας, ἧκεν εἰς Δελφούς. καὶ μαθὼν παρὰ τοῦ θεοῦ παραγίνεται εἰς Μυσίαν, θετὸς παῖς Τεύθραντος γίνεται· καὶ τελευτῶντος αὐτοῦ, διάδοχος τῆς δυναστείας γίνεται.

§. β. Λυκούργου δὲ καὶ Κλεοφίλης ἢ Εὐρυνόμης, Ἀγκαῖος καὶ Ἔποχος, καὶ Ἀμφιδάμας, καὶ Ἰδαῖος. Ἀμφιδάμαντος δὲ Μειλανίων, καὶ θυγάτηρ Ἀντιμάχη, ἣν Εὐρυσθεὺς ἔγημεν. Ἰάσου δὲ καὶ Κλυμένης τῆς Μινύου, Ἀταλάντη ἐγένετο. ταύτης ὁ πατὴρ ἀῤῥένων παίδων ἐπιθυ-

μὲν, ἐξέθηκεν αὐτήν. ἄρκτος δὲ φοιτῶσα πολλάκις θηλὴν ἐδίδου μέχρις οὗ εὑρόντες κυνηγοὶ παρ' ἑαυτοῖς ἀνέτρεφον. τελεία δὲ Ἀταλάντη γενομένη, παρθένον ἑαυτὴν ἐφύλαττεν· καὶ θηρεύουσα ἐν ἐρημίᾳ, καθωπλισμένη διετέλει. βιάζεσθαι δὲ αὐτὴν ἐπιχειροῦντες Κένταυροι Ῥοῖκος καὶ Ὑλαῖος, κατατοξευθέντες ὑπ' αὐτῆς ἀπέθανον. παρεγένετο δὲ μετὰ τῶν ἀριστέων καὶ ἐπὶ τὸν Καλυδώνιον κάπρον, καὶ ἐν τῷ ἐπὶ Πελίᾳ τεθέντι ἀγῶνι, ἐπάλαισε Πηλεῖ, καὶ ἐνίκησεν. ἀνευροῦσα δὲ ὕστερον τοὺς γονέας, ὡς ὁ πατὴρ γαμεῖν αὐτὴν ἔπειθεν, ἀπιοῦσα εἰς σταδιαῖον τόπον, καὶ πήξασα μέσον σκόλοπα τρίπηχυν· ἐντεῦθεν τῶν μνηστευομένων τοὺς δρόμους προϊοῦσα, ἐτρόχαζε καθωπλισμένη. καὶ καταληφθέντι μὲν αὐτοῦ θάνατος ὠφείλετο· μὴ καταληφθέντι δὲ, γάμος. ἤδη δὲ πολλῶν ἀπολλυμένων, Μειλανίων αὐτῆς ἐρασθεὶς, ἧκεν ἐπὶ τὸν δρόμον, χρύσεα μῆλα

quam ursa sæpenumerò veniens, ubera protendebat: eámque demùm venatores inventam penes se educarunt. Atalanta deinde adultæ jam ætatis se virginem servabat, & venando in solitudine armata permanebat: quin etiam ubi inviolatæ virginitati suæ à Rhæco & Hylæo Centauris vim parari perspicit, hi sagittis ab ea perfossi conciderunt: devenit præterea unà cũ viris præclarissimis, non ad venationem modò in Calydonium aprum indictam, sed etiam ad certamen in Peliæ honorem institutum propositúmque, ubi cum Peleo luctata est, ac palmam inde est consecuta. Cùm verò Atalanta non ita multò pòst genitores suos reperisset, ac patris suasu ad virum capiendum inducta esset, in stadium abit, in cujus medio trium cubitûm palum defigit. Hinc procantium virorum cursibus deductis, armata decurrebat. In quibus qui vincebatur, cædes: at victori Atalantæ conjugium debebatur. Demùm, post multorum cædes, Milanion ejus amore inflammatus, aureis malis,

quæ à Venere dono acceperat, secum allatis, in illud decurrendi certamen descendit: ea in adcurrentem puellam insequens objicit. Tum Atalanta, dum in projectis pomis è terra colligendis occupatur, cursu devicta est. Sic itaque Milanion Atalantæ conjugio potitus est. Sed fama est, eos aliquando per venationis otium in Jovis lucum penetrasse, ibique mutuo complexu coeuntes, in leones transformatos fuisse. Hesiodus autem ac plerique alij, Atalantam non Iasi, at Schœnei filiam fuisse memorârunt. Euripides, è Mænalo ortam, nec eam Milanioni, sed Hippomeni nuptam dicit. Atalanta hæc è Milanione, sive, ut alij volunt, ex Marte, Parthenopeum, qui bellum gessit in Thebanos, procreavit.

κομίζων παρὰ Ἀφροδίτης· καὶ διωκόμενος ταῦτα ἔρριπτεν. ἡ δὲ ἀναιρουμένη τὰ ῥιπτόμενα, τὸν δρόμον ἐνικήθη. ἔγημεν οὖν αὐτὴν Μειλανίων, καί ποτε λέγεται μὴ θηρεύοντας αὐτοὺς εἰσελθεῖν εἰς τὸ τέμενος Διὸς, κἀκεῖ συνουσιάζοντας, εἰς λέοντας ἀλλαγῆναι. Ἡσίοδος δὲ καί τινες ἕτεροι, τὴν Ἀταλάντην, οὐκ Ἰάσου, ἀλλὰ Σχοινέως εἶπον. Εὐριπίδης δὲ Μαινάλου· καὶ τὸν γήμαντα αὐτὴν οὐ Μειλανίωνα, ἀλλὰ Ἱππομένην. ἐγέννησε δὲ ἐκ Μειλανίωνος Ἀταλάντη, ἢ, ὡς ἄλλοι λέγουσιν, Ἄρεος, Παρθενοπαῖον, ὃς ἐπὶ Θήβας ἐστρατεύσατο.

CAP. X.

SEd ex Atlante, ac Pleione Oceani filia in Cyllene Arcadiæ monte natæ sunt filiæ septem, quibus Pleiadibus cognomentum fuit, Alcyone, Merope, Celæno, Electra, Sterope, Tay-

ΚΕΦ. ι.

ΑΤλαντος δὲ καὶ τῆς Ὠκεανοῦ Πληϊόνης, ἐγένοντο θυγατέρες ἑπτὰ ἐν Κυλλήνῃ τῆς Ἀρκαδίας, αἱ Πληϊάδες προσαγορευθεῖσαι, Ἀλκυόνη, Μερόπη, Κελαινὼ, Ἠλέκτρα, Στερόπη,

Ταυγέτη, Μαῖα. τούτων Στερόπην μὲν, Οἰνόμαος ἔγημε· Σίσυφος Μερόπην. δυσὶ δὲ ἐμίχθη Ποσειδῶν· πρώτῃ μὲν Κελαινοῖ, ἐξ ἧς Λύκος ἐγένετο, ὃν Ποσειδῶν ἐν μακάρων ᾤκησε νήσοις. δευτέρᾳ δὲ Ἀλκυόνη, ἣ θυγατέρα μὲν ἐτέκνωσεν Αἴθουσαν, τὴν Ἀπόλλωνι Ἐλευθῆρα τεκοῦσαν καλλίστην· υἱοὺς δὲ Ὑρέα καὶ Ὑπερήνορα. Ὑρέως μὲν οὖν καὶ Κλονίης νύμφης, Νυκτεὺς καὶ Λύκος· Νυκτέως δὲ καὶ Πολυξοῦς, Ἀντιόπη. Ἀντιόπης δὲ καὶ Διὸς, Ζῆθος καὶ Ἀμφίων. ταῖς δὲ λοιπαῖς Ἀτλαντίσι Ζεὺς συνουσιάζει.

§. Μαῖα μὲν οὖν ἡ πρεσβυτάτη Διὶ συνελθοῦσα ἐν ἄντρῳ τῆς Κυλλήνης, Ἑρμῆν τίκτει. οὗτος ἐν σπαργάνοις ἔτι ἐπὶ τοῦ λίκνου κείμενος, ἐκδὺς, εἰς Πιερίαν παραγίνεται, καὶ κλέπτει βόας, ἃς ἔνεμεν Ἀπόλλων. ἵνα δὲ μὴ φωραθείη ὑπὸ τῶν ἰχνῶν, ὑποδήματα τοῖς ποσὶ περιέθηκεν. καὶ κομίσας εἰς Πύλον, τὰς μὲν λοιπὰς εἰς σπήλαιον ἀπέκρυψε. δύο δὲ

gete, Maia, de quibus Steropen Oenomaus uxorem sibi sociavit. Meropen Sisyphus: duas corrupit Neptunus: priorem quidem sanè Celæno, de qua Lycum filium extulit, quem Neptunus pater in fortunatorum insulas habitatum misit. Posteriorem autem Alcyonen, ex qua Æthusam filiam genuit, quæ Apollini Eleutherem filiam formosissimam peperit: sed filios Hyreum & Hyperenorem. Nycteus autem & Lycus ex Hyreo & nympha Clonia natus est. Déque Nycteo & Polyxone Antiope orta est: de qua & Jove Zethus & Amphion. Atlantidas autem cæteras Jupiter compressit.

§. 2. Siquidem Maia natarum maxima ab Jove in Cyllenes antro vitiata, Mercurium parit. Hic, cùm adhuc in cunis vagiret, erumpit, atque Pieriam pervasit, & quas Apollo boves pascebat, furto abegit: ne verò id deprehendi per vestigia posset, calces earum pedibus induit, quarum partem Pylum abduxit, ac reliquas intra speluncam abscondit: ex iis autem cùm jam duas

immolasset, earum coria scopulis defixit, at viscerum partim elixa, partim tosta esitavit. Inde in Cyllenen festinanter proficiscitur: pro antri ostio, consumptâ jam carne, testudinem depascentem invenit, quâ perpurgatâ, & abstersâ, super ejus testâ ex mactatorum boum intestino confectos nervos tetendit, & lyram conficit. Sic Mercurius carnes torrere, lyrámque ac plectrum primus invenit. MOX Apollo bubus perquirendis operam navat, & Pylum rectà concedit, ubi cives ab eo diligenter examinati, eas abigentem puerum vidisse responderunt: se verò haud quaquàm posse dicere, quonam perductæ forent, quando earum quidem vestigia deprehendi non poterant. Demùm ubi Apollo ex vaticinandi peritia abigeum comperit, ad Maiam in Cyllenem properavit, apud quam Mercurium furti accusat. Ea verò puerum ipsum fasciis involutum ostendit. Hunc Apollo manibus sublatum ad Jovem tulit, ac boves reposcit. Is, tametsi Jovis imperio reddere jubere-

καταθύσας, τὰς μὲν βύρσας πέτραις καθήλωσε· τῶν δὲ κρεῶν τὰ μὲν κατηνάλωσεν ἑψήσας, τὰ δὲ κατέκαυσε. καὶ ταχέως εἰς Κυλλήνην ᾤχετο. καὶ εὑρίσκει πρὸ τοῦ ἄντρου νεμομένην χελώνην, ταύτην ἐκκαθάρας, εἰς τὸ κύτος χορδὰς ἐντείνας, ἐξ ὧν ἔθυσε βοῶν, καὶ ἐργασάμενος, [λύραν ἐποίησε. καὶ πρῶτος κρέα ὤπτησε. καὶ] λύραν εὗρε καὶ πλῆκτρον. Ἀπόλλων δὲ τὰς βόας ζητῶν, εἰς Πύλον ἀφικνεῖται· καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἀνέκρινεν· οἱ δὲ ἰδεῖν μὲν παῖδα ἐλαύνοντα ἔφασκον· οὐκ ἔχειν δὲ εἰπεῖν πώποτε ἠλάθησαν, διὰ τὸ μὴ εὑρεῖν ἴχνος δύνασθαι. μαθὼν δὲ ἐκ τῆς μαντικῆς τὸν κεκλοφότα, πρὸς Μαῖαν εἰς Κυλλήνην παραγίνεται, καὶ τὸν Ἑρμῆν ᾐτιᾶτο. ἡ δὲ, ἐπέδειξεν αὐτὸν ἐν τοῖς σπαργάνοις. Ἀπόλλων δὲ αὐτὸν προσδιακομίσας, τὰς βόας ἀπῄτει. Διὸς δὲ κελεύοντος ἀποδοῦναι,

δὲ καὶ εὐθέως συνελθεῖν. τοῦ δὲ, παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς γνώμην ἑλομένην, Ἰσχύϊ τῷ Ἐλάτου υἱῷ συνοικεῖν. Ἀπόλλων δὲ τὸν μὲν ἀπαγγείλαντα κόρακα καταρᾶται ὃς τέως λευκὸν ὄντα, ἐποίησε μέλανα· αὐτὴν δὲ [ἐγκύουσαν] ἀπέκλεινε. καιομένης δὲ αὐτῆς, ἁρπάσας τὸ βρέφος ἐκ τῆς πυρᾶς, πρὸς Χείρωνα τὸν Κένταυρον ἤνεγκε· παρ' ᾧ καὶ τὴν ἰατρικὴν, καὶ τὴν κυνηγετικὴν τρεφόμενος ἐδιδάχθη. καὶ γενόμενος χειρουργικὸς, καὶ τὴν τέχνην ἀσκήσας ἐπὶ πολὺ, οὐ μόνον ἐκώλυέ τινας ἀποθνήσκειν, ἀλλ' ἀνήγειρε καὶ τοὺς ἀποθανόντας. παρὰ γὰρ Ἀθηνᾶς λαβὼν τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν τῆς Γοργόνης ῥυὲν αἷμα, τὸ μὲν ἐκ τῶν ἀριστερῶν ῥυὲν, πρὸς φθορὰν ἀνθρώπων ἐχρῆτο· τὸ δὲ ἐκ τῶν δεξιῶν, πρὸς σωτηρίαν· καὶ διὰ τούτου τοὺς τεθνηκότας ἀνήγειρεν. εὗρον δέ τινας λεγομένους ἀναστῆναι ὑπ' αὐτοῦ, Καπανέα καὶ Λυκοῦργον, ὡς δὲ Στησίχορός φησιν, Ἐριφύλην. Ἱππόλυτον, ὡς

que præter patris ſententiam nubentem, Iſchyi Elati filio conjunctam fuiſſe aiunt. Apollo autem delatorem corvum immodicis maledictis execratur: &, qui ad eum uſque diem candidus fuerat, in nigrum commutavit, & Coronidem gravidam percuſſit & necavit. Ex qua, cùm conflagraret, abreptum infantem è pyra ad Chironem Centaurum alendum tulit: à quo etiam medicinam & venandi artem perdidicit. Qui, cùm jam Chirurgus evaſiſſet, atque artem ejuſmodi jampridem exercuiſſet, non modò quoſdam ab interitu liberavit, ſed etiam præmortuos in vitam revocavit. Nam, cùm à Pallade effuſum de Gorgones venis cruorem accepiſſet, qui è lęvis defluxiſſet, in mortalium perniciem; qui autem è dextris, in conſervandis hominibus utebatur: atque hujuſce opem in mortuis ſuſcitandis adhibebat. Sed inveni quidem nonnullos, qui ab eo revocati in vitam dicuntur, Capaneum ac Lycurgum, ut autem Steſichorus ait, Eriphylen: & Hippolytum qui

Naupactica conſcripſit: Tyndareum, ut Panyaſis: Hymenæum, ut Orphici: Glaucum Minois filium, ut Mneſagoras ait.

§. 4. Demùm Jupiter veritus, ne ſi mortales hanc medendi rationem adipiſcantur, ſuis ſe viribus viciſſim adjuverint, fulmine ipſum interfecit. Quamobrem iratus Apollo, Cyclopas, quòd Jovi fulmina comparaſſent, occidit. Quem cùm Jupiter in Tartarum jam jam dejecturus eſſet, Latonæ precibus exoratus, annum totum, ut ipſe viro mercede conductus ſerviret, imperavit. Is autem Pheras ad Admètum Pheretis filium ſe contulit, apud quem ſervitutem ſerviens, armenta paſcebat: ac boves dominicas gemelliparas omnes effecit. Sunt qui & Aphareum quidem & Leucippum ex Periere Æoli filio natum eſſe dicant. Cynortæ autem Perierem filium fuiſſe, & hujuſce OEbalum. Sed OEbali & Bateæ Naidis nymphæ Tyndareum, Hippocoontem, & Icarionem.

ὁ τὰ Ναυπακτικὰ συγγράψας λέγει Τυνδάρεων, ὡς φησι Πανύασις· Ὑμέναιον, ὡς οἱ Ὀρφικοὶ λέγουσι. Γλαῦκον τὸν Μίνωος, ὡς Μνησαγόρας λέγει.

§. δ. Ζεὺς δὲ φοβηθεὶς μὴ λαβόντες ἄνθρωποι θεραπείαν, παρ' αὐτῶν βοηθῶσιν ἀλλήλοις, ἐκεραύνωσεν αὐτόν. καὶ διὰ τοῦτο ὀργισθεὶς Ἀπόλλων, κτείνει Κύκλωπας, τοὺς τὸν κεραυνὸν Διῒ κατασκευάσαντας. Ζεὺς δὲ ἐμέλλησε ῥίπτειν αὐτὸν εἰς τάρταρον· δεηθείσης δὲ Λητοῦς, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐνιαυτὸν ἀνδρὶ θητεῦσαι. ὁ δὲ παραγενόμενος εἰς Φερὰς πρὸς Ἄδμητον τὸν Φέρητος, τούτῳ λατρεύων ἐποίμαινε· καὶ τὰς θηλείας βόας (πάσας) διδυματόκους ἐποίησεν. εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες Ἀφαρέα μὲν καὶ Λεύκιππον ἐκ Περιήρους γενέσθαι τοῦ Αἰόλου· Κυνόρτου δὲ, Περιήρην· τοῦ δὲ, Οἴβαλον· Οἰβάλου δὲ καὶ Νηΐδος νύμφης Βατείας Τυνδάρεων, Ἱπποκόωντα, Ἰκαρίωνα.

§. ε. Ἱπποκόωντος μὲν οὖν ἐγένοντο παῖδες Δορυκλεὺς, Σκαῖος, * Ἐμαρσφορος, Εὐτύχης, Βουκόλος, Λύκων, Τέβρος, Ἱππόθοος, Εὔρυτος, Ἱπποκορυστὴς, Ἀλκινοῦς, Ἄλκων. τούτους Ἱπποκόων ἔχων παῖδας, Ἰκαρίωνα καὶ Τυνδάρεων ἐξέβαλεν Λακεδαίμονος. οἱ δὲ φεύγουσι πρὸς Θέστιον, καὶ συμμαχοῦσιν αὐτῷ πρὸς τοὺς ὁμόρους πόλεμον ἔχοντι. καὶ γαμεῖ Τυνδάρεως Θεστίου (τοῦ Αἰτωλοῦ) θυγατέρα Λήδαν. αὖθις δὲ ὅτε Ἡρακλῆς Ἱπποκόωντα καὶ τοὺς τούτου παῖδας ἀπέκτεινε, κατέρχονται. καὶ παραλαμβάνει Τυνδάρεως τὴν βασιλείαν.

§. ς. Ἰκαρίου μὲν οὖν καὶ Περιβοίας νύμφης Νηΐδος (υἱοὶ ἄρρενες πέντε.) Θόας, Δαμάσιππος, Ἰμεύσιμος, Ἀλήτης, Περίλεως· καὶ θυγάτηρ Πηνελόπη, ἣν ἔγημεν Ὀδυσσεύς. Τυνδάρεω καὶ Λήδας, Τιμάνδρα, ἣν Ἔχεμος ἔγημε· καὶ Κλυταιμνήστρα ἣν ἔγημεν Ἀγαμέμνων· ἔτι τε Φιλονόη ἣν Ἄρτεμις ἀθάνατον ἐποίησε

§ ζ. Διὸς δὲ Λήδᾳ συν-

§. 5. At Hippocoontis filij fuere, Dorycleus, Scæus, * Emarſphorus, Eutyches, Bucolus, Lycon * Tebrus, Hippothous, Eurytus, Hippocoryſtes, Alcinus, Alcon. His permunitus filiis Hippocoon, Icarionem ac Tyndareum Lacedæmone ejecit. Hi verò ad Theſtium ejecti confugerunt: Eique adversùs finitimos bellum gerenti opem tulerunt: dein Tyndareus Theſtij Ætoli filiam Ledam cepit uxorem. Rursùs autem quo tempore Hercules Hippocoontem cum liberis ſuis interemit, in patriam redeunt: ac Tyndareus regnum accipit.

§. 6. Nati verò ex Icario & Peribœa Naide nympha, mares filij quinque, Thoas, Damaſippus, Imeuſimus, Aletes, Perilaus: & filia Penelope, quæ Ulyſſi nupſit. Tyndarei autem ac Ledæ filiis Timandra, quam Echemus in conjugium duxit: Clytæmneſtra, quam Agamemnon uxorem habuit: item Philonoe, quam Diana immortalem eſſe fecit.

§. 7. Ad hæc Jupiter, qua nocte

nocte cum Leda in cygnum versus concubuit, eadem quoque Tyndareus illam implevit : déque Jove Pollux & Helena : de Tyndareo autem Castor, procreati sunt. Invenio etiam auctores, qui Helenam Nemesis & Jovis filiam fuisse dicant. Nam, cùm ea Jovis concubitum fugeret, in anserem mutatam fuisse. Jovem autem in cygnum versum coiisse memoratur : Nemesin verò ovum ex eo concubitu peperisse. Idque etiam in nemore opilionem quendam invenisse, & allatum Ledæ dedisse. Hanc autem conditum in arca reposuisse, & suo demùm tempore ortam fuisse Helenam, eámque perinde, ac si de se fuisset nata, educasse. Quæ cùm formæ præstantia polleret, eam Theseus rapuit, & Athenas abduxit. Deinde Pollux & Castor, comparato in Athenienses exercitu, cùm ad Plutonis esset Theseus, urbem capiunt; atque Helenam recuperant : necnon Aethran Thesei matrem captivam abducunt.

§. 8. Jam tum quoque hi Græciæ reges Helenam uxo-

ἐλθόντος, ὁμοιωθέντος κύκνῳ. καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν νύκτα Τυνδάρεως, ἐκ Διὸς μὲν ἐγεννήθη Πολυδεύκης καὶ Ἑλένη· Τυνδάρεω δὲ Κάστωρ. λέγουσι δὲ ἔνιοι Νεμέσεως Ἑλένην εἶναι καὶ Διός. ταύτην γὰρ τὴν Διὸς φεύγουσαν συνουσίαν, εἰς χῆνα τὴν μορφὴν μεταβαλεῖν· ὁμοιωθέντα δὲ καὶ Δία τῷ κύκνῳ συνελθεῖν· τὴν δὲ ὠὸν ἐκ τῆς συνουσίας ἀποτεκεῖν· τοῦτο δὲ ἐν τοῖς ἄλσεσιν εὑρόντα τινὰ ποιμένα, Λήδᾳ κομίσαντα δοῦναι· τὴν δὲ καταθεμένην εἰς λάρνακα φυλάσσειν, καὶ χρόνῳ καθήκοντι γεννηθεῖσαν Ἑλένην, ὡς ἐξ αὐτῆς θυγατέρα τρέφειν. γενομένην δὲ αὐτὴν κάλλει διαπρεπῆ Θησεὺς ἁρπάσας, εἰς Ἀθήνας ἐκόμισε. Πολυδεύκης δὲ καὶ Κάστωρ εἰς Ἀθήνας ἐπιστρατεύσαντες, ἐν ᾍδου Θησέως ὄντος, αἱροῦσι τὴν πόλιν, καὶ τὴν Ἑλένην λαμβάνουσι· καὶ τὴν Θησέως μητέρα Αἴθραν ἄγουσιν αἰχμάλωτον.

§ η. Παραγίνονται δὲ εἰς Σπάρτην ἐπὶ τὸν Ἑλένης

γάμον οἱ βασιλεύοντες Ἑλλάδος. ἦσαν δὲ οἱ μνηστευόμενοι οἵδε, Ὀδυσσεὺς Λαέρτου, Διομήδης Τυδέως, Ἀντίλοχος Νέστορος, Ἀγαπήνωρ Ἀγκαίου, Σθένελος Καπανέως, Ἀμφίλοχος Κτεάτου, Θάλπιος Εὐρύτου, Μέγης Φυλέως, Ἀμφίλοχος Ἀμφιαράου, Μενεσθεὺς Πετέω, Σχέδιος Ἐπιστρόφου, Πολύξενος Ἀγασθένους, Πηνέλεως Λήϊτου, Αἴας Ὀϊλέως, Ἀσκάλαφος καὶ Ἰάλμενος Ἄρεος, Ἐλεφήνωρ Χαλκώδοντος, Εὔμηλος Ἀδμήτου, Πολυποίτης Πειρίθου, Λεοντεὺς Κορώνου, Ποδαλείριος καὶ Μαχάων Ἀσκληπιοῦ, Φιλοκτήτης Ποίαντος, Εὐρύπυλος Εὐαίμονος, Πρωτεσίλαος Ἰφίκλου, Μενέλαος Ἀτρέως, Αἴας καὶ Τεῦκρος Τελαμῶνος, Πάτροκλος Μενοιτίου.

§. θ. Τούτων ὁρῶν τὸ πλῆθος Τυνδάρεως, ἐδεδοίκει μὴ κριθέντος ἑνὸς, στασιάσωσιν οἱ λοιποί. ὑπισχομένου δὲ Ὀδυσσέως, ἐὰν συλλάβηται πρὸς τὸν Πηνελόπης αὐτῷ γάμον, ὑποθέσθαι τρόπον τινὰ, δι' οὗ μηδεμία γενήσεται στάσις·

rem pro se quisque petituri, Spartam advenerunt. Procantium verò nomina hæc fuisse leguntur: Ulysses Laertæ, Diomedes Tydei, Antilochus Nestoris, Agapenor Ancæi, Sthenelus Capanei, Amphilocus Cteati, Thalpius Euryti, Meges Philei, Amphilochus Amphiarai, Mnestheus Petei, Schedius Epistrophi, Polyxenus Agasthenis, Peneleus Leiti, Ajax Oilei, Ascalaphus & Ialmenus Martis, Elephenor Chalcodontis, Eumelus Admeti, Polypoetus Pirithoi, Leonteius Coroni, Podalirius & Machaion Æsculapij, Philoctetes Pœantis, Eurypylus Evæmonis, Protesilaus Iphicli, Menelaus Atrei, Ajax & Teucer Telamonis, Patroclus Menœtij.

§.9. Horum turbam conspicatus Tyndareus, ne, si ex tot competitoribus, uni Helenæ in conjugium addiceretur, reliqui seditionem ac tumultum excitarẽt, pertimescebat: quocirca Ulysses, quòd si, inquit, illi, ad Penelopes nuptias adipiscendas mihi adjumento fore te pollicearis, talem ego

cum animo meo rationem inibo, ut per eam nulla omninò sit inter procos oritura discordia. Tum verò Tyndareus, ubi ipsi laturum se opem promisit, universos, inquit Ulysses, procos jurisjurandi religione obstringito, ut, cùm filiæ tuæ Helenæ de nostri cœtu quempiam sponsum delegeris, illi à nobis adjumentum feratur adversùs eos qui in sponsum maritúmve, ac matrimonium ejusmodi vim facere conentur. Quod ubi Tyndareus audivit, procos ad Ulyssis consilium perficiendum universos per jurisjurandi religionem compellit: ac Menelaum filiæ suæ sponsum declarat, atque etiam ab Icario Ulyssi Penelopen in conjugium poposcit.

ὡς ὑπέσχετο αὐτῷ συλλήψεσθαι ὁ Τυνδάρεως, πάντας εἶπεν ἐξορκίσαι τοὺς μνηστῆρας βοηθήσειν, ἐὰν ὁ προκριθεὶς νυμφίος ἀπὸ ἄλλου τινὸς ἀδικῆται περὶ τὸν γάμον· ἀκούσας δὲ τοῦτο Τυνδάρεως, τοὺς μνηστῆρας ἐξορκίζει. καὶ Μενέλαον μὲν αὐτὸς αἱρεῖται νυμφίον. Ὀδυσσεῖ δὲ παρὰ Ἰκαρίου μνηστεύεται Πηνελόπην.

CAP. X.

Menelaus itaque ex Helena Hermionen genuit, & ut quidam aiunt, Nicostratum ex Dule Pieride ab Ætolia oriunda: sive, ut Acusilaus ait, è Teridae Megapenthem: sed ex Nympha Gnossia, Eumelo auctore, Xenodamum procreavit.

§. 2. Cæterùm è Ledæ natis Castor planè rem militarem exercuit. Pollux autem cæsticum pugnandi genus sectatus

ΚΕΦΑΛ. ι.

Μενέλαος μὲν οὖν ἐξ Ἑλένης Ἑρμιόνην ἐγέννησε, καὶ κατά τινας, Νικόστρατον, ἐκ Δούλης Πιερίδος γένος Αἰτωλίδος, ἤ, καθάπερ Ἀκουσίλαός φησι, Τηριδάης, Μεγαπένθη. ἐκ Κνωσίας δὲ νύμφης, κατὰ Εὔμηλον, Ξενόδαμον.

§. β. Τῶν δὲ ἐκ Λήδας γενομένων παίδων, Κάστωρ μὲν ἤσκει τὰ κατὰ πόλεμον· Πολυδεύκης δὲ πυγ-

μίῳ. καὶ διὰ τὴν ἀνδρείαν ἐκλήθησαν ἀμφότεροι Διόσκουροι. βουλόμενοι δὲ γῆμαι τὰς Λευκίππου θυγατέρας, ἐκ Μεσσήνης ἁρπάσαντες ἔγημαν. καὶ γίνεται μὲν Πολυδεύκους καὶ Φοίβης, Μνησίλεως· Κάστορος δὲ καὶ Ἱλαείρας, Ἀνώγων. ἐλάσαντες δὲ ἐκ τῆς Ἀρκαδίας βουλείαν μετὰ τῶν Ἀφαρέως παίδων Ἴδα καὶ Λυγκέως, ἐπιτρέπουσιν Ἴδα διελθεῖν. ὁ δὲ, τεμὼν βοῦν εἰς μέρη τέσσαρα, τοῦ πρώτου καταφαγόντος εἶπε τῆς λείας τὸ ἥμισυ ἔσεσθαι, καὶ τοῦ δευτέρου τὸ λοιπόν. καὶ φθάσας κατηνάλωσε τὸ μέρος ἴδιον πρῶτον Ἴδας, καὶ τὸ τοῦ ἀδελφοῦ. καὶ μετ' ἐκείνου τὴν λείαν εἰς Μεσσήνην ἤλασε. στρατεύσαντες δὲ ἐπὶ Μεσσήνην οἱ Διόσκουροι, τήν τε λείαν ἐκείνην καὶ πολλὴν ἄλλην συνελαύνουσι. καὶ τὸν Ἴδαν (ὑπὸ δρυῒ) ἐλόχων, καὶ τὸν Λυγκέα. Λυγκεὺς δὲ ἰδὼν Κάστορα, ἐμήνυσεν Ἴδᾳ· κἀκεῖνος αὐτὸν κτείνει. Πολυδεύκης δὲ ἐδίωξεν αὐτοὺς, καὶ τὸν μὲν Λυγκέα

est. Atque ambo ob fortitudinem Dioſcori, quaſi Jovis proles, cognomento dicti ſunt. Qui cùm Leucippi filias in matrimonium habere cuperent, è Meſſene raptas uxores ambo ſunt conſecuti. Dein ex Polluce ac Phœbe Mneſileus; at è Caſtore & Ilaeira Anogon nati ſunt. Qui cum ſociis Ida, Lynceóque, Apharei filiis, ab Arcadia boum prædam abegiſſent, Idæ arbitrio dividendam permiſere. Tunc ille bovem in partes quatuor partitus, Qui prior, inquit, devorarit, huic prædæ dimidium cedet: poſteriori, reliquum: quo dicto, Idas antevertens, privatam priùs, & fratris deinceps partem abſumpſit: atque cum eo prædam omnem Meſſenen avertit. Quare Dioſcori conductis militum copiis contra Meſſenam, cùm illam, tum multam aliam prædam ſimul abducunt, & ſub quercu per inſidias Idam Lynceúmque intercipere conabantur. Verùm Lynceus, viſo Caſtore, Idæ fratri ſignificavit: atque eum illę necavit. At Pollux ipſos inſecutus, Lynceum, te-

lum jaculatus, occidit. Inde Idam insequens, lapide secundùm caput ab eo percussus, obortâ oculorum caligine, concidit. Tum Jupiter Idam fulminat, Pollucémque in cœlum agit. Pollux verò immortalitatem tenuit, Castore mortuo, at Jupiter ambobus, alternis diebus, inter Deos, ac mortuos esse concessit. Relatis ad superos Dioscuris, Tyndareus, accersito Spartam Menelao regnum tradidit.

CAP. XI.

EX Electra autem Atlantis filia, & Jove, Jasion Dardanúsque gignuntur, è quibus Jasion Cererem deperivit, eíque vim inferre volens, fulmine ictus occubuit. At Dardanus fratris interitu mœstus, Samothrace relictâ, in objectam continentem tranavit, ubi Teucer Scamandri fluminis Idææque nymphæ filius regnabat: ab eo etiam qui regionem illam incolebant, Teucri vocabantur. Hic itaque ab rege acceptus hospitio, atque in regni partem

κλείνει τὸ δόρυ περιέμενος· τὸν δὲ Ἴδαν διώκων, βληθεὶς ὑπ' ἐκείνου πέτρᾳ κατὰ τῆς κεφαλῆς, πίπτει σκοτωθείς· καὶ Ζεὺς Ἴδαν κεραυνοῖ, Πολυδεύκην δὲ εἰς οὐρανὸν ἀνάγει. μὴ δεχομένου δὲ Πολυδεύκους τὴν ἀθανασίαν, ὄντος νεκροῦ Κάστορος, Ζεὺς ἀμφοτέροις παρ' ἡμέραν, καὶ ἐν θεοῖς εἶναι καὶ ἐν θνητοῖς, ἔδωκε. μεταστάντων δὲ εἰς θεοὺς τῶν Διοσκούρων, Τυνδάρεως μεταπεμψάμενος Μενέλαον εἰς Σπάρτην, τούτῳ τὴν βασιλείαν παρέδωκεν.

ΚΕΦ. ια.

ΗΛέκτρας δὲ τῆς Ἄτλαντος καὶ Διὸς, Ἰασίων καὶ Δάρδανος ἐγένοντο. Ἰασίων μὲν οὖν ἐρασθεὶς Δήμητρος, καὶ θέλων καταισχῦναι τὴν θεὸν, κεραυνοῦται. Δάρδανος δὲ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ ἀδελφοῦ λυπούμενος, Σαμοθρᾴκην ἀπολιπὼν, εἰς τὴν ἀντίπερα ἤπειρον ἦλθε· ταύτης δὲ ἐβασίλευε Τεῦκρος ποταμοῦ Σκαμάνδρου καὶ νύμφης Ἰδαίας· ἀφ' οὗ καὶ οἱ τὴν χώραν νεμόμενοι Τεῦκροι προσηγορεύοντο. ὑποδεχθεὶς δ' ὑπὸ τοῦ βασι-

λέως καὶ λαβὼν μέρος τῆς γῆς, καὶ τὴν ἐκείνου θυγατέρα Βάτειαν, Δάρδανον ἔκτισε πόλιν.

§ β. Τελευτήσαντος δὲ Τεύκρου, τὴν χώραν ἅπασαν Δαρδανίαν ἐκάλεσε· γενομένων δὲ αὐτῷ παίδων Ἴλου καὶ Ἐριχθονίου, Ἴλος μὲν οὖν ἄπαις ἀπέθανεν· Ἐριχθόνιος δὲ διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν, γήμας Ἀστυόχην τὴν Σιμόεντος, τεκνοῖ Τρῶα. οὗτος παραλαβὼν, τὴν μὲν χώραν ἀφ' ἑαυτοῦ Τροίαν ἐκάλεσε· καὶ γήμας Καλλιρρόην τοῦ Σκαμάνδρου, γεννᾷ θυγατέρα μὲν Κλεοπάτραν· παῖδας δὲ, Ἶλον καὶ Ἀσσάρακον καὶ Γανυμήδην. τοῦτον μὲν οὖν διὰ κάλλος ἀναρπάσας Ζεὺς δι' ἀετοῦ, θεῶν οἰνοχόον ἐν οὐρανῷ κατέστησεν. Ἀσσαράκου δὲ, καὶ * Ἱερομνήμης τῆς Σιμόεντος, Κάπυς· τοῦ δὲ, καὶ Θέμιδος τῆς Ἴλου Ἀγχίσης· ᾧ δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν, Ἀφροδίτη συνελθοῦσα, Αἰνείαν ἐγέννησε, καὶ * Λύρον, ὃς ἄπαις ἀπέθανε.

§. γ. Ἶλος δὲ εἰς Φρυγίαν ἀφικόμενος, καὶ κα-

admiſſus, Bateam ejus filiam ſibi in conjugium duxit, ac Dardanum urbem condidit.

§. 2. At poſtquam ex humanis Teucer exceſſit, univerſam provinciam Dardaniam appellavit: filios habuit duos, Ilum & Erichthonium, è quibus Ilus nullis ſuſceptis liberis extinctus eſt. Hinc Erichthonius regni heres, ductáque Aſtyoche Simeontis filiâ, Troem creat. Hic deinde regnum adeptus, regionem à ſe ipſo Trojam nuncupavit: & Callirroen Scamandri filiam ſibi collocavit, ex qua Cleopatram filiam ſuſtulit: Mares autem Ilum, & Aſſaracum, & Ganymedem. Hunc autem ob corporis formam raptum per aquilam Jupiter deorum pincernam in cœlo conſtituit. Aſſaracus verò ex * Hieromneme Simeontis filia Capyn procreat. Hujuſce, ac Themidis Ili filiæ Anchiſes filius fuit. Cum quo Venus ipſius amore flagrans congreſſa, Æneam genuit, ac * Lyrum, qui ſine liberis deceſſit.

§. 3. Ilus cùm in Phrygiam perveniſſet, atque inibi ab

Rege propositum certamen nactus esset, palæstrâ vicit: deditque illi præmij loco pueros quinquaginta, & totidem puellas. Ad hæc ex oraculi sententia discolorem bovem adjecit, monuítque, ut ubi ea procubuerit, urbem conderet. Hic bovem ipsam insequitur. Ea veró, simulatque ad Ates, quasi dicas, Noxæ, Phrygiæ, tumulum pervenit, humi procumbit: quo in loco Ilus urbem ab se conditam, Ilium nominavit. Posteà Jovem precatur ut signum sibi aliquod ostenderet; postridie veró, ubi illuxit, ab Jove demissum Palladium ante tabernaculum conspexit: id erat magnitudine trium cubitûm: ac pedibus ita compositis, ut ambulare videretur: dextráque elatam hastam, ac læva colum fusúmque gerebat. Hujusmodi de Palladio narratur historia. Aiunt natam Minervam, apud Tritonem, cui filia Pallas erat, educari cœpisse: utrasque autem fuisse rei bellicæ studiosas, & in contentionem aliquando devenisse: Palladi jamjam vulnus illatum (Minervæ) Jovem

παλαβὼν ὑπὸ τοῦ βασιλέως αὐτόθι τεθειμένον ἀγῶνα, νικᾷ πάλιν· καὶ λαβὼν ἆθλον πεντήκοντα κούρους καὶ κόρας τὰς ἴσας, δόντος αὐτῷ τοῦ βασιλέως κατὰ χρησμὸν καὶ βοῦν ποικίλην· καὶ φράσαντος ἐν ᾧ ὑπὲρ ἂν αὐτὴ κλιθῇ τόπῳ, πόλιν κτίζειν, εἵπετο τῇ βοΐ. ἡ δὲ ἀφικομένη ἐπὶ τὸν λεγόμενον τῆς Φρυγίας Ατης λόφον, κλίνεται. ἔνθα πόλιν κτίσας Ιλος, ταύτην μὲν Ιλίον ἐκάλεσε. τῷ δὲ Διῒ σημεῖον εὐξάμενος αὐτῷ τι φανῆναι, μεθ' ἡμέραν τὸ διϊπετὲς Παλλάδιον πρὸ τῆς σκηνῆς κείμενον ἐθεάσατο. ἦν δὲ τῷ μεγέθει τρίπηχυ, τοῖς δὲ ποσὶ συμβεβηκὸς, καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ δόρυ διηρτημένον ἔχον· τῇ δὲ ἑτέρᾳ ἠλακάτην καὶ ἄτρακτον. ἱστορία (δὲ ἡ) περὶ τοῦ Παλλαδίου τοιήδε φέρεται. φασὶ γεννηθεῖσαν τὴν Ἀθηνᾶν, παρὰ Τρίτωνι τρέφεσθαι, ᾧ θυγάτηρ ἦν Παλλάς. ἀμφοτέρας δὲ ἀσκούσας τὰ κατὰ πόλεμον, εἰς φιλονεικίαν ποτὲ προελθεῖν. μελλούσης δὲ πλήττειν τῆς Παλλάδος, τὸν Δία

φοβηθέντα, τὴν Αἰγίδα περιθεῖναι· τὴν δὲ, εὐλαβηθεῖσαν ἀναβλέψαι πρὸς τὴν Αἰγίδα, καὶ οὕτως ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τρωθεῖσαν πεσεῖν. Ἀθηνᾶν δὲ περίλυπον ἐπ' αὐτῇ γενομένην, ξόανον ἐκείνης ὅμοιον κατασκευάσασαν, καὶ περιθεῖναι τοῖς στέρνοις ἣν ἔδεισεν Αἰγίδα, καὶ τιμᾶν ἱδρυσαμένην παρὰ τῷ Διΐ. ὕστερον δὲ Ἠλέκτρας κατὰ τὴν φθορὰν τούτῳ προσφυγούσης, διαρρῖψαι μετ' αὐτῆς καὶ τὸ Παλλάδιον εἰς τὴν Ἰλιάδα χώραν. Ἶλον δὲ τούτου ναὸν κατασκευάσαντα τιμᾶν· καὶ περὶ μὲν τοῦ Παλλαδίου ταῦτα λέγεται. Ἶλος δὲ γήμας Εὐρυδίκην τὴν Ἀδράστου, Λαομέδοντα ἐγέννησεν, ὃς γαμεῖ Στρυμὼ τὴν Σκαμάνδρου. κατὰ δέ τινας Πλακίαν τὴν Ἀτρέως. κατ' ἐνίους δὲ Λευκίππου. καὶ τεκνοῖ παῖδας μὲν Τιθωνὸν, Λάμπωνα, Κλυτίον, Ἱκετάονα, Ποδάρκην· θυγατέρας δὲ, Ἡσιόνην καὶ Κίλλαν, καὶ Ἀστυόχην· ἐκ δὲ νύμφης

pavefactum Ægidem opposuiſſe : Palladem verò territam reſpexiſſe : atque ita à Minerva vulneratam concidiſſe. At Minervam ejus de cauſa ſummo dolore affectam ſimulacrum illi ſimile confeciſſe, ac thoraci, pectoríque ejus, quam pertimuerat Ægidem, accommodaſſe, & apud Jovem, honoris ergô conſtituiſſe. Deinceps autem Electram, per anni peſtilentiſſimi contagionem ad hoc confugiſſe, ac ſecum id Palladium in terra Iliaca expoſuiſſe. Ilum poſteà in hujuſce memoriam templum ab ſe conditum ſummopere coluiſſe. Hæc hactenus de Palladio. Cæterùm Ilus Eurydicen Adraſti filiam, uxorem cepit, ex qua Laomedontem genuit, cui Strymno Scamandri filia nupta fuit. Sed, & quorumdam teſtimonio, Placiam Atrei, ſive (ut alij) Leucippi, ab illo ductam fuiſſe legitur. Hic mares quidem Tithonum, Lamponem, Clytium, Hicetaonem, & Podarcem : fœminas autem Heſionen, Cillam, & Aſtyochen, procreavit. At è Calybe nympha,

pha Bucolionem suscepit.

§. 4. Porrò Tithonum, quòd eum arderet, Aurora præreptum in Æthiopiam abducit: ibique cum eo congressa, Emathionem ac Memnonem gignit.

§. 5. Pòst, ubi Troja ab Hercule, quo de paulò antè diximus, capta fuit: Podarces, cognomento Priamus, regnum tenuit: ac primam conjugem Neropis filiam nomine Arisbam sibi conjugavit, ex qua Æsacum filium creat: cui Asterope Cebrenis filia nupsit, quam cùm mortuam nimio luctu defleret, in mergum avem mutatus est. Mox Priamus, Arisbâ collocatâ in matrimonium apud Hyrtacum, Hecubam secundam uxorem Dymantis, sive, ut aliis placet, Cissei, vel, ut quidam aiunt, Sangarij fluminis, & Metopes filiam duxit. Nascitur autem ex ea primus Hector: deinde cùm secundum propediem esset paritura filium, facem reapse ardentem Hecuba parere, eámque omnem urbem Ilium depascere, atque concremare, in somnis sibi videbatur. Id

Καλύβης Βυκολίωνα.

§ δ. Τιθωνὸν μὲν οὖν Ἠὼς ἁρπάσασα δι' ἔρωτα, εἰς Αἰθιοπίαν κομίζει· κἀκεῖ συνελθοῦσα γεννᾷ παῖδας Ἠμαθίωνα καὶ Μέμνονα.

§. ε. Μετὰ δὲ τὸ αἱρεθῆναι Ἴλιον ὑπὸ Ἡρακλέους, ὡς μικρὸν πρόσθεν ἡμῖν λέλεκται, ἐβασίλευσε Ποδάρκης ὁ κληθεὶς Πρίαμος· καὶ γαμεῖ πρώτην Ἀρίσβην τὴν Μέροπος· ἐξ ἧς αὐτῷ παῖς Αἴσακος γίνεται, ὃς ἔγημε Ἀστερόπην τὴν Κεβρῆνος θυγατέρα, ἣν πενθῶν ἀποθανοῦσαν, ἀπορνεώθη. Πρίαμος δὲ Ἀρίσβην ἐκδοὺς Ὑρτάκῳ, δευτέραν ἔγημεν Ἑκάβην τὴν Δύμαντος, ἢ ὥς τινές φασι, Κισσέως, ἢ ὡς ἕτεροι λέγουσιν, Σαγγαρίου ποταμοῦ καὶ Μετώπης. γεννᾶται δὲ αὐτῇ πρῶτος μὲν Ἕκτωρ· δευτέρου δὲ γεννᾶσθαι μέλλοντος βρέφους, ἔδοξεν Ἑκάβη καθ' ὕπαρ δαλὸν τεκεῖν διάπυρον. τοῦτον δὲ πᾶσαν ἐπινέμεσθαι τὴν πόλιν, καὶ καίειν.

μαθὼν δὲ Πρίαμος παρ' Ἑκάβης τὸν ὄνειρον, Αἴσακον τὸν υἱὸν μετεπέμψατο· ἦν γὰρ ὀνειροκρίτης παρὰ τοῦ μητροπάτορος Μέροπος διδαχθείς. οὗτος εἰπὼν τῆς πατρίδος γενέσθαι τὸν παῖδα ἀπώλειαν, ἐκθεῖναι τὸ βρέφος ἐκέλευσε. Πρίαμος δὲ ὡς ἐγεννήθη τὸ βρέφος, δίδωσιν ἐκθεῖναι οἰκέτῃ κομίσοντι εἰς Ἴδην. ὁ δὲ οἰκέτης Ἀγέλαος ὠνομάζετο [ἢ Ἀρχέλαος,] τὸ δὲ ἐκτεθὲν ὑπὸ τούτου βρέφος, πένθ' ἡμέρας ὑπὸ ἄρκτου ἐτράφη· ὁ δὲ σωζόμενον εὑρὼν, ἀναιρεῖται· καὶ κομίσας ἐπὶ τῶν χωρίων, ὡς ἴδιον παῖδα ἔτρεφεν, ὀνομάσας Πάριν. γενόμενος δὲ νεανίσκος, καὶ πολλῶν διαφέρων κάλλει τε καὶ ῥώμῃ, αὖθις Ἀλέξανδρος προσωνομάσθη λῃστὰς ἀμυνόμενος, καὶ τοῖς ποιμνίοις ἀλεξήσας, ὅπερ ἐστὶ βοηθήσας. καὶ μετ' οὐ πολὺ τοὺς γονέας ἀνεῦρε. μετὰ τοῦτον ἐγέννησεν Ἑκάβη θυγατέρας μὲν Κρέουσαν, Λαοδίκην, Πολυξένην, Κασσάνδραν· ᾗ συνελθεῖν

ubi Priamo visum Hecuba recitavit, Æsacum filium hic statim arcessi jubet ad se. Eum enim Merops avus maternus somnij conjectandi rationem edocuerat. Re perceptâ, Æsacus puerum patriæ exitium illaturum esse respōdit. Proinde infantem exponi jubet. Hunc Priamus, simul ac puer in lucem prodit, familiari exponēdum tradit, asportandúmque in Idam montem. Huic servo nomen Agelao, aut Archelao fuit. Infans, ut ab eo expositus est, quinque dies ab ursa nutritus est. Hic puerum nactus incolumem tollit, secum illum attulit, & quasi filium suum, indito illi Paridis nomine, educavit. Qui, cùm jam grandiusculus evasisset, & plerisque, & corporis formâ, & robore anteiret, & quod prædonum vim, incursúsque repelleret, & ovilibus custodiendis adjumento foret, Alexandri cognomentum promeritus est. Neque multò pòst tempore inventos parentes agnovit. Post Paridem Hecuba filias peperit, Creusam, Laodicen, Polyxenam, & Cassandram: quem cùm A-

pollo in stuprum illiceret, vaticinandi facultatem, eam se docturam pollicetur. Hæc autem ubi fuit edocta, sui corporis copiam Apollini minimè fecit. Quapropter Apollo, ut illius vaticinia fide carerent, effecit. Post hosce filios adhuc Hecuba gignit, Deiphobum, Helenum, Pammonem, Politen, Antiphum, Hipponoum, Polydorum, Troilum, quem ex Apollinis concubitu natum esse ferunt. Sed ex aliis conjugibus Priamo filij nascuntur, Melanippus, Gorgythion, Philæmon, Hippothous, Glaucus, Agathon, Chersidamas, Evagoras, Hippodamas, Mestor, Atas, Doryclus, Lycaon, Dryops, Bias, Chromius, Astygonus, Telestas, Evander, Cebriones, Melius, Archemacus, Laodocus, Echephron, Idomeneus, Hyperion, Ascanius, Democoon, Arrhetus, Deioptes, Clonius, Echemon, Hypirichus, Ægeoneus, Lysithous, ac Polymedon; Filiæ verò, Medusa, Medesicasta, Lysimache, Aristodeme.

§. 6. Verùm Hector An-

βουλόμενος Ἀπόλλων, τὴν μαντικὴν ὑπέσχετο διδάξειν. ἡ δὲ μαθοῦσα, οὐ συνῆλθεν. ὅθεν Ἀπόλλων ἀφείλετο τῆς μαντικῆς αὐτῆς τὸ πείθειν. αὖθις δὲ παῖδας ἐγέννησε Δηΐφοβον, Ἕλενον, Πάμμονα, Πολίτην, Ἄντιφον, Ἱππόνοον, Πολύδωρον, Τρωΐλον. τοῦτον ἐξ Ἀπόλλωνος λέγεται γεγεννηκέναι. ἐκ δὲ ἄλλων γυναικῶν Πριάμῳ παῖδες γίνονται, Μελάνιππος, Γοργυθίων, Φιλαίμων, Ἱππόθοος, Γλαῦκος, Ἀγάθων, Χερσιδάμας, Εὐαγόρας, Ἱπποδάμας, Μήστωρ, Ἄτας, Δόρυκλος, Λυκάων, Δρύοψ, Βίας, Χρόμιος, Ἀστύγονος, Τελέστας, Εὔανδρος, Κεβριόνης, Μύλιος, Ἀρχέμαχος, Λαόδοκος, Ἐχέφρων, Ἰδομενεὺς, Ὑπερίων, Ἀσκάνιος, Δημοκόων, Ἄρρητος, Δηϊόπτης, Κλόνιος, Ἐχέμμων, Ὑπείροχος, Αἰγεωνεὺς, Λυσίθοος, Πολυμέδων. θυγατέρες δὲ, Μέδουσα, Μηδεσικάστη, Λυσιμάχη, Ἀριστοδήμη.

§. ζ. Ἕκτωρ μὲν οὖν Αν-

δρομάχην τὴν Ἠετίωνος γαμεῖ· Ἀλέξανδρος δὲ Οἰνώνην τὴν Κεβρῆνος τοῦ ποταμοῦ θυγατέρα. αὕτη παρὰ Ῥέας τὴν μαντικὴν μαθοῦσα, προὔλεγεν Ἀλεξάνδρῳ μὴ πλεῖν ἐπὶ Ἑλένην. μὴ πείθουσα δὲ εἶπεν, ἐὰν τρωθῇ, παραγενέσθαι πρὸς αὐτήν, μόνην γὰρ θεραπεῦσαι δύνασθαι. τὸν δὲ, Ἑλένην ἐκ Σπάρτης ἁρπάσαι· πολεμουμένης δὲ Τροίας, τοξευθέντα ὑπὸ Φιλοκτήτου τόξοις Ἡρακλείοις, πρὸς Οἰνάνην ἐπανελθεῖν [εἰς] Ἴδην. ἡ δὲ μνησικακοῦσα, θεραπεύσειν οὐκ ἔφη. Ἀλέξανδρος μὲν οὖν εἰς Τροίαν κομιζόμενος ἐτελεύτα· Οἰνάνη δὲ μετανοήσασα, τὰ πρὸς θεραπείαν φάρμακα ἔφερε. (ἡ γὰρ Οἰνώνη ἰατρικὴν καὶ μουσικὴν ἤσκει.) καὶ καταλαβοῦσα αὐτὸν νεκρὸν, ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. ὁ δὲ Ἀσωπὸς ποταμὸς Ὠκεανοῦ, καὶ Τηθύος· ὡς δὲ Ἀκουσίλαος λέγει, Πηροῦς, καὶ Ποσειδῶνος· ὡς δέ τινες, Διὸς καὶ Εὐρυνόμης· τούτῳ Μετώπην γημαμένῳ Μάδωνος ἢ τοῦ

dromachen Eetionis, & Alexander Oenonen Cebrenis amnis filiam ducit. Hæc à Rhea vaticinandi cognitionem edocta, Alexandro ne ad Helenam navigaret, prædixit: At ea minimè persuadens, cùm sibi vulnus illatum fuerit, ad sese venturum, dixit: quòd se ipsi mederi posse intelligebat, prætereà neminem. Hic autem, raptâ pòst Helenâ è Sparta, Trojáque bello impetitâ, sagittis Herculeis à Philoctete sauciatus, in Idam ad Oenem remeavit. Tum illa injuriarum memor, Paridem curare nolle affirmat. Alexander igitur, cùm in Trojam referretur, occubuit. Mox Oenone, quam detrectatæ medelæ pœnituerat, ad vulnus curandum pharmaca deferebat, siquidem Oenone medendi canendíque artem callebat. Quæ, ubi eum jam obiisse reperit, sibi laqueo vitam finivit. Asopus verò amnis, Oceani, & Thethyis filius: sed, ut scribit Acusilaus, Perus, & Neptuni: sed, ut alij, Jovis & Eurynomes: hic, ductâ Metope, quam Ladonis fluvij filiam

fuisse tradunt, duos filios, Ismenum ac Pelagontem, & viginti fœminas procreavit: quarum unam Æginam, cui Oenone fuit nomen, ab Jove raptam Asopus quærens, Corinthum abiit: ubi à Sisypho raptorem fuisse Jovem cognoscit. Jupiter autem post insequentem Asopum fulminatum, rursùs ad sua fluenta remisit. Quamobrem, & in hoc usque tempus, ex hujusce fluentis carbones efferuntur: sed Æginam illatam in insulam, quæ tunc Oenone vocabatur, nunc ab ea dictam Æginam, Jupiter comprimit, ac filium ex ea Æacum gignit. In cujus gratiam, quandoquidem solus in insula agebat, de formicis homines facit. Ad hæc Æacus Endeidem Chironis filiam conjugem capit, ex qua duo nati sunt filij, Peleus & Telamon. Pherecydes verò Telamonem amicum, non fratrem fuisse Pelei narrat, eúmque * Actæi filium, & Glauces * Crethei fuissè ait. Atqui & Æacus cum Psamathe Nerei filia, in fontem, quód inscendi nollet, com-

ποταμοῦ θυγάτηρ· αὕτη δύο μὲν παῖδας ἐγέννησεν, Ἰσμηνὸν καὶ Πελάγοντα, εἴκοσι δὲ θυγατέρας· ὧν μὲν μίαν Αἴγιναν, (ἥτις Οἰνώνη ἐκαλεῖτο) ἥρπασε Ζεύς, ταύτην Ἀσωπὸς ζητῶν, ἧκεν εἰς Κόρινθον, καὶ μανθάνει παρὰ Σισύφου τὸν ἡρπακότα εἶναι Δία. Ζεὺς δὲ Ἀσωπὸν μὲν κεραυνώσας διώκοντα, πάλιν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἀπέπεμψε ῥεῖθρα. διὰ τοῦτο, μέχρι καὶ νῦν, ἐκ τῶν τούτου ῥείθρων ἄνθρακας φέρονται. Αἴγιναν δὲ εἰσκομίσας εἰς τὴν τότε Οἰνώνην λεγομένην νῆσον, νῦν δὲ Αἴγιναν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν, μίγνυται, καὶ γεννᾷ παῖδα ἐξ αὐτῆς Αἰακόν. τούτῳ Ζεὺς ὄντι μόνῳ ἐν τῇ νήσῳ τοὺς μύρμηκας ἀνθρώπους ἐποίησε. γαμεῖ δὲ Αἰακὸς Ἐνδηΐδα, τὴν Χείρωνος, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἐγένοντο, Πηλεύς τε καὶ Τελαμών. Φερεκύδης δέ φησι Τελαμῶνα φίλον, οὐκ ἀδελφὸν Πηλέως εἶναι. ἀλλὰ * Ἀκταίου παῖδα καὶ Γλαύκης τῆς Κρηθέως. μίγνυται δὲ αὖθις Αἰακὸς, Ψαμάθῃ τῇ Νηρέως, εἰς * πηγὴν ἠλλαγμένῃ διὰ

τὸ βέλεσθαι αὐελθεῖν, καὶ τεκνοῖ παῖδα Φῶκον. ἦν δὲ εὐσεβέστατος ἁπάντων Αἰακός. διὸ καὶ τὴν Ἑλλάδα κατεχούσης ἀφορίας διὰ Πέλοπα, ὅτι Στυμφάλῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀρκάδων πολεμῶν, τὴν Ἀρκαδίαν ἑλεῖν μὴ δυνάμενος, προσποιησάμενος φιλίαν, ἔκτεινεν αὐτὸν, καὶ διέσπειρε μελίσας. χρησμοὶ δὲ θεῶν ἔλεγον ἀπαλλαγήσεσθαι τῶν ἐνεστώτων κακῶν τὴν Ἑλλάδα, ἐὰν Αἰακὸς ὑπὲρ αὐτῆς εὐχὰς ποιήσηται. ποιησαμένου δὲ εὐχὰς Αἰακοῦ, τῆς ἀκαρπίας ἡ Ἑλλὰς ἀπαλλάττεται. τιμᾶται δὲ καὶ παρὰ Πλούτωνι τελευτήσας Αἰακός· καὶ τὰς κλεῖς τοῦ Ἅδου φυλάττει. διαφέροντι δὲ ἐν τοῖς ἀγῶσι Φώκῳ, τοὺς ἀδελφοὺς Πηλέα καὶ Τελαμῶνα ἐπιβουλεῦσαι· καὶ λαχὼν κλήρῳ, Τελαμὼν συγγυμναζόμενον αὐτὸν βαλὼν δίσκῳ κατὰ τῆς κεφαλῆς, κτείνει. καὶ κομίσας μετὰ Πηλέως, κρύπτει κατά τινος ὕλης. φωραθέντος δὲ τοῦ φόνου,

mutata coivit, & Phocum gignit. Sed & Æacus omnium pietatis servantissimus fuit. Quamobrem, cùm Græcia inusitatâ frugum caritate premeretur, Pelopis causâ, quòd ipse Stymphalum Arcadum Regem bello infestans, Arcadiam subigere minimè posset, per simulatam amicitiam ipsum interfecit, ac ejus viscera membratim consecta dispersit. Deorum intereà responsis, tum Græciam imminentibus malis ereptum iri, si illius ergô preces effuderit Æacus, renunciatum est. Quo per Æacum facto, Græcia annonæ penuriâ liberatur. Quinetiam & apud inferos Æacus in summo esse honore perhibetur: & is Plutonis claves servare proditur. Quoniam verò Phocus in certaminibus præstare videbatur, fratres Peleum ac Telamonem insidias illi comparasse ferunt: atque ubi sorte obvenit, ut cum eo Telamon pari in ludo decertaret, disco caput illi ferit, & occidit, ac sublatum, Peleo adjutore, quadam in sylva occultavit. Demùm verò, cæde detectâ,

ambo ex Ægina ab Æaco solum vertere compelluntur.

φυγάδες ἀπὸ Αἰγίνης ὑπὸ Αἰακοῦ ἐλαύνονται.

§. 7. Telamon Salaminem ad Cychreum Neptuno ac Salamine Asopi filia natum pervenit. Is, necato serpente, qui insulam, cujus ipse Rex erat, devastabat, ac nullis post se relictis filiis, moriens, regnum Telamoni concessit. Is deinde Peribœam Alcathoi Pelopis filiam sibi uxorem conjunxit: & Hercules, ut illi mascula proles enasceretur, à Diis precibus depoposcit: & post preces repente aquila apparuit, & enatum puerum Ajacem nominarunt: qui in bello contra Ilium Herculem secutus, Hesionen Laomedontis filiam muneri accepit, ex qua sibi Teucrum procreavit.

§. η. Καὶ Τελαμὼν μὲν εἰς Σαλαμῖνα παραγίνεται πρὸς Κυχρέα τὸν [Ποσειδῶνος, καὶ] Σαλαμῖνος τῆς Ἀσωποῦ (υἱὸν) κτείνας δὲ ὄφιν οὗτος ἀδικοῦντα τὴν νῆσον, ἧς αὐτὸς ἐβασίλευε, καὶ τελευτῶν ἄπαις, τὴν βασιλείαν παραδίδωσι Τελαμῶνι. ὁ δὲ γαμεῖ Περίβοιαν τὴν Ἀλκάθου τοῦ Πέλοπος· καὶ ποιησαμένου εὐχὰς Ἡρακλέους ἵνα αὐτῷ παῖς ἄρρην γένηται· φανέντος δὲ μετὰ τὰς εὐχὰς αἐτοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκάλεσαν Αἴαντα. καὶ στρατευσάμενος ἐπὶ Τροίαν Ἡρακλεῖ, λαμβάνει γέρας Ἡσιόνην τὴν Λαομέδοντος θυγατέρα· ἐξ ἧς αὐτῷ γίνεται Τεῦκρος.

CAP. XII.

ΚΕΦ. ιβ.

CÆterùm Peleus Phthiam ad Eurytionem Actoris filium exulatum abiit, à quo quo posteà expiatus Antigonen illius filiam in matrimonium capit: atque in tertiam regni partem adscitus est.

ΠΗλεὺς δὲ εἰς Φθίαν φυγὼν πρὸς Εὐρυτίωνα Ἄκτορος, ὑπ' αὐτοῦ καθαίρεται· καὶ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἀντιγόνην, καὶ τῆς χώρας τὴν τρίτην μοῖραν.

καὶ γίνεται θυγάτηρ αὐτῷ Πολυδώρη, ἣν ἔγημε Βῶρος ὁ Περιήρους.

§. β. Εντεῦθεν ἐπὶ τὴν θήραν τοῦ Καλυδωνίου κάπρου μετ' Εὐρυτίωνος ἐλθὼν, προέμενος ἐπὶ τὸν σῦν ἀκόντιον, Εὐρυτίωνος τυγχάνει, καὶ κτείνει τοῦτον ἄκων. πάλιν οὖν ἐκ Φθίας φυγὼν εἰς Ιωλκὸν, πρὸς Ἄκαστον ἀφικνεῖται, καὶ ὑπ' αὐτοῦ καθαίρεται.

§. γ. Αγωνίζεται δὲ καὶ τὸν ἐπὶ Πελίᾳ ἀγῶνα πρὸς Αταλάντην, διαπαλαίσας. καὶ Αστυδάμεια Ακάστου γυνὴ, Πηλέως ἐρασθεῖσα, περὶ συνουσίας προσέπεμψεν αὐτῷ λόγους. μὴ δυναμένη δὲ πεῖσαι, πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ πέμψασα ἔφη, μέλλειν Πηλέα γαμεῖν Στερόπην τὴν Ακάστου θυγατέρα. καὶ τοῦτο ἐκείνη ἀκούσασα, ἀγχόνην ἀνάπτει. Πηλέως δὲ πρὸς Ἄκαστον καταψεύδεται λέγουσα, ὑπ' αὐτοῦ περὶ συνουσίας πεπειρᾶσθαι. Ακαστος ἀκούσας, κτεῖναι μὲν ὃν ἐκάθηρεν, οὐκ ἠβουλήθη· ἄγει δὲ αὐτὸν ἐπὶ θήρας εἰς τὸ Πήλιον. ἔνθεν ἁμίλλης περὶ

Mox Polydoram filiam genuit, quam Boro Perieris filio nuptui dedit.

§. 2. Inde in Calydonij apri venationem cum Eurytione ſimul egreſſus, ac miſſo in aprum telo, Eurytionem ferit, eúmque fortuito ictu cæcidit: rursùs itaque à Phthia Iolcum ex fuga ad Acaſtum ſeſe recepit, ab eóque luſtratur.

§. 3. Ad hæc, cum Atalanta ludis in Peliæ honorem inſtitutis palæſtricâ pugnâ decertavit: ubi Aſtydamea Acaſti conjux, Pelei amore correpta, ad eum literas de concubitu dedit: quæ, quoniam id illi perſuadere non potuit, ad ejus etiam uxorem miſit, qui à Peleo Steropen Acaſti filiam propediem ductum iri illi renuntiaret. Quod ubi illa accepit, laqueo ſe ſuſpendit. Peleum inſuper Acaſto, quòd eam de ſtupro interpellaſſet, calumniatur. Id ubi Acaſtus percepit, quem ipſe luſtraſſet, haudquaquàm ab ſe necandum eſſe cenſuit: at eum Peleum montem venatum abducit. Inde coortâ de venatione

venatione controversiâ, Peleus quidem captarum ab se ferarum desectas linguas intrà peram reponebat. Atqui Acasti comites eas capientes, Peleum velut nihil venatum irridere. Is autem quotquot linguas haberet, exhibitis, tot feras illis se venatum esse dictitavit. Quem, cùm in Pelio somno oppressus obdormisset, Acastus reliquit, eíque sublatum ensem in boum fimo celavit, & abivit. Is deinde experrectus, intereà dum ensem quæritat, à Centauris comprehensus, jamjam moriturus erat, verùm à Chirone servatur incolumis, eidémque quæsitum ac repertum ensem condonavit.

§. 4. Peleus verò, ut suprà dictum est, Antigonem Eurytione patre procreatam uxorem duxit, de qua sibi Polydoram gignit, quam posteà Sperchio fluminis cognomento BoroPerieris filio uxorem collocavit, ex qua Menesthius natus est.

§. 5. Sed & alteram duxit Peleus, nempe Thetin Nerei filiam, de cujus matrimonio

θήρας γινομένης, Πηλεὺς μὲν οὖν ὧν ἐχειροῦτο θηρίων, τὰς γλώσσας τούτων ἐκτέμνων εἰς πήραν ἐτίθει· οἱ δὲ μετὰ Ἀκάστου ταῦτα χειρούμενοι κατεγέλων ὡς μηδὲν τεθηρακότος τοῦ Πηλέως. ὁ δὲ τὰς γλώσσας παρασχόμενος ὅσας εἶχεν, ἐκείνοις τοσαῦτα ἔφη τεθηρακέναι. ἀποκοιμηθέντος αὐτοῦ ἐν τῷ Πηλίῳ, ἀπολιπὼν Ἄκαστος, καὶ τὴν μάχαιραν ἐν τῇ τῶν βοῶν κόπρῳ κρύψας ἐπανέρχεται. ὁ δὲ, ἐξαναστὰς καὶ ζητῶν τὴν μάχαιραν, ὑπὸ τῶν Κενταύρων καταληφθεὶς, ἔμελλεν ἀπόλλυσθαι· σώζεται δὲ ὑπὸ Χείρωνος οὗτος· καὶ τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἐκζητήσας, [καὶ ἐξευρὼν] δίδωσι.

§. δ. Γαμεῖ δὲ, ὡς λέλεκται, Πηλεὺς Ἀντιγόνην τὴν Εὐρυτίωνος, ἐξ ἧς αὐτῷ γίνεται Πολυδώρη ἣν ἔγημε Σπερχεῖος ὁ ποταμὸς ἐπίκλην Βώρος ὁ Περιήρεως υἱὸς, ἐξ ἧς Μενέσθιον τεκνοῖ.

§. ε. Αὖθις δὲ Πηλεὺς γαμεῖ Θέτιν τὴν Νηρέως, περὶ ἧς τοῦ γάμου

Ζεὺς καὶ Ποσειδῶν ἤρισαν. Θέτιδος δὲ θεσπιῳδούσης ἔσεσθαι τὸν ἐκ ταύτης γεννηθέντα κρείττονα τοῦ πατρὸς, ἀποσχόντα. ἔνιοι δέ φασι Διὸς ὁρμῶντος ἐπὶ τὴν ταύτης συνουσίαν, εἰρηκέναι Προμηθέα τὸν ἐκ ταύτης αὐτῷ γεννηθέντα, οὐρανοῦ δυναστεύσειν. τινὲς δὲ λέγουσι· μὴ βουληθῆναι Θέτιν Διῒ συνελθεῖν ὑπὸ Ἥρας τραφεῖσαν. Δία δὲ ὀργισθέντα θνητῷ ἐθελῆσαι αὐτὴν συνοικῆσαι. Χείρωνος οὖν ὑποθεμένου Πηλεῖ συλλαβεῖν, καὶ κατέχειν αὐτὴν μεταμορφουμένην, ἐπιτηρήσας, συναρπάζει. γινομένην δὲ ὁτὲ μὲν πῦρ, ὁτὲ δὲ ὕδωρ, ὁτὲ δὲ θηρίον, οὐ πρότερον ἀνῆκε, πρὶν ἢ τὴν ἀρχαίαν μορφὴν εἶδεν ἀπολαβοῦσαν. γαμεῖ δὲ ἐν τῷ Πηλίῳ· κἀκεῖ θεοὶ τὸν γάμον εὐωχούμενοι καθύμνησαν· καὶ δίδωσι Χείρων Πηλεῖ δόρυ μείλινον, Ποσειδῶν δὲ, ἵππους Βάλιον καὶ Ξάνθον· Ἥφαιστος δὲ μάχαι-

Jupiter & Neptunus contenderunt. At cùm Thetis è se ortum filium patre futurum esse præstantiorem prædixisset, abstinuisse Jovem illius nuptiis ferunt. Nec desunt qui scribant ad ejus complexum jamjam prodeunti Jovi, Prometheum dixisse, natum ex ea cœlo dominaturum. Sunt etiam, qui memorant Thetin Junonis monitu persuasam Jovis concubitum evitasse. Hinc iratum Jovem voluisse ut ea mortalis viri conjugio locaretur. Chironis itaque consilio eam comprehendendi ac detinendi rationem Peleus iniit: eam itaque cùm in varias se formas commutantem observasset, corripit: quæ cùm interim ignis, interim aquæ, modò etiam feræ vultum caperet, non eam priùs, quàm pristinam formam recepisse videt, remisit. Hanc demùm in Pelio monte uxorem sibi copulavit: atque inibi dij convivio excepti suo quisque munere matrimonium commendarunt. Nam Chiron hastâ fraxineâ Peleum, Neptunus equis Balio & Xantho, Volcanus ense,

ac reliqui aliis muneribus condonarunt. Hi verò dij immortales fuere.

§. 6. Pòst, ubi Thetis conceptum è Peleo partum edidit, eum immortalem factura, clàm Peleo per noctem in igne abscondit, & quicquid paternæ in eo mortalitatis erat, excoquebat: per diem verò, ambrosiâ puerum inungebat. At Peleus per observationem, palpitantem natum in igne conspicatus, inclamavit. Tum Thetis, quominùs votum expleret suum, impedita, relicto infantulo, ad Nereidas âbiit. Tum Peleus sublatum manibus puerum, ad Chironem tulit: quem ille acceptum, leonum visceribus, aprorúmque & ursorum medullis enutrivit: eúmque, cui Ligyron anteà nomen fuit, quòd mammis labra minimè admovisset, Achillem nominari voluit.

§. 7. Post hæc Peleus Iasonis & Dioscurorum adjumento, Iolcum expugnavit: Astydamiámq; Acasti conjugem occidit, ac distractis illius membris, per eam intra urbem traduxit exercitum.

ραν, καὶ οἱ λοιποὶ ἕτεροι. ἀθάνατοι δὲ ἦσαν οὗτοι.

§. ζ. Ὡς δὲ ἐγέννησε Θέτις ἐκ Πηλέως βρέφος, ἀθάνατον θέλουσα ποιῆσαι τοῦτο, κρύφα Πηλέως εἰς τὸ πῦρ ἐγκρύβουσα τῆς νυκτὸς, ἔφθειρεν ὃ ἦν αὐτῷ θνητὸν πατρῷον· μεθ᾽ ἡμέραν δὲ ἔχριεν ἀμβροσίᾳ. Πηλεὺς δὲ ἐπιτηρήσας, καὶ ἀσπαίροντα τὸν παῖδα ἰδὼν ἐπὶ τοῦ πυρὸς, ἐβόησε. καὶ Θέτις κωλυθεῖσα τὴν προαίρεσιν τελειῶσαι, νήπιον τὸν παῖδα ἀπολιποῦσα, πρὸς Νηρηΐδας ᾤχετο. κομίζει δὲ τὸν παῖδα πρὸς Χείρωνα Πηλεύς. ὁ δὲ λαβὼν αὐτὸν ἔτρεφε σπλάγχνοις λεόντων. καὶ συῶν ἀγρίων, καὶ ἄρκτων μυελοῖς· καὶ ὠνόμασεν Ἀχιλλέα. πρότερον γὰρ ἦν ὄνομα αὐτῷ Λιγύρων. ὅτι χείλη μαστοῖς οὐ προσήνεγκε.

§. ζ. Πηλεὺς δὲ μετὰ ταῦτα σὺν Ἰάσονι καὶ Διοσκούροις ἐπόρθησεν Ἰωλκόν· καὶ Ἀστυδάμειαν τὴν Ἀκάστου γυναῖκα φονεύει· καὶ διελὼν μέλη, διήγαγε δι᾽ αὐτῆς τὸν στρατὸν εἰς τὴν πόλιν.

§. η. Ὡς δὲ ἐγένετο ἐνναετὴς Ἀχιλλεὺς, Κάλχαντος λέγοντος οὐ δύνασθαι χωρὶς αὐτοῦ Τροίαν αἱρεθῆναι, Θέτις προειδυῖα ὅτι δεῖ στρατευόμενον αὐτὸν ἀπολέσθαι, κρύψασα ἐσθῆτι γυναικείᾳ, ὡς παρθένον παρέθετο. κἀκεῖ τρεφόμενος τῇ Λυκομήδους θυγατρὶ Δηϊδαμείᾳ μίγνυται· καὶ γίνεται παῖς Πύῤῥος αὐτῷ, ὁ κληθεὶς Νεοπτόλεμος αὖθις. Ὀδυσσεὺς δὲ μηνυθέντα παρὰ Λυκομήδους ζητῶν Ἀχιλλέα, σάλπιγγι χρησάμενος εὗρε· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἰς Τροίαν ἦλθε. συνείπετο δὲ αὐτῷ Φοῖνιξ ὁ Ἀμύντορος. οὗτος ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτυφλώθη καταψευσαμένης φθορὰν Κλυτίας τῆς τοῦ πατρὸς παλλακίδος. Πηλεὺς δὲ αὐτὸν πρὸς Χείρωνα κομίσας, ὑπ' ἐκείνου θεραπευθέντα τὰς ὄψεις, βασιλέα κατέστησε Δολόπων. συνείπετο δὲ καὶ Πάτροκλος ὁ Μενοιτίου καὶ Σθενέλης τῆς

ſtituit. Inſuper Achilli

§. 8. Ubi demùm nonum ætatis ſuæ annum explevit Achilles, Calchante Trojam ſine ipſo capi non poſſe, prædicente, Thetis, quod filium eo in bello militantem interiturum omninò prævidiſſet: muliebri ipſum veſte contectum) in Scyron inſulam Lycomedi) pro puella incorrupta, ac virgine perductum commendavit: ibíque agens adoleſcentulus, Deidamiam regis filiam comprimit: ex qua Pyrrhum filium extulit, qui novo poſteà nomine Neoptolemus eſt appellatus. Cæterùm Ulyſſes, quando ei apud Lycomedem eſſe Achillem, indicatum fuit, quæſitum tuba uſus invenit. Ad huncitaque modum Achilles ad bellum Trojanum perductus eſt. Ad quod etiam Phœnix Amyntoris filius illum comitatus acceſſit. Hunc à Clytia patris pellice, ut de ſtupro interpellata, falsò inſimulatum pater oculorum luce privavit. Quem Peleus ad Chironem ductum, ab eóque curatum, oculorum luce recuperatâ, Dolopum regem con-

Patroclus Menœtij, ac Sthe-

neles Acasti, sive, ut aliis placet, Periapidis Pheretis filij, vel, ut Philocrates inquit, Polymeli Peleo nati, filius, comes accessit. Is Opuntem Locridis delatus, in talorum ludo Clysonymum Amphidamantis filium imprudenter occidit: atque in exilium actus cum patre, à Peleo domi in contubernium acceptus, Achillis amasius efficitur.

CAP. XIII.

Porrò Cecrops indigena, ac geminus, id est, humano simul & serpentino corpore præditus, in terra Attica regnavit, & quæ priùs Acta dicebatur, de suo ipsius vocabulo Cecropiam dici voluit. Sub eo quoque diis fuisse decreto concessam aiunt urbium occupandarum potestatem, sanè in quibus potissimùm privatos honores unusquisque adipisci posse videretur. Primus igitur Neptunus in Atticam venit, ac percussa tridente, ad mediam arcem terra, fretum repente excivit: id loci Erectheidem vocant. Post hunc autem Minerva comparuit: quæ lecto à se

Ἀκάστου, ἢ Περιάπιδος τῆς Φέρητος, ἤ, καθάπερ φησὶ Φιλοκράτης, Πολυμήλου τοῦ Πηλέως. οὗτος ἐν Ὀποῦντι (τῆς Λοκρίδος) διερεγχθεὶς ἐν παιδιᾷ περὶ ἀστραγάλων παίζων παῖδα Κλυσώνυμον τὸν Ἀμφιδάμαντος [ἄκων] ἀπέκτεινε. καὶ φυγὼν μετὰ τοῦ πατρὸς, παρὰ Πηλεῖ κατῴκει, καὶ Ἀχιλλέως ἐρώμενος γίνεται.

ΚΕΦ. ιγ.

Κέκροψ αὐτόχθων συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος, τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος· καὶ τὴν γῆν πρότερον λεγομένην Ἀκτὴν, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ Κεκροπίαν ὠνόμασεν. ἐπὶ τούτου φασὶν ἔδοξε τοῖς θεοῖς πόλεις καταλαβέσθαι, ἐν αἷς ἔμελλον ἔχειν τιμὰς ἰδίας ἕκαστος. ἧκεν οὖν πρῶτος Ποσειδῶν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, καὶ πλήξας τῇ τριαίνῃ κατὰ μέσην τὴν ἀκρόπολιν, ἀνέφηνε θάλασσαν, ἣν νῦν Ἐρεχθηΐδα καλοῦσι. μετὰ δὲ τοῦτον ἧκεν Ἀθηνᾶ· καὶ ποιησαμένη τῆς καταλή-

-ψεως Κέκροπα μάρτυρα, ἐφύτευσεν ἐλαίαν· ἣ νῦν ἐν τῷ Πανδροσίῳ δείκνυται. γενομένης δὲ ἔριδος, ἀμφοῖν περὶ τῆς χώρας Ἀθηνᾶν καὶ Ποσειδῶνα διαλύσας Ζεὺς, κριτὰς ἔδωκεν, οὐχ', ὡς εἶπόν τινες, Κέκροπα καὶ Κραναὸν, οὐδὲ Ἐριχθέα· θεοὺς δὲ τοὺς δώδεκα· καὶ τούτων δικαζόντων ἡ χώρα τῆς Ἀθηνᾶς ἐκρίθη, Κέκροπος μαρτυρήσαντος, ὅτι πρῶτον τὴν ἐλαίαν ἐφύτευσεν· Ἀθηνᾶ μὲν οὖν ἀφ' ἑαυτῆς τὴν πόλιν ἐκάλεσεν Ἀθήνας. Ποσειδῶν δὲ, θυμῷ ὀργισθεὶς, τὸ Θριάσιον [πεδίον] ἐπικάλυψε, καὶ τὴν Ἀττικὴν ὕφαλον ἐποίησεν.

Cecrope occupationis ſuæ teſte, oleam è terra produxit, quæ noſtrâ etiam ætate viſitur in Pandroſio. Coortâ deinde inter utrumque contentione, ac lite de urbe, Jupiter Minervam Neptunúmque inter ſe pacavit: iíſque non, ût quidam memorant, Cecropen, Cranaúmque, nec Erichtheum, ſed duodecim deos hujuſce controverſiæ judices dedit: quorum ſententiâ urbs Athenæ Minervæ adjudicata fuit: quando primùm ab ea oleam, Cecropis teſtimonio, productam fuiſſe perceperunt. Minerva itaque de ſe ipſa Athenis nomen impoſuit. At Neptunus mirum in modum iratus, Thriaſium campum peſſimè afflixit: atque Atticam univerſam pelago inundavit.

§. β. Κέκροψ δὲ γήμας τὴν Ἀκταίου κόρην Ἄγραυλον, παῖδας μὲν ἔσχεν Ἐρυσίχθονα, ὃς ἄτεκνος μετήλλαξε· θυγατέρας δὲ Ἄγραυλον, Ἕρσην, Πάνδροσον· Ἀγραύλου μὲν οὖν καὶ Ἄρεος Ἀλκίππη γίνεται. ταύτην βιαζόμενος Ἁλιρ-

§. 2. Ad hæc Cecrops Agraulon Actæi filiam in conjugium duxit, ex eáque marem quidem ſuſcepit, Eryſichthonem, qui ſine maribus liberis è vita deceſſit: filias verò, Agraulon, Herſen & Pandroſon. At ex Agraulo, ac Marte gignitur Alcippe. Huic vim inferre Halirrho-

thius Neptuni & Eurytes nymphæ filius à Marte deprehensus occiditur. Quamobrem Neptunus Martem in Areopago cædis reum agit. Is duodecim deorum sententiâ judicatus absolvitur.

§. 3. At Cephalus, Herses & Mercurij filius, quem cùm Aurora suprà modum amaret, correptum secum asportavit in Syriam, ibíque illius concubitu gravida fit, & Tithonum peperit: cui Phaëthontem filium fuisse produnt. Hujus autem fuit Astynous, ex quo Sandochus: qui è Syria profectus in Ciliciam, Celenderin urbem condidit: ductáque in matrimonium * Thanace Megessari filiâ, Cinyram Assyriorum Regem procreavit. Hic Cinyras cùm in Cyprum se contulisset, cum populo, Paphum condidit, ductáque inibi uxore Metharme Pygmalionis Cypriorum regis filiâ, Oxyporum & Adonin genuit: necnon filias Orsedicen, Laogorénque & Bræsiam ex eadem suscepit. Hæ veró ob Veneris iram alienigenis permistæ viris, vitam in Ægypto cum morte commutarunt.

ῥόθιος ὁ Ποσειδῶνος καὶ νύμφης Εὐρύτης, ὑπὸ Ἄρεως φωραθεὶς κτείνεται. Ποσειδῶν δὲ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κρίνεται, δικαζόντων τῶν δώδεκα θεῶν Ἄρη, καὶ ἀπολύεται.

§. γ. Ἕρσης δὲ καὶ Ἑρμοῦ Κέφαλος, οὗ ἐρασθεῖσα Ἠὼς ἥρπασε· καὶ μιγεῖσα ἐν Συρίᾳ, παῖδα ἐγέννησε Τιθωνόν. οὗ παῖς ἐγένετο Φαέθων· τούτου δὲ Ἀστύνοος· τοῦ δὲ Σάνδοκος, ὃς ἐκ Συρίας ἐλθὼν εἰς Κιλικίαν, πόλιν ἔκτισε Κελένδερειν. καὶ γήμας * Θανάκην τὴν Μεγεσσάρου [Κινύραν] τὸν Ἀσσυρίων βασιλέα ἐγέννησε. Κινύρας οὗτος ἐν Κύπρῳ παραγενόμενος σὺν λαῷ, ἔκτισε Πάφον· γήμας δὲ ἐκεῖ Μεθαρμην κόρην Πυγμαλίωνος Κυπρίων βασιλέως, Ὀξύπορον ἐγέννησε καὶ Ἄδωνιν· πρὸς δὲ τούτοις θυγατέρας Ὀρσεδίκην, Λαογόρην καὶ Βραισίαν. αὗται δὲ διὰ μῆνιν Ἀφροδίτης ἀλλοτρίοις ἀνδράσι συνευναζόμεναι, τὸν βίον ἐν Αἰγύπτῳ μετήλλαξαν.

§. δ. Ἄδωνις δὲ ἔτι παῖς ὤν, Ἀρτέμιδος χόλῳ, πληγεὶς ἐν θήραις ὑπὸ συὸς, ἀπέθανε. Ἡσίοδος δὲ αὐτὸν Φοίνικος καὶ Ἀλφεσιβοίας λέγει· Πανύασις δέ φησι Θόαντος βασιλέως Ἀσσυρίων, ὃ ἔσχε θυγατέρα Σμύρναν. αὕτη κατὰ μῆνιν Ἀφροδίτης, οὐ γὰρ αὐτὴν ἐτίμα, ἴσχει τοῦ πατρὸς ἔρωτα· καὶ συνεργὸν λαβοῦσα τὴν τροφὸν ἀγνοοῦντι τῷ πατρὶ νύκτας δώδεκα συνευνάσθη. ὁ δὲ, ὡς ᾔσθετο, σπασάμενος ξίφος, ἐδίωκεν αὐτήν· ἡ δὲ, παρακαταλαμβανομένη, θεοῖς ηὔξατο ἀφανὴς γενέσθαι. θεοὶ δὲ κατοικτείραντες, αὐτὴν εἰς δένδρον μετήλλαξαν, ὃ καλοῦσι σμύρναν· δεκαμηνιαίῳ δὲ ὕστερον χρόνῳ, τοῦ δένδρου ῥαγέντος, γεννηθῆναι τὸν λεγόμενον Ἄδωνιν, ὃν Ἀφροδίτη διὰ κάλλος ἔτι νήπιον κρύφα θεῶν εἰς λάρνακα κρύψασα, Περσεφόνῃ παρείστατο. ἐκείνη δὲ ὡς ἐθεάσατο, οὐκ ἀπεδίδου. κρίσεως δὲ ἐπὶ Διὸς γενομένης, εἰς [τρεῖς] μοίρας διῃρέθη ὁ ἐνιαυτός· καὶ μίαν μὲν παρ' ἑαυτῷ μένειν τὸν Ἄδωνιν· μίαν δὲ παρὰ Περσεφόνῃ

§. 4. Adonis autem puer adhuc, Dianæ iracundiâ, in venatione ab apro percussus interiit. Hunc Hesiodus Phœnicis & Alphesibœæ filium fuisse ait. Panyasis verò, de Thoante Assyriorum Rege, qui Myrrham filiam habuit, natum refert. Hæc Myrrha per iram Veneris, quòd eam nihili faceret, patris amore corripitur: atque usa nutricis operâ, cum inscio patre noctes duodecim concubuit. Is, ubi rem sensit, stricto in filiam ense, impetum facit: quæ, cùm jam comprehenderetur, deos rogat, ut nusquam appareat. Tum dij illam miserati, in arborem sui nominis commutarunt: ac decimo post mense, rescissâ arbore, Adonin ex ea filium fuisse ferunt. Quem Venus formæ ergô infantem adhuc clam diis in arca occultatum, ante Proserpinam constituit: quem simul ac illum conspexit, se reddituram negavit. Delato ad Jovem judicio, tres in partes annum partitus est, ut unam apud seipsum, alteram cum Proserpina, tertiam demùm cum Venere Adonis permaneret, imperavit.

peravit. Adonis autem, quæ pars sibi ab Jove distributa fuerat, eam ipsi Veneri attribuit. Nec longo pòst tempore, inter venandum Adonis ab apro vulneratus occidit.

§. 5. Post, ubi Cecrops humanitatem exuit, Cranaus indigena, sub quo Deucalionis diluvium fuisse narratur, ductâ à Lacedæmone Pediade Menetis filiâ, Cranaen genuit, & Cranæchmen, & Atthidem: quæ cùm, virginitate necdum expugnatâ, obiisset, Cranaus ab ea terram Atthidem vocitavit: ubi post Cranaum expulsum regnavit Amphictyon.

§. 6. Hunc nonnulli Deucalionis, alij verò indigenæ hominis filium fuisse dicunt: qui, cùm duodecim annos regnum tenuisset, ab Erichthonio pellitur: hunc Hephæstes, ex Cranae Atthidis nata filium esse aiunt. Sunt etiam, qui Volcani & Palladis esse velint, hunc in modum; Minerva olim arma sibi conflari volens, ad Volcanum adierat. Huncinterim relictum à Venere Minervæ

προσέταξε. τὴν δὲ ἑτέραν παρὰ Ἀφροδίτῃ. ὁ δὲ Ἄδωνις ταύτῃ προσένειμε καὶ τὴν ἰδίαν μοῖραν. ὕστερον δὲ θηρεύων Ἄδωνις ὑπὸ συὸς πληγεὶς ἀπέθανε.

§. ε. Κέκροπος δὲ ἀποθανόντος, Κραναὸς * αὐτόχθων, ἐφ' οὗ τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος λέγεται κατακλυσμὸν γενέσθαι· οὗτος γήμας ἐκ Λακεδαίμονος Πεδιάδα τὴν Μύνητος ἐγέννησε Κραναὴν, καὶ Κραναίχμην, καὶ Ἀτθίδα· ἧς ἀποθανούσης ἔτι παρθένου, τὴν χώραν Κραναὸς Ἀτθίδα προσηγόρευσε. Κραναὸν δὲ ἐκβαλὼν Ἀμφικτίων ἐβασίλευσε.

§. ς. Τοῦτον ἔνιοι μὲν Δευκαλίωνος, ἔνιοι δὲ αὐτόχθονον λέγουσι. βασιλεύσαντα δὲ αὐτὸν ἐπὶ δώδεκα (ἔτη) Ἐριχθόνιος ἐκβάλλει· τοῦτον οἱ μὲν Ἡφαίστης τῆς Κραναῆς θυγατρὸς Ἀτθίδος εἶναι λέγουσιν· οἱ δὲ, Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς, οὕτως· Ἀθηνᾶ παρεγένετο πρὸς Ἥφαιστον, ὅπλα κατασκευάσαι θέλουσα· ὁ δὲ ἐγκαταλελειμμένος ὑπὸ Ἀφροδίτης, εἰς

ἐπιθυμίαν ὤλισθε τῆς Ἀθηνᾶς· καὶ διώκειν αὐτὴν ἤρξατο· ἡ δὲ, ἔφευγεν· ὡς δὲ ἐγγὺς αὐτῆς ἐγένετο πολλῇ ἀνάγκῃ, ἦν δὲ γὰρ χωλὸς, ἐπειρᾶτο συνελθεῖν· ἡ δὲ ὡς σώφρων καὶ παρθένος οὖσα, οὐκ ἠνέσχετο· ὁ δὲ ἀπεσπέρμηνεν εἰς τὸ σκέλος τῆς θεᾶς· ἐκείνη δὲ μυσαχθεῖσα, ἐρίῳ ἀπομάξασα τὸ γόνον εἰς γῆν ἔρριψεν. φευγούσης δὲ αὐτῆς, καὶ τῆς γονῆς εἰς γῆν πεσούσης, Ἐριχθόνιος γίνεται. τοῦτον Ἀθηνᾶ κρύφα τῶν ἄλλων θεῶν ἔτρεφεν, ἀθάνατον θέλουσα ποιῆσαι· καὶ καταθεῖσα αὐτὸν εἰς κίστην, Πανδρόσῳ τῇ Κέκροπος παρακατέθετο, ἀπειποῦσα τὴν κίστην ἀνοίγειν. αἱ ἀδελφαὶ τῆς Πανδρόσου ἀνοίγουσιν ὑπὸ περιεργίας, καὶ θεῶνται τῷ βρέφει παρεσπειραμένον δράκοντα· καὶ ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, ἀπ' αὐτοῦ διεφθάρησαν τοῦ δράκοντος· ὡς δὲ ἔνιοι, δι' ὀργὴν Ἀθηνᾶς, ἐμμανεῖς γενόμεναι, κατὰ τῆς ἀκροπόλεως αὑτὰς ἔρριψαν. ἐν δὲ τῷ τεμένει τραφεὶς Ἐριχθόνιος ὑπ' αὐτῆς Ἀθηνᾶς, ἐκ-

conſtuprandæ deſiderium inceſſit: eámque attrectare aggreditur. Hæc verò fugit: utque proximè eam venit, in ſumma erat neceſſitate, claudicabat enim, Deam inire conabatur. Ea verò, ut pudica erat, & virgo, virum non admittebat. Volcanus demùm tentigine ruptus in virginis femur ſemen effudit. Tum triſtata, ſemen lana deterſum in terram dejecit, ac mox in fugam ſe dedit. Intereà verò ex demiſſo in humum ſemine gignitur Erichthonius. Hunc clàm diis aliis, dum immortalem facere ſtudet, educavit: poſitúmque in ciſta Pandroſo, Cecropis filiam commendavit: interdicítque ne ciſtam retergeret. At Pandroſi ſorores, quòd curioſæ admodum forent, ciſtam aperiunt. advolutúmque ſecùs puerum draconem ſpectant. Nec deſunt qui ab eodem dracone fuiſſe interemptas aſtipulentur. Aliorum verò teſtimonio, Palladis irâ, furore percitæ, de ſumma ſeſe arce præcipites ejecerunt. Intereà verò Erichthonius in templo à Minerva

ipsa enutritus, pulso Amphictyone, Athenarum regno potitus est, ac Minervæ signum in arce constituit: necnon Panathenæorum celebritatem instituit: Pasitheámque Naidem nympham uxorem accepit: ex qua ipsi Pandion natus est.

§. 7. Denique Erichthonio vitâ functo, ac in ptimo Palladis fano sepulto, Pandion regnum adipiscitur: quo regnante, Ceres Dionysiúsque in Atticam venete. Atqui Cererem Eleusine Celeus suscepit. Dionysius verò ab Icario hospitio excipitur, à quo vitis palmitem muneri accepit, ab eóque vini faciendi rationem didicit. Is igitur dei beneficia mortalibus imperiturus, ad pastores se quosdam contulit, qui cùm gustassent vinum, atque animi causâ sese largiùs poculis invitassent: malum sibi medicamentum datum esse arbitrati, Icario necem fustibus intulerunt: verùm postridie, re cognitâ, ipsum sepeliverunt. Erigonæ verò filiæ patrem vestiganti herilis canis, cui Mæræ nomen fuit, Icarium conse&ari solita, ca-

βαλὼν Ἀμφικτύονα, ἐβασίλευσεν Ἀθηνῶν. καὶ τὸ ἐν ἀκροπόλει ξόανον τῆς Ἀθηνᾶς ἱδρύσατο, καὶ τὴν Παναθηναίων τὴν ἑορτὴν συνεστήσατο· καὶ Πασιθέαν Νηΐδα νύμφην ἔγημεν. ἐξ ἧς παῖς Πανδίων ἐγεννήθη.

§. ζ. Ἐριχθονίου δὲ ἀποθανόντος καὶ ταφέντος ἐν τῷ ά, τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς, Πανδίων ἐβασίλευσεν· ἐφ' οὗ Δημήτηρ καὶ Διόνυσος εἰς τὴν Ἀττικὴν ἦλθον. ἀλλὰ Δήμητρα μὲν Κελεὸς εἰς τὴν Ἐλευσῖνα ὑπεδέξατο· Διόνυσον δὲ Ἰκάριος· καὶ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ κλῆμα ἀμπέλου. καὶ τὰ περὶ τὴν οἰνοποιΐαν μανθάνων· καὶ τὰς τοῦ θεοῦ δωρήσασθαι θέλων χάριτας ἀνθρώποις, ἀφικνεῖται πρός τινας ποιμένας, οἳ γευσάμενοι τοῦ ποτοῦ, καὶ χωρὶς ὕδατος ἀφειδῶς δι' ἡδονὴν ἑλκύσαντες, πεφαρμάχθαι νομίζοντες, ἀπέκτειναν αὐτόν. μεθ' ἡμέραν δὲ νοήσαντες ἔθαψαν αὐτόν. Ἠριγόνῃ δὲ τῇ θυγατρὶ τὸν πατέρα μαστευούσῃ, κύων συνήθης, ὄνομα Μαῖρα, ἣ τῷ

Ἰκαρίῳ συνείπετο, τὸν νεκρὸν ἐμήνυσε. κἀκείνη κατοδυρομένη τὸν πατέρα, ἑαυτὴν ἀνήρτησε. Πανδίων δὲ γήμας Ζευξίππην τῆς μητρὸς τὴν ἀδελφὴν, θυγατέρας μὲν ἐτέκνωσε Πρόκνην καὶ Φιλομήλαν· παῖδας δὲ διδύμους Ἐρεχθέα καὶ Βούτην. πολέμου δὲ ἐξαναστάντος πρὸς Λάβδακον περὶ γῆς ὅρων, ἐπεκαλέσατο βοηθὸν ἐκ Θρᾴκης Τηρέα τὸν Ἄρεος· καὶ τὸν πόλεμον σὺν αὐτῷ κατορθώσας, ἔδωκε Τηρεῖ πρὸς γάμον τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Πρόκνην· ὁ δὲ ἐκ ταύτης γεννήσας παῖδα Ἴτυν, καὶ Φιλομήλης ἐρασθεὶς, ἔφθειρε καὶ ταύτην, εἰπὼν τεθνάναι Πρόκνην, κρύπτων ἐπὶ τῶν χωρίων. αὖθις δὲ γήμας Φιλομήλαν, συνηυνάζετο, καὶ τὴν γλῶσσαν ἐξέτεμεν αὐτῆς. ἡ δὲ ὑφήνασα ἐν πέπλῳ γράμματα, καὶ διὰ τούτων ἐμήνυσε Πρόκνῃ τὰς ἰδίας συμφοράς. ἡ δὲ ἀναζητήσασα τὴν ἀδελφὴν, κτείνει τὸν παῖδα Ἴτυν, καὶ καθεψήσασα, Τηρεῖ δεῖπνον ἀγνοοῦντι παρατίθησι· καὶ μετὰ τῆς ἀδελφῆς διὰ ταχέος ἔφυγεν. Τηρεὺς δὲ αἰσθόμενος, ἁρπάσας πέλεκυν ἐδίωκεν. αἱ δὲ, ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος

daver vbinam deliteſceret, indicavit. Tum filia patrem deflens, ſeipſam ex arbore ſuſpendio necavit. Pandion intereà, ductâ uxore Zeuxippe matris ſuæ ſorore, filias Procnen ac Philomelam, & geminos Erechtheum Buténque, ſuſcepit. Dein, conflato in Labdacum bello, de terræ finibus, in belli ſocietatem Tereum Martis filium ex Thracia convocavit: eóque bello per ejus auxilia præclariſſimè geſto, Procnen filiam ſuam Tereo nuptui collocavit. Hic, ſuſcepto ex ea Itye filio, Philomelam ductam comprimit: inde huic linguam diſſecuit; ea verò per litteras in peplo contextas, ſuas ipſius Procnæ ſorori miſerias ſignificavit. Hæc poſt quæſitam germanam, Ityn puerum trucidatum, elixatúmque Tereo inſcio epulandum appoſuit, ac repente cum ſorore profugit. Tereus, cognito facinore, abreptâ ſecuri, fugientes inſequitur. Hæ verò, cùm jam Dauliam Phocidis urbem

perveniſſent, circumſeptæ, deos rogant in avem mutari. Tum Procne fit luſcinia, Philomela verò in hirundinem transformatur. Ad hæc Tereus in upupam commutatur.

γινόμεναι περικατάληπτοι, θεοῖς εὔχονται ἀπορνεωθῆναι· καὶ Πρόκνη μὲν γίνεται ἀηδών· Φιλομήλα δὲ χελιδών. ἀπορνεοῦται δὲ καὶ Τηρεὺς, καὶ γίνεται ἔποψ.

CAP. XIV.

INde Pandion, ubi fato conceſſit, filij diviſere inter ſe patrias facultates, & Erectheus regnum cepit. Sacerdotio autem Minervæ Neptuniſque Butes Ericthonij filius honeſtatur. At Erechtheus Praxitheam Phraſimi, & Diogeneæ Cephiſo natæ filiam uxorem duxit, ex qua filios habuit mares, Cecropem, Pandorum, & Metionem: fœminas verò Procrin, Creuſam, Chthoniam Orithyiam, quam poſteà Boreas rapuiſſe dicitur. Chthoniam Butes in conjugio habuit. Atque Xuthus Creuſam duxit, & Procrin Cephalus Deionei filius. Hæc, ſumptâ coronâ aureâ, Pteleonti ſubigitur: & à Cephalo deprehenſa, ad Minoen confugit. Hic ejus etiam amore correptus eſt, ejuſque concubitum impetrat. At, ſi mulier hæc cum

ΚΕΦ. ιδ.

ΠΑνδίων δὲ ἀποθανόντος, οἱ παῖδες τὰ πατρῷα ἐμερίσαντο· καὶ τὴν μὲν βασιλείαν Ερεχθεὺς λαμβάνει· τὴν δὲ ἱερωσύνην τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος ὁ τοῦ Εριχθονίου Βούτης. γήμας δὲ Ερεχθεὺς Πραξιθέαν τὴν Φρασίμου, καὶ Διογενείας τῆς Κηφισσοῦ, ἔσχε παῖδας Κέκροπα, Πάνδωρον, Μητίονα· θυγατέρας δὲ Πρόκριν, Κρέουσαν, Χθονίαν, Ὠρείθυιαν, ἣν ἥρπασε Βορέας· Χθονίαν μὲν οὖν ἔγημε Βούτης· Κρέουσαν δὲ Ξοῦθος· Πρόκριν δὲ Κέφαλος ὁ Δηϊονέως. ἡ δὲ, λαβοῦσα χρυσοῦν στέφανον, Πτελέοντι συνευνάζεται· καὶ φωραθεῖσα ὑπὸ Κεφάλου, πρὸς Μίνωα φεύγει. ὁ δὲ αὐτῆς ἐρᾷ, καὶ πείθει συνελθεῖν· εἰ δὲ συνέλθοι γυνὴ Μίνωι,

ἀδύνατον ἦν αὐτὴν σωθῆναι. Πασιφάη γὰρ, ἐπειδὴ πολλαῖς Μίνως συνηυνάζετο γυναιξὶν, ἐφαρμάκευσεν αὐτόν· καὶ ὁπότε ἄλλῃ συνηυνάζετο, εἰς τὰ ἄρθρα ἐφίει θηρία· καὶ οὕτως ἀπώλλυντο. ἔχοντος οὖν (Κεφάλου) αὐτοῦ κύνα ταχὺν, ἀκόντιόν (τε) ἰθυβόλον· ἐπὶ τούτοις Πρόκρις ἰδοῦσα τὸν ἄνδρα, τὴν Κιρκαίαν πίει ῥίζαν, πρὸς τὸ μηδὲν βλάψαι, καὶ συνευνάζεται. δείσασα δὲ αὖθις τὴν Μίνωος γυναῖκα, ἧκεν εἰς Ἀθήνας· καὶ διαλλαγεῖσα Κεφάλῳ, μετὰ τούτου παραγίνεται εἰς θήραν· ἦν γὰρ θηρευτική. διώκουσαν γὰρ αὐτὴν ἐν τῇ λόχμῃ ἀγνοήσας, Κέφαλος ἀκοντίζει, καὶ τυχὼν ἀποκτείνει Πρόκριν. καὶ κριθεὶς ἐν Ἀρειωπάγῳ, φυγεῖν ἀΐδιον καταδικάζεται.

Minoe concubuisset, nullâ potuisset ratione servari: nam Pasiphë, quòd cum multis mulieribus Minoen rem habere non ignorabat, eum veneficiis infecit, ut quoties secum alia cubaret, in illius artus viperæ irruerent immanes: eúmque in modum pellices Pasiphaë disperdebat. * Cephalus igitur, pernicissimum habebat canem (cui Lælapi nomen fuit, & quem nulla fera poterat evitare.) Jaculum ad hæc, cujus ictus neminem unquam fefellit. Inter hæc Procris conspicata virum, Circæam sumens radicem, ne quid sibi obesset, concumbit. At verita rursùs Minois conjugem, Athenas proficiscitur: & in Cephali gratiam rediit, & cum eo ad venandum concedit: quippe quæ venandi studio mirificè oblectatur. Hæc occultè virum insecuta, inter fruteta latitabat, ejúsque motu permoveri virgultam maritus sentiens, jaculum inevitabile misit, eóque percussam uxorem Procrin interfecit. Quocircà Cephalus ab Areopagi judicibus exilio sempiterno damnatur.

§. β. Ὠρείθυιαν δὲ τ-

§. 2. Intereà verò Orithyiam

Ilissum amnem trajicientem Boreas rapuit, & cum ea concubuit. Hæc illi filias Cleopatram, & Chionen: mares autem, Zeten & Calain aligeros peperit: qui cum Jasone in Colchos navigantes, & Harpyias insectantes moriuntur: sive, ut Acusilaus ait, circa Tenum insulam ab Hercule interempti fuerunt.

περῶσαν ἐπὶ Ιλισσοῦ ποταμοῦ, ἁρπάσας Βορέας συνῆλθε. ἡ δὲ γεννᾷ θυγατέρας μὲν Κεοπάτραν, [καὶ] Χιόνην· υἱοὺς δὲ Ζήτην καὶ Κάλαϊν πτεροτούς. οἱ πλέοντες σὺν Ἰάσονι καὶ τὰς ἁρπυίας διώκοντες, ἀπέθανον· ὡς δὲ Ἀκουσίλαος λέγει, περὶ Τῆνον ὑφ᾽ Ἡρακλέους ἀπώλοντο.

§. 3. Cleopatram Phineus conjugem cepit: cui ex ea filij gignuntur Plexippus & Pandion: his auctus filiis, ex Cleopatra Idæam, deinde Dardani filiam sibi matrimonio sociavit. Ea verò privignos, quòd ipsam in stuprum illicere voluissent, falsò apud apud patrem insimulat. Huic ille credulus, ambos oculis privat. Intereà Argonautæ cum Boreæ filiis illuc appulsi, in Phineum animadvertunt.

§ γ. Κλεοπάτραν δὲ ἔγημε Φινεύς· ᾧ γίνονται παῖδες ἐξ αὐτῆς Πλήξιππος καὶ Πανδίων· ἔχων δὲ τούτους ἐκ Κλεοπάτρας παῖδας, Ἰδαίαν ἐγάμησεν τὴν Δαρδάνου. κἀκείνη τῶν προγόνων πρὸς Φινέα φθορὰν καταψεύδεται. καὶ πιστεύσας Φινεὺς, ἀμφοτέρους τυφλοῖ. παραπλέοντες δὲ οἱ Ἀργοναῦται σὺν Βορεάδαις κολάζονται αὐτόν.

§. 4. Chione autem Neptuno admiscetur: quæ cùm clam patre Eumolpum peperisset, ne detegeretur: in mare dejecit infantulum, hunc statim Neptunus exceptum, in Æthiopiam transfert, & Benthesicymæ filiæ suæ alendum

§. δ. Χιόνη δὲ Ποσειδῶνι μίγνυται. ἡ δὲ κρύφα τοῦ πατρὸς Εὔμολπον τεκοῦσα, ἵνα μὴ γένηται καταφανὴς, εἰς τὸν βυθὸν ῥίπτει τὸ παιδίον· Ποσειδῶν δὲ ἀνελόμενος, εἰς Αἰθιοπίαν κομίζει· καὶ δίδωσι Βενθεσι-

κώμη τρέφειν αὐτῷ θυγατρὶ καὶ Ἀμφιτρίτῃ. ὡς δὲ ἐτελειώθη, * ἔνδον ὁ Βενθεσικύμης αὐτῆς, τὴν ἑτέραν αὐτοῦ τῶν θυγατέρων δίδωσιν. ὁ δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν τῆς γαμηθείσης ἐπιχειρήσας βιάζεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο φυγαδευθεὶς μετὰ Ἰσμάρου τοῦ παιδὸς, πρὸς Τεγύριον ἧκε, Θρᾳκῶν βασιλέα· ὃς αὐτοῦ τῷ παιδὶ τὴν θυγατέρα συνῴκησε. ἐπιβουλεύων δὲ ὕστερον Τεγυρίῳ καταφανὴς γίνεται· καὶ πρὸς Ἐλευσινίους φεύγει καὶ φιλίαν ποιεῖται πρὸς αὐτούς. αὖθις δὲ Ἰσμάρου τελευτήσαντος, μεταπεμφθεὶς ὑπὸ Τεγυρίου παραγίνεται, καὶ τὴν πρὸς τοῦτον μάχην διαλυσάμενος, τὴν βασιλείαν παρέλαβε. καὶ πολέμου ἐνστάντος πρὸς Ἀθηναίους καὶ Ἐλευσινίους, ἐπικληθεὶς ὑπὸ Ἐλευσινίων, μετὰ πολλῆς συνεμάχει Θρᾳκῶν δυνάμεως. Ἐρεχθεῖ δὲ ὑπὲρ Ἀθηναίων νίκης χρωμένῳ, ἔχρησεν ὁ θεὸς κατορθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ. καὶ σφάξαντος αὐτοῦ τὴν νεωτάτην, καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν. ἐπεποίηντο γὰρ, ὡς ἔφασάν τινες, συνωμοσίαν

commendat, & Amphitritæ. Qui, cùm ætatis integræ fuit, intus Bentheſicymes conjux, huic alteram filiarum uxorem dedit. Hic autem uxoris quoque ſuæ ſorori vim inferre aggreditur. Quamobrem exilio multatus, cum Iſmaro filio ad Tegyrium Thraciæ regem confugit: qui filiam ipſius filio conjugavit. Deinde verò inſidias Tegyrio quoque comparaſſe detectus, ad Eleuſinios aufugit, eorúmque amicitiam ſibi conciliavit. Rurſus autem, Iſmaro filio defuncto, à Tegyrio revocatus in Thraciam redit, ac ſolutâ inter eos diſcordiâ, regnum accepit. Mox conflato inter Athenienſes & Eleuſinios bello, adſcitus ab Eleuſiniis, magno cum Thracum exercitu opem laturus advenit. At Erechtheo de Athenienſium victoria ſciſcitanti, deus rem bellicam præclarè geſturum cecinit, ſi filiarum unam jugulaſſet. Qui cùm natu minimam immolaſſet, & reliquæ tum omnes ſeſe jugularunt. Siquidem, ut quidam teſtati ſunt, de ſe viciſſim occidendis conſpirarant.

con ſpirarant. Commiſsâ verò poſt immolationem pugnâ, Erechtheus Eumolpum obtruncavit.

§. 5. Inde verò ubi Neptunus cum ipſius domo Erechtheum diſſolvit, Cecrops Erechthei filiorum maximus regnum adminiſtravit, & is, ductâ in conjugium Metiaduſa Eupalami filiâ, Pandionem filium ſuſtulit. Hic unà cum Cecrope patre regnans, à Metionis liberis per ſeditionem ejectus fuit. Hinc Megara ad Pylam profectus, ejus filiam Peliam jamdudum nubilem, uxorem cepit: à qua deinde urbis regno præficitur. Nam, cùm Pylas Biantem patruum occidiſſet, Pandioni genero regnum tradit: ipſe verò traducto in Peloponneſum populo, Pylum urbem condit. Intereà Pandioni Megaris regnanti, nati ſunt filij Ægeus, Pallas, Niſus, & Lycus. Nonnulli autem Ægeum Scyrij filium eſſe aiunt; ſed ſibi Pandionem ſuppoſititium fuiſſe.

§. 6. Demùm poſt Pandionis obitum, ejus filij, perducto

ἀλλήλαις συναπολέσθαι. γενομένης δὲ μετὰ σφαγὴν τῆς μάχης, Ερεχθεὺς μὲν ἀνεῖλεν Εὔμολπον.

§. ε. Ποσειδῶνος δὲ καὶ τὸν Ερεχθέα, καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλύσαντος, Κέκροψ ὁ πρεσβύτατος τῶν Ερεχθέως παίδων, ἐβασίλευσεν· ὃς γήμας Μητιάδουσαν τὴν Ευπαλάμου παῖδα ἐτέκνωσε Πανδίονα. οὗτος μετὰ Κέκροπος βασιλεύων, ὑπὸ τῶν Μητίονος υἱῶν κατὰ στάσιν ἐξεβλήθη. καὶ παραγενόμενος εἰς Μέγαρα πρὸς Πύλαν, τὴν ἐκείνου θυγατέρα Πελίαν γαμεῖ. αὖθις καὶ τῆς πόλεως βασιλεὺς ὑπ' αὐτῆς καθίσταται. κτείνας γὰρ Πύλας τὸν τοῦ πατρὸς ἀδελφὸν Βίαντα, τὴν βασιλείαν δίδωσι Πανδίονι. αὐτὸς δὲ εἰς Πελοπόννησον σὺν λαῷ παραγενόμενος, κτίζει πόλιν Πύλον. Πανδίονι δὲ ἐν Μεγάροις ὄντι, παῖδες ἐγένοντο, Αἰγεὺς, Πάλλας, Νῖσος, Λύκος. ἔνιοι δὲ Αἰγέα Σκυρίου εἶναι λέγουσιν· ὑποβληθῆναι δὲ ὑπὸ Πανδίονος.

§. ς. Μετὰ δὲ τὴν Πανδίονος τελευτὴν, οἱ παῖδες

αὐτοῦ στρατεύσαντες ἐπ᾽ Ἀθήνας, ἐξέβαλον τοὺς Μητιονίδας, καὶ τὴν ἀρχὴν τετραχῆ διεῖλον· εἶχε δὲ τὸ πᾶν κράτος Αἰγεύς. γαμεῖ δὲ πρῶτον μὲν Μήταν τὴν Ὀπλῆτος· δευτέραν δὲ Χαλκιόπην τὴν Ῥηξήνορος. ὡς δὲ οὐκ ἐγένετο παῖς αὐτῷ, δεδοικὼς τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς Πυθίαν ἦλθε, καὶ περὶ παίδων γονῆς ἐμαντεύετο. ὁ δ᾽ ὁ θεὸς ἔχρησεν αὐτῷ·

Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα, φέρτατε λαῶν,
Μὴ λύσῃς πρὶν ἐς ἄκρον Ἀθηναίων ἀφίκηαι.

§. ζ. Ἀπορῶν [δὲ] τὸν χρησμὸν, ἀνῄει πάλιν εἰς Ἀθήνας· καὶ Τροιζῆνα διοδεύων, ἐπιξενοῦται Πιτθεῖ τῷ Πέλοπος· ὃς τὸν χρησμὸν συνεὶς, μεθύσας αὐτὸν τῇ θυγατρὶ συγκατέκλινεν Αἴθρᾳ. τῇ δὲ αὐτῇ νυκτὶ καὶ Ποσειδῶν ἐπλησίασεν αὐτῇ. Αἰγεὺς δὲ ἐντειλάμενος Αἴθρᾳ, ἐὰν ἄρρενα γεννήσῃ, τρέφειν, καὶ τίνος ἐστὶ μὴ λέγειν· ἀπέλιπε δὲ ὑπό τινι πέτρᾳ μάχαιραν, καὶ πέδιλα, εἰπὼν, ὅταν

in Athenas exercitu, Metionidas ejecerunt, ac regnum in partes quatuor distribuerunt: sed penes Ægeum summa imperij fuit. Hic primam uxorem Metam Opletis filiam, alteram verò Chalciopen Rhexenore natam duxit. At, ubi nullâ se prole augeri videt, fratrum metu ad Pythiam adit, déque filiorum progenie responsum dari sibi postulavit, cui deus ita vaticinatus est,

Macte novâ virtute, pedem, qui prominet utri,
Ne priùs exolvas, quàm scandas Palladis arcem.

§. 7. At ipse ambigens quid hoc sibi vellet oraculum, Athenas iterùm accedit, ac per Trœzenem iter faciens, à Pittheo Pelopis filio hospitio recipitur. Qui, quoniam oraculum intellexerat, Ægeo vino madenti filiam Æthram comprimendam summisit. Huic nocte eadem se Neptunus conjunxit. Ægeus intereà Æthræ præcepit, ut, si ex ea masculus nasceretur, educaret: néve, cujus ille filius esset, indicaret: ensem & calceos sub saxo abditos reliquit: hæc

locutus, cùm per ætatem puer ſaxum ſubvolvere queat, ea tolleret, eúmque clam cum hiſce omnibus ad ſe rebus emitteret. Ipſe interim Athenas contendit: necnon Panathenæorum certamen aggreditur celebrare, in quibus Minois filius Androgeus omnibus victoriâ præſtitit. Hunc Jupiter in Marathonium taurum miſit, à quo fuit interfectus. Non deſunt qui illum Athenas ad Laij certamen euntem, ab athletis ob invidiam dolo necatum fuiſſe prodant. Minos, auditâ filij morte, quo tempore in Paro Gratiis ſacra faciebat, ſublatam è capite coronam abjecit, ac tibiâ abſtinuit, & ſacrificium nihilo tamen ſeciùs abſolvit: Hinc & in hodiernam uſque tempeſtatem ſine tibiis & coronis in Paro Gratiis immolant.

§. 8. Nec longo póſt tempore in mari præpotens comparatâ claſſe Athenas oppugnavit. Megara item, Niſo Pandionis filio regnante, ſubvertit. Ad hæc Megareum Hippomenis filium, qui ex Oncheſto Niſo opitulaturus

ὁ παῖς δύνηται τὴν πέτραν ἀποκυλίσας ἀνελέσθαι ταῦτα, τότε μετ' αὐτῶν αὐτὸν ἀποπέμπειν. αὐτὸς δὲ ἧκεν εἰς Ἀθήνας. καὶ τὸν τῶν Παναθηναίων ἀγῶνα ἐπιτέλει. ἐν ᾧ ὁ Μίνωος παῖς Ἀνδρόγεως, ἐνίκησε πάντας. τοῦτον ὁ Ζεὺς ἐπὶ τὸν Μαραθώνιον ἔπεμψε ταῦρον· ὑφ' οὗ διεφθάρη. ἔνιοι δὲ αὐτὸν λέγουσι πορευόμενον εἰς Ἀθήνας ἐπὶ τὸν Λαΐου ἀγῶνα πρὸς τῶν ἀγωνιστῶν ἐνεδρευθέντα διὰ φθόνον ἀπολέσθαι. Μίνως δὲ ἐπελθόντος αὐτοῦ θανάτου θύων ἐν Πάρῳ ταῖς Χάρισι, τὸν μὲν στέφανον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἔῤῥιψε, καὶ τὸν αὐλὸν κατέσχε, καὶ τὴν θυσίαν οὐδὲν ἧττον ἐπετέλεσεν. ὅθεν ἔτι καὶ δεῦρο χωρὶς αὐλῶν καὶ στεφάνων ἐν Πάρῳ θύουσι ταῖς Χάρισι.

§. η. Μετ' οὐ πολὺ δὲ θαλασσοκρατῶν, ἐπολέμησε στόλῳ τὰς Ἀθήνας, καὶ Μέγαρα εἷλε, Νίσου βασιλεύοντος τοῦ Πανδίονος· καὶ Μεγαρέα τὸν Ἱππομένους ἐξ Ὀγχηστοῦ Νίσῳ βοηθὸν ἐλθόντα ἀ-

πέπλευσε. ἀπέθανε δὲ καὶ Νῖσος διὰ θυγατρὸς προδοσίαν. ἔχοντι γὰρ αὐτῷ πορφυρέαν ἐν μέσῃ τῇ κεφαλῇ τρίχα, ταύτης ἀφαιρεθείσης τελευτᾷ, ἡ δὲ θυγάτηρ αὐτοῦ Σκύλλα ἐρασθεῖσα Μίνωος ἐξεῖλε τὴν τρίχα. μόνος δὲ Μεγάρων κρατήσας, καὶ τὴν κόρην τῆς πρύμνης τῶν ποδῶν ἐκδήσας, ὑποβρύχιον ἐποίησε. χρονιζομένου δὲ τοῦ πολέμου μὴ δυνάμενος ἑλεῖν Ἀθήνας, εὔχεται Διῒ παρ' Ἀθηναίων λαβεῖν δίκας. γινομένου δὲ τῇ πόλει λοιμοῦ τε καὶ λιμοῦ, τὸ μὲν πρῶτον κατὰ λόγιον Ἀθηναῖοι παλαιὸν τὰς Ὑακίνθου κόρας, Ἀνθηίδα, Αἰγληίδα, * Ἠνθηνίδα, Λυτοίαν, ἐπὶ τὸν Γεραίστου τοῦ Κύκλωπος τάφον κατέσφαξαν. τούτων δὲ ὁ πατὴρ, Ὑάκινθος ἐλθὼν ἐκ Λακεδαίμονος Ἀθήνας κατῴκει, ὡς δὲ οὐδὲν ὄφελος ἦν τούτου, ἐχρῶντο περὶ ἀπαλλαγῆς. ὁ δὲ θεὸς ἀπεῖπεν αὐτοῖς Μίνωϊ διδόναι δίκας ἃς ἂν αὐτὸς αἱρῆται. πέμψαντες οὖν πρὸς Μίνωα,

advenerat, interemit: & is demùm per filiæ proditionem occubuit. Nam cùm Scylla filia Minois amore flagraret, patri purpureum crinem, quo invictus esse ferebatur, è medio capitis vertice præcidit, eóque facto statim ille interiit. Minos itaque Megaris potitus, virginem vinctam pedibus, è puppe in mare dejectam summersit: Enimverò, cùm id bellum diuturnius fore videretur, quando Athenas capere minimè posset, Jovem, ut Athenienses commissi criminis pœnas luerent, obsecrat. Hinc cùm pestis ac fames simul urbem invasissent, primùm quidem ex veteri oraculo, Athenienses Hyacinthi filias Antheidem, Ægleidem,* Enthenidem, & Lytæam ad Geræsti Cyclopis tumulum jugularunt: harum pater HyacinthusLacedæmone Athenas commigrarat, cúmque nihil inde sibi emolumenti futurum viderent, oraculum de belli exitu consuluerunt. His numen, quas ipse vellet, Minoi pœnas daturos renunciavit. Igitur Athenienses, missis ad Minoem le-

gatis, permiserunt, ut ab eis, quas pœnas vellet, peteret: tum Minos iis, ut quatuordecim corpora, septem scilicet puerorum, ac totidem & ætate parium puellarum, sine armis Minotauro devoranda mitterent, imperavit. Is taurus labyrintho conclusus coercebatur, unde ingressus quispiam haud facilè exire poterat, quòd multiplici viarum ambage non agnitum exitum excludebat. Hunc Dedalus filius Eupalami, qui Metionis & Alcippæ filius fuit, exædificavit. Hic item architectus omnium præstantissimus, & primus, statuarum fuit inventor.

§. 9. Hic etiam Athenis post dejectum ex arce Talum Perdicis sororis filium, ejus discipulum, aufugit: quem, veritus ne ipsum ingenij præcellentiâ superaret, occidit. Etenim serpentis malam nactus, lignum tenue secuit. Deinde ubi puerum necasse compertum fuit, reus in Areogago peractus ad Minoen confugit. Atque inibi Pasiphaë cùm Neptuni taurum arderet, lignea vacca affabre compacta corri-

ἐπέτρεπον αἰτεῖν δίκας. Μίνως δὲ ἐκέλευσε αὐτοῖς ι. δʹ, κούρους ἑπτὰ, καὶ κόρας τὰς ἴσας, χωρὶς ὅπλων πέμπειν τῷ Μινωταύρῳ βοράν. ἦν δὲ οὗτος ἐν Λαβυρίνθῳ καθειργμένος. ἐν ᾧ τὸν εἰσελθόντα, ἀδύνατον ἦν ἐξιέναι· πολυπλόκοις γὰρ καμπαῖς τὴν ἀγνοουμένην ἔξοδον ἀπέκλειε. κατεσκευάσει δὲ αὐτὸν Δαίδαλος, ὁ Εὐπαλάμου, παιδὸς τοῦ Μητίονος καὶ Ἀλκίππης. οὗτος ἦν ἀρχιτέκτων ἄριστος, καὶ πρῶτος ἀγαλμάτων εὑρετής.

§. θ. Οὗτος ἐξ Ἀθηνῶν ἔφυγεν, ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως βαλὼν τὸν τῆς ἀδελφῆς Πέρδικος υἱὸν Τάλῳ μαθητὴν ὄντα. δείσας μὴ διὰ τὴν εὐφυΐαν αὐτὸν ὑπερβάλλῃ. σιαγόνα γὰρ ὄφεως εὑρὼν, ξύλον λεπτὸν ἔπρισε. φωραθέντος δὲ τοῦ νεκροῦ κριθεὶς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, καταδικασθεὶς, πρὸς Μίνωα ἔφυγε. κἀκεῖ Πασιφάης ἐρασθείσης τοῦ Ποσειδῶνος ταύρου, συνήργησε τεχνησά-

μένος ξυλίνην βοῦν· καὶ τὸν Λαβύρινθον κατεσκεύασεν, εἰς ὃν κατ᾽ ἔτος Ἀθηναῖοι κούρους ἑπτὰ, καὶ κόρας τὰς ἴσας, τῷ Μινωταύρῳ βορὰν ἔπεμπον.

ΚΕΦ. ιε.

Θησεὺς δὲ γεννηθεὶς ἐξ Αἴθρας Αἰγεῖ παῖς, ὡς ἐγεννήθη τέλειος, ἀπωσάμενος τὴν πέτραν, τὰ πέδιλα καὶ τὴν μάχαιραν ἀναιρεῖται. καὶ πεζὸς ἠπείγετο εἰς τὰς Ἀθήνας· φρουρουμένης δὲ ὑπὸ ἀνδρῶν κακούργων τῆς ὁδοῦ, ἡμέρωσε. πρῶτον μὲν γὰρ Περιφήτην τὸν Ἡφαίστου καὶ Ἀντικλείας, ὃς ἀπὸ τῆς κορύνης ἣν ἐφόρει, Κορυνήτης ἐπεκαλεῖτο, ἔκτεινε ἐν Ἐπιδαύρῳ· πόδας δὲ ἀσθενεῖς ἔχων οὗτος, ἐφόρει κορύνην σιδηρᾶν, δι᾽ ἧς τοὺς παριόντας ἔκτεινε· ταύτην ἀφελόμενος Θησεὺς ἐφόρει.

§. β. Δεύτερον δὲ κτείνει Σίνιν τὸν Πολυπήμονος καὶ Συλέας τῆς Κορίνθου. οὗτος Πιτυοκάμπτης ἐκαλεῖτο. οἰκῶν γὰρ τὸν Κορινθίων Ἰσθμὸν, ἠνάγ-

puit, ac Labyrinthum construxit, ad quem quotannis Athenienses virgines septem, ac totidem pueros ætate pares Minotauro vorandos mittebant.

CAP. XV.

Donec Theseus ex Æthra Ægeóque natus, jam grandis factus, petrâ summotâ, calceos atque ensem aufert: & pedestri itinere Athenas adiens, obsessam jam viam à maleficis viris undecumque pacavit. Primùm quidem Periphetem Volcani & Anticliæ filium, qui, quòd clavam gestaret, Coryneta dicebatur, ad Epidaurum occidit: qui cùm imbecillis pedibus esset, ferreâ clavâ munitus, viatores interficiebat: quam ex illo præreptam Theseus ipse ferre consuevit.

§. 2. Hic Sinin, posteà Polypemonis filium, & Syleæ Corinthi filiæ, occidit. Huic Pityocamptes, à curvandis pinis nomen fuit. Nam cùm Corinthiorum Isthmum in-

ſediſſet, viatores ad pinos flectendas invitos compellebat: qui quòd eas virium imbecillitate flectere nequirent, arborum in ſe redeuntium impetu ſublati penitùs interibant. Hunc in modum Theſeus Sinin cruciatum è medio ſuſtulit.

καὶ ζεῦξαι τοὺς παριόντας πίτυς κάμπτοντας ἀνέχεσθαι· οἱ δὲ, διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐκ ἠδύναντο κάμπτειν. καὶ ὑπὸ τῶν δένδρων ἀναῤῥιπτούμενοι, πανωλέθρως ἀπώλλυντο. τούτῳ τῷ τρόπῳ Θησεὺς Σίνιν ἀπέκτεινεν.

Multa deſunt.

Λείπει πολλά.

ΚΟΝΩΝΟΣ

ΔΙΗΓΗΣΕΙΣ Ν΄.

CONONIS NARRATIONES QUINQUAGINTA.



CONONIS NARRATIONES quinquaginta.

NARRATIO I.

captus amore, per vim constupravit invitam Philomelam, Procnes sororem, linguam quoque ejus exsecuit, veritus nimirùm ne factum proderet. At illa peplum texens, dolorem ei suum filis inscripsit. Procne, re cognitâ, & facinus ulcisci cupiens, filium marito suum epulandum in cœna apposuit. Tum Tereus, ubi vel ex ipsa Procne execrandum convivium didicit, & hanc, & sororem veluti facti consciam gladio percussurus insequitur. Illis verò per fabulam, inde sublatis, Procne quidem in lusciniam, Philomela verò in hirundinem vertitur, canúntque perpetuò suas illas calamitates. Sed & Tereus in upupam avem, ut fabulæ referunt, mutatus: aiúntque hos, ne aves quidem factos, iram deposuisse, quando upupæ perpetuò hirundines atque luscinias insectantur.

καὶ ἐμίγη ἀκούσῃ Φιλομήλᾳ τῇ ἀδελφῇ Πρόκνης· καὶ τέμνοι τὴν αὐτῆς γλῶσσαν, δεδιὼς τὸν ἐκλόγων θείαμβον. ἡ δὲ πέπλον ὑφαίνουσα, γράφει τὰ πάθη τοῖς νήμασι. καὶ ἡ Πρόκνη μαθοῦσα καὶ ἀμυνομένη, παρατίθησιν αὐτῷ δεῖπνον τὰ αὐτοῦ γεννήματα. ὁ δὲ Τηρεὺς, μαθὼν τοῦ δείπνου τὸ μύσος ὑπ᾽ αὐτῆς Πρόκνης, ἐδίωκεν αὐτήν τε καὶ τὴν ἀδελφὴν ὡς συνεργὸν ξίφει ἀνελεῖν. τὰς δὲ (ὡς μῦθος) λαβὼν ἐντεῦθεν, Πρόκνην μὲν ἀηδόνα ποιεῖ, Φιλομήλαν δὲ χελιδόνα· καὶ ᾄδουσι διὰ παντὸς τὰς τότε συμφοράς. ἀλλὰ καὶ ὁ Τηρεὺς εἰς ἔποπα ἔπλη τῷ μύθῳ· καὶ οὐδ᾽ ἐν ὄρνισιν αὐτούς φασι πεπαῦσθαι τῆς ὀργῆς, ἀλλ᾽ ἔποπες ἀεὶ χελιδόνας καὶ ἀηδόνας διώκουσιν.

NARRATIO XXXII.

De Europa Phœnicis filia è conspectu sublata, utque filios pater ad sororem investigandam dimiserit. In

ΔΙΗΓΗΣΙΣ λϐ.

Τὰ περὶ Εὐρώπης τῆς Φοίνικος θυγατρὸς ἀφανοῦς γεγενημένης. καὶ ὡς πέμψειε τοὺς υἱεῖς ὁ πατὴρ κατὰ ζήτησιν τῆς ἀδελφῆς· ὧν ἦν

καὶ Κάδμος· μεθ' οὗ συναπαίρει καὶ Πρωτεὺς ἐξ Αἰγύπτου, τὴν Βουσίριδος δεδιὼς βασιλείαν. καὶ ὡς κατὰ πολλὴν πλάνην, μηδὲν εὑρόντες, κατέσχον εἰς Παλλήνην· καὶ ὡς Πρωτεὺς ξένια δοὺς Κλείτῳ, καὶ λαβὼν φιλίαν (βασιλεὺς δ' ἦν ὁ Κλεῖτος σώφρων καὶ δίκαιος Σιθώνων Θρακίου ἔθνους) ἄγεται Πρωτεὺς γυναῖκα, τὴν θυγατέρα Χρυσονόην. καὶ Βισαλτῶν ἀπελαθέντων τῆς οἰκείας γῆς τῷ πρὸς αὐτοὺς πολέμῳ, ὃν ἐπολέμησε Κλεῖτος καὶ Πρωτεύς. βασιλεύει τῆς χώρας Πρωτεύς, καὶ τίκτει παῖδας οὐχ ὁμοίους αὐτῷ, ἀλλ' ὠμοὺς καὶ παρανόμους· οὓς Ἡρακλῆς, μισοπόνηρος ὤν, ἀναιρεῖ. καὶ αὐτοῖς ὁ πατὴρ χῶμα ἔχωσεν· Ἡρακλέα δὲ (ἦν γὰρ ἐναγὴς) καθῆρε τοῦ φόνου.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ λγ.

ΩΣ Δήμοκλος ὁ Δελφὸς γεννᾷ παῖδα ἐκπρεπῆ, Σμικρὸς ὄνομα· καὶ ὡς πλεῖ κατὰ χρησμὸν ἐπὶ Μιλήτου, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ

his etiam Cadmus fuit, qui cum unà & Proteus, Busiridis tyrannidem veritus, ex Ægypto trajicit. Addit quomodo post varios errores nihil invenientes, in Pallenam venerint, utque Proteus, hospitalibus muneribus Clito oblatis, amicitiâque initâ (erat Clitus hic rex prudens & justus Sithónum Thraciæ populorum) filiam ejus Chrysonoën uxorem duxerit. Bisaltis deinde patriâ suâ eo bello pulsis, quod ipsis à Clito & Proteo illatum est, regioni illi Proteus imperavit, genuítque patris longè dissimiles liberos, crudeles admodum atque injustos, qui pòst ab Hercule, quòd improbos valdè odisset, occisi sunt. Et parens ipse tumulum suis effodit, Herculémque cæde pollutum expiavit.

NARRATIO XXXIII.

DEmoclus Delphus filium genuit insigni formâ, cui *Smicro* nomen, navigavítque Miletum, ad consulendum oraculum, ducto secum filio annorum tredecim:

cim: quem, nimis festinato navigandi studio, atque imprudens, ibi reliquit. Inventum itaque tristem Smicrum, caprarius quidam, Eritharsi filius, ad patrem adducit: qui non secus atque suum filium, cognitâ pueri & conditione & stirpe, honestè eum apud se habuit. Narrat & de Cycno cum duobus filiis capto, deque contentione, ac de Leucotheæ spectro. Quomodo hæc pueris dixerit, Milesios ut admonerent, ipsam honorandam, & puerorum certamen gymnicum ipsi exhibendum: lætari enim se se puerorum contentione. Addit etiam, ut Smicrus, clari cujusdam apud Milesios viri filiam uxorem duxerit, quæ pariens secundùm quietem videre visa sit Solem per os ipsam subire, & per ventrem atque verenda egredi. Quod visum bonum esse omen vates interpretati, peperit illa filium, Brancúmque á somnio nominavit, eò quód per fauces ex ipsa Sol egressus esset. Hic mortalium formosissimus puer, ab Apolline est adamatus, cùm oves pascen-

καὶ τὸν παῖδα ἐν ἡλικίᾳ. καὶ ὡς καταλιμπάνεις τοῦτον σπουδῇ, τοῦ ἐκπλεῦσαι καὶ ἀγνοίᾳ, τρισκαιδέκατον ἔχοντα ἔτος. καὶ ὡς παῖς Ερειθάρσου αἰπόλος καταλαμβάνει τὸν Σμικρὸν ἀθυμοῦντα, καὶ ἄγει πρὸς τὸν πατέρα. καὶ ὁ Ερειθάρσης οὐκ ἔλαττον τοῦ ἰδίου παιδὸς, μαθὼν τὰς τύχας καὶ τὸ γένος τοῦ Σμικροῦ, τοῦτον περιεῖπε. καὶ περὶ τοῦ Κύκνου τοῦ συλληφθέντος ἄμφω τοῖς παισὶ, καὶ τῆς ἔριδος, καὶ τοῦ τῆς Λευκοθέας φάσματος. καὶ ὡς εἶ τούτοις τοῖς παισὶ, πρὸς Μιλησίους φάναι τιμᾶν αὐτὴν, καὶ παίδων ἀγῶνα γυμνικὸν τελεῖν αὐτῇ· ἥδεσθαι γὰρ αὐτὴν τῇ ἔριδι τῶν παίδων. καὶ ὡς ὁ Σμικρὸς, τινὸς τῶν ἐν Μιλησίοις ἐνδόξων θυγατέρα γαμεῖ. καὶ αὕτη τίκτουσα, ὁρᾷ ὄψιν αὐτῇ τὸν ἥλιον διὰ τοῦ στόματος εἰσδύοντα, διὰ τῆς γαστρὸς δὲ καὶ τῶν αἰδοίων διεξελθεῖν. καὶ ἦν τὸ ὅραμα τοῖς μάντεσιν ἀγαθὸν, καὶ ἔτεκε κόρον, Βράγχον ἀπὸ τοῦ ὀνείρου καλέσασα· ὅτι ὁ ἥλιος αὐτῆς διὰ τοῦ Βράγχου ἐξῆλθε. καὶ ἦν ὁ παῖς κάλλιστος ἀνθρώπων· καὶ αὐτὸν ἐφίλησεν

ἐρασθεὶς Ἀπόλλων, ἀερὸν ποιμαίνοντα, ἔνθα βωμὸς Ἀπόλλωνος φιλίου ἵδρυται. ὁ δὲ Βράγχος ἐξ Ἀπόλλωνος ἐπίπνους μαντικῆς γεγονὼς, ἐν Διδύμοις τῷ χωρίῳ ἔχρα. καὶ μέχρι τοῦ νῦν χρηστηρίων Ἑλληνικῶν, ὧν ἴσμεν μετὰ Δελφοὺς, κράτιστον ὁμολογεῖται τὸ τῶν Βραγχιδῶν.

tem reperisset. Ubi & ara *Apollinis amantis* consecrata. Branchus veró, Apollinis dono vaticinandi arte donatus, Didymus oracula reddidit, hodiéque, inter omnia quæ novimus, Græca oracula, Branchidarum oraculum post Delphicum maximum, prædicatur.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ λδ.

Ὡς μετὰ τελευτὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Πάριδος, οἱ Πριάμου παῖδες Ἕλενος καὶ Δηΐφοβος ἤριζον ὑπὲρ τῆς Ἑλένης γάμων· καὶ κρατεῖ βίᾳ καὶ θεραπείᾳ τῶν δυνατῶν Δηΐφοβος, νεώτερος ὢν Ἑλένου. Ἕλενος δὲ τὴν ὕβριν οὐ φέρων, εἰς τὴν Ἴδην ἀποχωρήσας, ἡσύχαζε. καὶ κατὰ συμβουλὴν Κάλχαντος, οἱ πολιορκοῦντες Τροίαν Ἕλληνες, λόχῳ τὸν Ἕλενον συλλαμβάνουσι· καὶ τὰ μὲν ἀπειλαῖς, τὰ δὲ δώροις, πλέον δὲ τῇ πρὸς Τρῶας ὀργῇ, ἀποκαλύπτει αὐτοῖς Ἕλενος, ὡς ξυλίνῳ ἵππῳ πεπρωμένον ἐστὶν Ἴλιον ἁλῶναι. καὶ λάβωσι τὸ διοπετὲς Ἀθηνᾶς

NARRATIO XXXIV.

Paride mortuo, Helenus & Deiphobus Priami filij super Helenæ nuptiis contenderunt, vicitque per vim & potentium opem Deiphobus, ætate licet minor. Helenus ergo injuriæ impatiens, in Idam secedens otium egit: ubi Calchantis suasu, qui Trojam obsidebant Græci, ex insidiis eum capiunt: ille partim minis, partim donis, vel potiùs odio Trojæ, Græcis indicavit, ligneo equo Trojam capiendam, fato esse designatum. Immò & hoc denique, cùm Achivi cœpissent cœlo delapsum illud Minervæ Palladium, quod inter τὸ τελευταῖον, ἐπειδὰν Ἀχαιοὶ Παλλάδιον, πολλῶν ὄντων τὸ

multa erat minimum. Igitur missi ad Palladium furto auferendum, Diomedes & Ulysses: evadítque in murum per Ulyssis humeros conscendens Diomedes, neque tamen manus tendentem socium attraxit, sed ad Palladium abiit, eóque ablato, ad Ulyssem revertit. Ita cùm per plana redirent, interroganti singulatim omnia Ulyssi, hominis astutiam non ignorans, respondit, non quód Helenus Palladium indicasset se accepisse: sed pro eo aliud quoddam. Verùm, moto forte fortunâ Palladio, agnovit Ulysses illud ipsum esse. Quare à tergo se statuens Diomedis, interfecturus illum, gladium strinxit, quò ipsemet Achivis Palladium adferret. At dum plagam inflicturus esset, vidit Diomedes, splendente tum fortè Lunâ, ensis vibrati lucem. Ita Ulysses à cæde abstinuit, stringente vicissim gladium Diomede, qui & timiditatem illi exprobrans, & gladij lamina, quod antecedere nollet, humeros verberans, eundem ante se egit.

σμικρότατον. στέλλονται οὖν ἐπὶ τῇ κλοπῇ τοῦ Παλλαδίου Διομήδης καὶ Ὀδυσσεύς. καὶ ἀναβαίνει ἐπὶ τὸ τεῖχος Διομήδης, ἐπιβὰς τῶν ὤμων Ὀδυσσέως. ὁ δὲ οὐκ ἀνελκύσας Ὀδυσσέα, καίτοι τὰς χεῖρας ὀρέγοντα, ᾔει τὴν ἐπὶ τὸ Παλλάδιον. καὶ ἀφελόμενος αὐτὸ, πρὸς Ὀδυσσέα ἔχων ὑπέστρεφε. καὶ διὰ τοῦ πεδίου κατιόντων, πυνθανομένῳ ἕκαστα τῷ Ὀδυσσεῖ, Διομήδης τὸ δόλιον τοῦ ἀνδρὸς εἰδὼς, οὐχ ὅπερ ἔφησεν Ἕλενος Παλλάδιον λαβεῖν αὐτὸν, ἀλλ' ἀντ' ἐκείνου ἕτερον, ἀποκείνεται· κινηθέντος δὲ τοῦ Παλλαδίου, κατά τινα δαίμονα, γνοὺς Ὀδυσσεὺς αὐτὸ ἐκεῖνο εἶναι· καὶ κατόπιν γεγονὼς, σπᾶται τὸ ξίφος, ἐκεῖνον μὲν ἀνελεῖν βουληθείς· αὐτὸς δ' Ἀχαιοῖς τὸ Παλλάδιον κομίζειν· καὶ αὐτοῦ μέλλοντος πληγὴν ἐμβαλεῖν (ἦν γὰρ σελήνη) ὁρᾷ Διομήδης τὴν αὐγὴν τοῦ ξίφους. Ὀδυσσεὺς δ' ἀναιρεῖν μὲν ἀπέσχετο· ἀνασπασαμένου μὲν κἀκείνου ξίφος, δειλίαν δ' ὀνειδίσας, πλατεῖ τῷ ξίφει οὐκ ἐθέλοντα προϊέναι τύ-

πίλων τὰ νῶτα ἤλαυνεν. ἐξ οὗ ἡ παροιμία· ἡ Διομήδειος ἀνάγκη, ἐπὶ παντὸς ἀκουσίου λεγομένη.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ λε.

Δύο ποιμένας ὑπὸ Λισσὸν τὸ ὄρος τῆς Ἐφεσίας γῆς εἰσάγει νέμοντας· οἱ μελισσῶν ἑσμὸν ἔν τινι βάθει καὶ δυσκαθόδῳ θεασάμενοι σπηλαίῳ, ὁ μὲν εἰς φορμίδα κατιέναι ἐνέβη, ὁ δὲ καθίει, κάλῳ ἀρτησάμενος. ὁ κατελθὼν δὲ μέλι καὶ χρυσὸν πολὺν εὑρὼν, καὶ τῇ φορμίδι ἕως τρὶς ἐμβαλὼν, ἀνιμᾶν ἐκέλευσεν· ἐκλείψαντος καὶ τοῦ χρυσοῦ, ἑαυτὸν ἐμβαίνειν λοιπὸν προσβοήσας· ἐπεὶ δ' ἐπιβουλῆς ἔννοια αὐτῷ ἅμα τῷ ῥήματι συνιστήει, λίθον ἀνθ' αὑτοῦ τῇ φορμίδι βαλὼν, ἐκέλευσεν ἀνιμᾶν. ὡς δ' ἐγγὺς τῆς στεφάνης ὁ ἀνιμῶν ἀπῃωρήσατο. αὐτίκα, ὡς διαφθερῶν τὸν ἕτερον, ἀφίησι κατά τινος φάραγγος, καὶ τὸ χρυσίον κατορύξας, πιθανὰς ὑπὲρ τοῦ ἀφανοῦς ποιμένος ἐπλάττετο τοῖς πω-

Unde proverbium natum: *Diomedeia necessitas*, adhiberi solitum in eo, qui aliquid faciat invitus.

NARRATIO XXXV.

DUos inducit pastores ad Lyssum Ephesini agri montem pascentes: qui apum examen in profundo quodam atque ad descendendum perdifficili antro cùm vidissent, alter sportulam ad descendendum ingressus est, alter eam è fune suspensam demittebat. Cùm autem qui descenderat, mellis atque auri ingentem copiam reperisset, impositum sportulæ onus tertiò attrahere sursùm jussit. Auro dein deficiente, seipsum deinceps sportam ingredi acclamavit. At postquam insidiarum ipsi suspicio cum verbo illo in mentem venit, lapidem pro se sportæ imposuit, jussitque attrahere. Alter itaque, ut jam penè ad oram vsque speluncæ onus attraxit, ratus se socium occidere, confestim per præcipitium quoddam sportam præcipitavit, auróque humi defosso, verisimiles de pastore qui desideraba-

tur, causas interrogantibus commentus est. Hinc cùm alter ille in spelunca pastor nullam salutis viam reperiret, Apollo in somnis jussit, ut acuto lapide sibi corpore lacerato, quietus jaceret. Paruit ille monenti, & vultures tanquam ad cadaver advolantes, unguésque alij comæ, alij vestibus insigentes, in sublime hominem sustulerunt, avexéruntque illæsum in subjectam vallem. Inde profectus in curiam, cuncta magistratui exposuit. Quare Ephesij insidiatorem illum convictum, aurúmque defossum vel invitum ostendere coactum [pro meritis] multarunt: injuria veró affecto, auri dimidium attribuentes, alterum dimidium Apollini ac Dianæ obtulerunt. Servatus ergo pastor ille, auróque donatus, ad summas pervenit divitias, & aram in summo montis vertice Apollini, *Vulturij* nomine, in rei gestæ memoriam sempiternam dedicavit.

θανομένοις τὰς προφάσεις. ὡς δ' ἦν ἄπορα πανταχόθεν τῷ ἐν τῷ σπηλαίῳ ποιμένι τὰ τῆς σωτηρίας· Ἀπόλλων ὄναρ κελεύει, ὀξεῖ λίθῳ τὸ σῶμα ἀμύξαντα, κεῖσθαι ἠρέμα· τοῦ δὲ πράξαντος τὸ προσταχθὲν, γῦπες ὡς ἐπὶ νεκρὸν ἐφιπτάμενοι, καὶ τοὺς ὄνυχας οἱ μὲν εἰς τὴν χαίτην, οἱ δ' εἰς τὴν ἐσθῆτα πηξάμενοι ἀνεκούφιζον, καὶ κατέφερον αὐτὸν κακῶν ἀπαθῆ ἐπὶ τὸν ὑποκείμενον αὐλῶνα. ἐλθὼν δ' ἐπὶ τὸ ἀρχεῖον, ἅπαντα φράζει· καὶ τὸν μὲν ἐπιβουλεύσαντα οἱ Ἐφέσιοι ἐλεγχθέντα, καὶ τὸν χρυσὸν κατορωρυγμένον, καὶ ἄκοντα ἐπιδείξαντα, τιμωροῦνται. τῷ δ' ἠδικημένῳ τὴν ἡμίσειαν τοῦ χρυσοῦ νείμαντες, τὴν ἑτέραν ἡμίσειαν ἱερὰν ἀπέφηναν Ἀρτέμιδι καὶ Ἀπόλλωνι· ὁ δὲ διασωθεὶς, καὶ τῷ χρυσίῳ τιμηθεὶς, ποιμὴν τῶν τε πάνυ πλουσίων ἐγένετο· καὶ βωμὸν ἐπ' ἄκρας τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους Ἀπόλλωνος εἵσατο, γυπαίεως εἰς μνημεῖον τῶν συνενεχθέντων ὀνομάσας.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ λϛ.

Ὡς Φιλόνομος ὁ Σπαρτιάτης προδοὺς Λακεδαίμονα Δωριεῦσι, δῶρον ἔχει Ἀμύκλας, καὶ συνοικίζει ταύτην ἐξ Ἴμβρου καὶ Λήμνου. Τρίτῃ δὲ γενεᾷ, στασιάσαντες πρὸς Δωριέας, μετανίστανται Ἀμυκλῶν· συμπαραλαβόντες δέ καί τινας Σπαρτιατῶν, ἡγουμένων αὐτοῖ Πόλιδος καὶ Δελφοῦ, ἔπλεον ἐπὶ τῆς Κρήτης. ἐν τῷ παράπλῳ δὲ τοῦ στόλου, Μῆλον Ἀπόδασμος οἰκίζει. καὶ τὸ τῶν πηλιέων γένος ἐνθάδε οἰκειοῦται Σπαρτιάταις· οἱ δὲ λοιποὶ ἅπαντες Γόρτυναν, μηδενὸς εἴργοντος, λαβόντες, ταύτην ἅμα τοῖς περιοίκοις Κρησὶ συνοικίζουσιν.

NARRATIO XXXVI.

Philonomus Lacedæmonius, Sparta Doriensibus prodita, Amyclas mercedis loco accepit, in eámque ex Imbro atque Lemno incolas coëgit. Qui cùm tertiâ dein ætate seditionem adversùs Dorienses, excitassent, Amyclis pulsi sunt. Adsumptis itaque secum è Spartiatis quibusdam, ducibúsque usi Poline & Delpho, in Cretam adnavigarunt. Sed dum classis præternavigat, Apodasmus Melum habitatoribus instruit, indéque Peliorum genus Spartanos sibi conciliat. Cæteri omnes Gortynam, repugnante nemine, occupantes, unà cum Cretensium accolis eam incoluerunt.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ λζ.

Ὡς ἀπὸ Θάσου τοῦ Κάδμου ἀδελφοῦ, Θάσος ἡ νῆσος ὀνομάσθη. ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς, δοὺς τοῦ στρατοῦ μοῖραν, ἀπολείπει. καὶ ὡς Κάδμος ὑπὸ τοῦ φοινίκων βασιλέως μέγα καὶ αὐτὸς δυνάμενος παρὰ φοίνι-

NARRATIO XXXVII.

A Thaso Cadmi fratre Thasum insulam appellatam refert. Ibi enim illum frater, datâ exercitus parte, reliquit. Cadmus hic à Phœnicum rege, magnæ alioquin & ipse apud Phœnicas auctoritatis, in Euro-

pam missus est. Quippe Phœnices eo tempore viribus plurimùm ac potentiâ, ut ferunt, valebant, magnáque Asiæ parte in potestatem redactâ, regiam sedem Thebis Ægyptiis constituerant. Missùs ergo Cadmus non (ut Græci fabulantur) Europam quæsiturus, quam Phœnicis filiam, tauri mentitus formam Jupiter rapuisset, sed proprium sibi in Europa imperium constituere molitus, raptæ sororis investigationem prætexuit. Atque hinc illa de Europa fabula ad Græcos prodiit. Europam igitur circumnavigans ille, Thasum fratrem, ut diximus, in ea insula reliquit, ipse in Bœotiam tendens, Thebas illas, quæ nunc appellantur, ædificavit, muróque comitum operâ cinctum locum, à patriis ita Thebis appellavit. Bœotis autem pugnâ concurrentibus; victi primùm Phœnices, per insidias mox, ac stratagemata, & inusitatum armorum aspectum, superiores evaserunt: neque galea & scutum fuerant unquam Græcis ad eam diem cognita. Ita Cadmus Bœoto-

ξιν, ἐπὶ τὴν Εὐρώπην σταλείη. οἱ δὲ φοίνικες τότε μέγα τε (ὡς λόγος) ἴσχυον· καὶ πολλὴν τῆς Ἀσίας καταστρεψάμενοι, τὸ βασίλειον ἐν Θήβαις ταῖς Αἰγυπτίαις εἶχον. σταλῆναι δὲ Κάδμον, οὐχ, ὡς Ἕλληνες φασι, κατὰ ζήτησιν Εὐρώπης, ἣν παῖδα Φοίνικος οὖσαν ἥρπασε Ζεὺς ἐν σχήματι ταύρου· ἀλλ' ἀρχὴν μὲν ἰδίαν ἐν Εὐρώπῃ μηχανώμενον πλάττεσθαι ἀδελφῆς ἡρπασμένης ποιεῖσθαι ζήτησιν. ἐξ οὗ καὶ ὁ τῆς Εὐρώπης μῦθος ἥκεν εἰς Ἕλληνας. περιπλέων δὲ τὴν Εὐρώπην, τὸν μὲν ἀδελφὸν Θάσον, ὡς εἴρηται, τῇ νήσῳ λείπει. αὐτὸς δὲ εἰς Βοιωτίαν πλεύσας, ἄνεισι καὶ τὰς νῦν καλουμένας Θήβας· καὶ σὺν τῇ δυνάμει περιτειχίσας τὸ χωρίον, Θήβας ἀπὸ τῆς οἰκείας ἐπωνόμασε πατρίδος. τῶν δὲ Βοιωτῶν εἰς μάχην αὐτοῖς συμπλακέντων· ἡττῶνται φοίνικες· εἶτα κρατοῦσιν, ἐνέδραις καὶ προλοχισμοῖς, καὶ τῇ ἀήθει τῶν ὅπλων ὄψει. κράνος δὲ καὶ ἀσπὶς οὔπω αὐτοῖς ἔγνωσο, καὶ κρατεῖ Κάδμος τῆς

Βοιωτῶν γῆς, καὶ φυγόντων τῶν διασωθέντων ἐπὶ τὰς οἰκείας πόλεις, οἰκίζει Φοίνικας ἐν Θήβαις, καὶ τὴν Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης Ἁρμονίαν γαμεῖ. Βοιωτοῖς δὲ πρὸς τὴν ἔκπληξιν τῶν ὅπλων καὶ τῶν προλοχισμῶν, καὶ τῆς ἐνέδρας, δόξα παρέστη, αὐτοῖς ὅπλοις ἀνεῖναι τῆς γῆς τοὺς ἄνδρας· καὶ Σπαρτοὺς, ὡς ἐκ τοῦ χωρίου φύντας αὐτοὺς ἐκάλεσαν. περὶ μὲν οὖν Κάδμου καὶ Θηβῶν οἰκίσεως, οὗτος ὁ ἀληθὴς λόγος· τὸ δ' ἄλλο μῦθος καὶ γοητεία ἀκοῆς.

rum potius regione, fugientibus qui cladi superer ant in suas quisque urbes, Thebis Phœnicas qui incolerent; collocat, ipse Harmoniam Martis ac Veneris filiam uxorem ducit. Bœotorum interim animis ob armorum illum, atque insidiarum metum hæc opinio insedit, cum armis ipsis viros illos è terra exstitisse, ut inde etiam *Spartas*, velut ex eo ipso loco satos, nominarint. Igitur de Cadmo, Thebarúmque inhabitatione vera hæc narratio est: altera illa, fabula, auriúmque præstigiæ.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ λη.

Ὥς Μιλήσιός τις ἀνὴρ, τῆς πατρίδος αὐτῷ ὑφ' Ἁρπάγου τοῦ Κύρου ἐν κινδύνῳ οὔσης, εἰς τὸ ἐν Σικελίᾳ Ταυρομένιον ἀπῆρε, κἀκεῖ φίλῳ τινὶ τραπεζίτῃ παραθέμενος τὸ χρυσίον, οἴκαδ' ἐπανῆλθε. εἶτα δεδούλωτο μὲν Μίλητος Κύρῳ. δεινὸν δ' οὐδὲν ἄλλο, ὧν ὑφωρᾶτο, ἐπεπόνθει. καὶ ὁ Μιλήσιος ἧκεν εἰς Ταυρομένιον, ἀνακομισάμενος τὴν παρακαταθήκην. ὁ δὲ λαβὼν, ὁμολογεῖ μὲν.

NARRATIO XXXVIII.

Milesius quidam periclitante sub Harpago Cyri F. patria, Tauromenium, Siciliæ urbem adnavigauit, ibidémque apud notum quendam trapezitam auro deposito, domum rediit. Cyrus post hæc Miletum in potestatem redegit, nihilque in eam gravius, ut metuerant, constituit. Rediit itaque Milesius Tauromenium, ut depositum illum suum reciperet. Ibi mensarius quidem depositum

accepisse

accepisse non abnegabat, sed reddidisse contendebat. Ut verò Milesius post multas tandem rixas atque contentiones, ad jusjurandum hominem adegit, Trapezita tale quid machinatus est. Ferulam tibiæ instar excavans, in eáque depositum liquefactum infundens, probè obturat. Accedens igitur ad jurandum, ferénsque pro scipione ferulam, quasi pedibus æger ea fulciebatur. Antequam tamen juraret, Milesio sibi adstanti, veluti mox repetiturus, arundinem tradidit. Ita dum manibus sublatis dejerat, se depositum eidem, à quo accepisset, reddidisse, Milesius indignans arundinem projecit, simul etiam hominum fidem defecisse clamans. Tum fractâ arundine, oculis etiam patuit compositum illud auri causâ perjurium. Milesius itaque aurum sibi suum vindicavit: Trapezita verò præ verecundia, & quód improbus coràm omnibus deprehenderetur, laqueo vitam sibi abrupit.

λαβεῖν, διετείνετο δ' ἀποδεδωκέναι. ὡς δὲ μετὰ πολλὴν ἔριν καὶ λογομαχίαν ὁ Μιλήσιος εἰς ὅρκον τὸν ἀδικοῦντα προὐκαλεῖτο· ὁ τραπεζίτης μηχανᾶται τοιόνδε. νάρθηκα κοιλάνας, καθάπερ αὐλὸν, καὶ συντήξας τὴν παρακαταθήκην τῷ νάρθηκι, ἐγχεῖ καὶ ἀσφαλίζεται. ἐπὶ δὲ τὸν ὅρκον ἰὼν, καὶ κατέχων ὡς βακτηρίαν· προφάσει τῆς τῶν ποδῶν ἀσθενείας, τῷ νάρθηκι, ἐπηρείδετο. μέλλων δ' ὀμνύειν, πλησίον ἑστῶτι τῷ Μιλησίῳ, ὡς αὐτίκα πάλιν ἀναληψόμενος τὸν νάρθηκα ἐπιδίδωσιν. ὡς δὲ τὰς χεῖρας ἀνασχὼν κατώμνυτο τὴν παρακαταθήκην ἀποδοῦναι τῷ παραθεμένῳ· περιπαθήσας ὁ Μιλήσιος, ῥίψας τὸν νάρθηκα, ἔῤῥειν ἅμα ἀνακραγὼν τὴν ἐν ἀνθρώποις πίστιν. καὶ ὁ νάρθηξ ἐῤῥήγνυτο, καὶ περιφανὴς ἦν πρὸς τὴν ὄψιν τῶν χρυσίου τὸ σόφισμα τῆς ψευδορκίας. καὶ ὁ μὲν Μιλήσιος τὸ ἴδιον εἶχεν· ὁ δὲ τραπεζίτης ὑπ' αἰδοῦς καὶ τῶν κακίζεσθαι πρὸς ἁπάντων, βρόχῳ τοῦ ζῆν ἑαυτὸν ἐξάγει.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ λθ.

Ὡς Μέλανθος γένος μὲν ἦν τῶν Ἡλίδων, οἳ Πύλου καὶ Μεσσήνης ἀπὸ Ποσειδῶνος ἐβασίλευον· τοῦτον ἀναστήσαντες Ἡρακλεῖδαι, πολέμῳ τὴν γῆν ἔσχον. ὁ δὲ κατὰ χρησμοὺς Ἀθήναζε ἀφικνεῖται, καὶ πολίτης γίνεται, καὶ εἷς τῶν τιμωμένων. Ἀθηναίοις δὲ καὶ Βοιωτοῖς πόλεμος ὑπὲρ Οἰνόης συνίστατο· καὶ ἐδόκει ἐν τῇ τῶν βασιλέων μονομαχίᾳ τὴν κρίσιν εἶναι. Θυμοίτης μὲν οὖν βασιλεύων Ἀθηναίων, ἐδεδοίκει τὸν ἀγῶνα, καὶ ἐξίστατο τῆς βασιλείας, τῷ βουλομένῳ διακινδυνεῦσαι πρὸς Ξάνθον, ὃς ἐβασίλευσε Βοιωτῶν. καὶ Μέλανθος ἐπ' ἄθλῳ τῆς βασιλείας, ὑπέχεται τὸν ἀγῶνα, καὶ προβαίνουσιν αἱ συνθῆκαι. ἐπειδὴ δ' εἰς μάχην ἧκον, καθορᾷ ὁ Μέλανθος φάσματι τῷ Ξάνθῳ ἄνδρα ἑπόμενον ἀγένειον. ὡς δ' ἀνεβόησε μὴ δίκαια ποιεῖν, παρὰ τὰς συνθήκας ἐπαγόμενον βοηθὸν: μεταστρέφη ὁ Ξάνθος, πρὸς τὸ ἄπιστον τοῦ λόγου ἐκπλαγείς· καὶ αὐτὸν εὐθὺς ὁ Μέλαν-

NARRATIO XXXIX.

Melanthus ex genere fuit Elidarum, qui Pylo & Messanæ jam inde à Neptuno imperarunt. Hunc cum Heraclidæ expulissent, armis regione potiti sunt. Ille Athenas versùs ex oraculo discessit, civitatéque donatus, claruit ibi in paucis, civitatéque donatus, claruit in paucis. Accidit autem ut Athenienses cum Bœotis super Oenoë bellum gererent, placuítque singulari regum certamine litem dirimi. Ibi Thymœtes, qui tum Athenis regnabat, duellum formidans, regno etiam cessit ei, quicumque cum Xantho Bœotorum rege dimicare vellet. Melanthus itaque regni præmio invitatus, pugnandi conditionem accipit, & pacta conficiuntur. Ubi ad manus ventum est, vidit Melanthus visum quoddam imberbis viri specie Xantum sequi. Ut verò injustè fieri ille exclamavit, quòd contra pacta auxiliatorem adduxisset, Xanthus falsò sermone turbatus, vertit se: atque ita illicò Me-

lanthus lanceâ traiectum transfodit. Sic uno certamine Oenoën Atheniensibus, sibi regnum acquisivit. Certè Erechtidarum genus ad Melanthidas, quo in numero & Codrus erat, ab hoc traductum est. Athenienses verò posteà *Baccho Melanthidæ* ex oraculo fanum dedicarunt, & quotannis rem divinam fecerunt: *Iovi* insuper *deceptori* sacras litantes victimas, quòd in pugna dolo fuissent usi.

NARRATIO XL.

DE Andromeda secùs narrat, quàm Græci fabulantur. Duos fratres fuisse refert Cephea, & Phinea: ac Cephei quidem regnum, Phœnices posteà nomen induisse, cùm ad eum diem Ioppe à maritima civitate appellatum fuisset, habuisséque imperij terminos à mari nostro, ad eam usque Arabiam, quæ ad Erythræum mare pertinet. Fuisse item Cepheo insigni pulchritudine filiam Andromedam, quem proci ambirent, Phœnix qui-

θος τῷ δόρατι βαλὼν, κτείνει. καὶ τήν τε Οἰνόην Ἀθηναίοις, καὶ ἑαυτῷ τὴν βασιλείαν, ἑνὶ περιεποιήσατο ἀγωνίσματι. τὸ μὲν δὴ τῶν Ερεχθειδῶν γένος, εἰς τοὺς Μελανθίδας, ὧν ἦν καὶ Κόδρος, ἀπὸ τούτου μετέστη. Ἀθηναῖοι δ' ὕστερον Διονύσῳ Μελανθίδῃ κατὰ χρησμὸν ἱερὸν ἱδρυσάμενοι, θύουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος, καὶ τῷ ἀπατηνείῳ Διῒ ἱερὰ ἀνάπτοντες, ὅτι αὐτοῖς ἐκ τῆς ἀπάτης ἀγώνισμα ἐγένετο.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ μ.

ΤΑ περὶ Ἀνδρομέδας ἱστορεῖ ἑτέρως, ἢ ὡς ὁ Ἑλλήνων μῦθος. ἀδελφοὺς μὲν γὰρ δύο γενέσθαι [φασὶ] Κηφέα καὶ Φινέα, καὶ εἶναι τὴν τοῦ Κηφέως βασιλείαν τότε ἐν τῇ μετονομασθείσῃ μὲν ὕστερον Φοινίκῃ, τηνικαῦτα δ' ὅπα ἀπὸ Ἰόππης τῆς ἐπιθαλασσιδίου πόλεως τοὔνομα λαβούσῃ· καὶ ἦν τὰ τῆς ἀρχῆς ὅρια ἀπὸ τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάσσης μέχρι Ἀῤῥάβων τῶν πρὸς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ᾠκημένων. εἶναι δὲ τῷ Κηφεῖ καὶ θυγατέρα πάνυ καλὴν Ἀνδρομέδαν, καὶ αὐτὴν μνᾶσθαι Φοί-

νικᾷ τε, καὶ τὸν ἀδελφὸν Κηφέως Φινέα. Κηφεὺς δὲ μετὰ πολλοὺς τοὺς ἐφ' ἑκατέρῳ λογισμοὺς, ἔγνω δοῦναι μὲν Φοίνικι. ἁρπαγῇ δὲ τοῦ μνηστῆρος τὸ αὐτοῦ ἑκούσιον ἀποκρύπτειν· καὶ ἁρπάζεται ἀπό τινος νησίδος ἐρήμου ἡ Ἀνδρομέδα. ἐν ᾧ εἰώθει ἀπιοῦσα θυσίας τῇ Ἀφροδίτῃ θύειν. Φοίνικος δ' ἁρπάσαντος νηὶ (κῆτος δ' αὐτὴ ἐκαλεῖτο, ἢ μίμησιν ἔχουσα τοῦ ζώου, ἢ καὶ κατὰ τύχην) ἡ Ἀνδρομέδα, ὡς κατὰ ἄγνοιαν τοῦ πατρὸς ἁρπαζομένη, ἀνωλοφύρατό τε καὶ μετ' οἰμωγῆς τοὺς βοηθήσοντας ἀνεκαλεῖτο. Περσεὺς δ' ὁ Δανάης κατὰ δαίμονα παραπλέων κατῆχει· καὶ πρὸς τὴν πρώτην ὄψιν τῆς κόρης, οἴκτῳ καὶ ἔρωτι συσχεθεὶς· τό, τε πλοῖον, τὸ κῆτος, διαφθείρει· καὶ τοὺς ἐμπεσόντας ὑπὸ ἐκπλήξεως μονονουχὶ λιθωθέντας, ἀναιρεῖ. καὶ τοῦτο Ἕλλησι τὸ τοῦ μύθου κῆτος, καὶ οἱ παγέντες ἐς λίθους ἄνθρωποι Γοργόνος τῇ κεφαλῇ· ἄγεται δ' οὖν γυναῖκα τὴν Ἀνδρομέδαν, καὶ οἴχεται

dam, & ipſe Cephei frater Phineus. At Cepheum poſtquam varia de utroque ſecum ipſe conſideraſſet, Phœnici tandem deſpondere filiam ſtatuiſſe, ac per filiæ raptum conſentientem ſuam voluntatem obtegere. Abreptam igitur fuiſſe ex deſerta quadam inſula Andromedam, in quam ſoleret Veneri ſacrificia oblatura ſecedere. Ita cùm Phœnicis hujus rapientis navi (quæ Cetus dicta eſt, ſive à piſcis illius ſimilitudine, ſive caſu aliquo) Andromeda tanquam inſciente patre aveheretur, miſerè eam ejulaſſe, opémque cum lachrymis invocaſſe. Ad ea Perſeum Danaës filium, fortè fortunâ prætervavigantem, curſum inhibuiſſe: primóque mox puellæ aſpectu, pietate ſimul, & amore captum: tum navigium illud Ceti nomine expugnaſſe, & vectores tantùm non in lapides præ metu verſos, occidiſſe. Atque hunc illum eſſe Græcæ fabulæ Cetum, hos homines, Gorgonis viſo capite, in ſaxa mutatos. Perſeum igitur Andromedam uxorem accepiſſe, ſe-

cúmque in Græciam navigio vexisse, atque Argos sub illius imperio habitari cœptum.

αὐτὴ συμπλεύσασα εἰς τὴν Ἑλλάδα τῷ Πορωεῖ καὶ βασιλεύοντος τὸ Ἄργος οἰκεῖται.

NARRATIO XLI.

ANtandrum habitarunt Pelasgi. Verùm (ut quidam narrant) ex eo, quòd hanc ipsis Ascanius pro redemptionis suæ pretio donasset, cùm ex insidiis captus ab his, dimissúsque fuisset: hinc enim *Antandri* nomine urbẽ dixisse, quàm ἀντὶ ἑνὸς ἀνδρὸς [*pro uno viro*] accepissent. Ascanius autem hic Æneæ filius fuit, qui captâ jam Trojâ, in Ida regnavit. Alij hinc potiùs referunt Pelasgos Antandrum incoluisse. Ex Apolline, aiunt, atque Creusa gignitur Anius, & ex hoc Andrus, qui unam insularum inhabitans, nomen quoque suum insulæ reliquit. Sed exortis deinde seditionibus hinc exactus, locum quendam contẽplatus est sub Ida, Andro vicinum, in quo urbem ædificavit, quam ob similitudinem *Antandrum* nominavit. Andrum interim desertum Pelasgorum gens inhabitavit. Ita Cyzicus quoque incolas habuit Pelasgos.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ μα.

ΩΣ Ἄντανδρον ᾤκησαν Πελασγοί. ἀλλ' ὡς μὲν ἔνιοί φασι, δόντος αὐτοῖς Ἀσκανίου λύτρον αὐθ' αὑτοῦ· ἐπεὶ ἐνέδρᾳ συνελήφθη ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀπολυθέντος· διὸ καὶ Ἄντανδρος, ὅτι ἀντὶ ἑνὸς ἀνδρὸς ἔλαβον πόλιν. ὡς δ' Ἀσκάνιος υἱὸς μὲν ἦν Αἰνείου· μετὰ δὲ Τροίας ἅλωσιν, ἐβασίλευσεν Ἴδης. οἳ δέ φασιν ἐντεῦθεν οἰκῆσαι Πελασγοὺς Ἄντανδρον. Ἀπόλλωνος καὶ Κρεούσης Ἄνιος γίνεται, παρὰ τοῦδε Ἄνδρος, ὃς μίαν οἰκήσας τῶν νήσων, τὸ ὄνομα λείπει τῇ νήσῳ. κατὰ στάσιν δ' ἐκπεσὼν, καὶ χωρίον ἰδὼν ὑπὸ τὴν Ἴδην παραπλήσιον Ἄνδρῳ, πολίζει τὸ χωρίον, καὶ Ἄντανδρον πρὸς τὴν ὁμοιότητα ὀνομάζει. τὴν δ' Ἄνδρον ἔρημον οὖσαν λαὸς Πελασγῶν εἰσῳκήσατο· καὶ ὁ Κύζικος δὲ Πελασγοὺς ἔσχεν

οἰκήτορας· καὶ γὰρ Κύζικος ὁ Ἀπόλλωνος, Πελασγῶν τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ βασιλεύων, ὑπὸ Αἰολέων μετὰ Πελασγῶν ἐκπεσὼν, τὴν Χερρόνησον τῆς Ἀσίας πολίζει, δοὺς αὐτῇ καὶ τοὔνομα· καὶ ηὐξήθη ἐκ ταπεινῆς Κυζίκῳ εἰς μέγα ἡ ἀρχή. ἀφ' οὗ Κλείτην Μέροπος, ὃς τὴν περὶ Ῥυνδακὸν χώραν ἐβασίλευε, γυναῖκα ἠγάγετο. οἱ δὲ, Ἰάσονος ἐπὶ τὸ δέρας ἰόντες, κατίσχουσι πρὸς τὴν Κύζικον τῇ Ἀργοῖ, καὶ μαθόντες οἱ Πελασγοὶ Θεσσαλίδα τὴν ναῦν, κατὰ μῆνιν τῆς ἐκβολῆς, νυκτὸς ἐμάχοντο τῇ Ἀργοῖ. Κύζικον δὲ λῦσαι τὴν μάχην ἐπιστάντα, ἀγνοῶν Ἰάσων κτείνει, πεσόντων καὶ ἄλλων Πελασγῶν. καὶ ἡ μὲν Ἀργὼ ἔπλει ἐπὶ Κόλχους· οἱ δὲ τότε μὲν ὑπερηχθέσθησαν ἐπὶ τῇ τοῦ βασιλέως τελευτῇ, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῖς δυνατοῖς τὰ τῆς πόλεως ἐνεχείρισαν. οὐδὲ γὰρ ἦν παῖς Κυζίκῳ διάδοχος. ὕστερον δὲ ὑπὸ Τυρρηνῶν Κυζίκου μετανέστησαν· καὶ Τυρρηνοὶ τὴν Χερρόνησον ἔσχον, καὶ τούτους

Etenim Cyzicus Apollinis filius, Pelaſgis, qui in Theſſalia erant, imperans, ab Æolenſibus cum ſuis Pelaſgis ejectus, in Cherroneſo Aſiæ urbem de ſuo nomine exſtruxit, ibíque ex humili magnam in potentiam erexit, poſtquàm Cliten filiam Meropis, qui vicina Ryndaco loca rex tenuit, connubio ſibi junxit, Jaſonis poſteà comites, qui cum illo ad vellus aureum proficiſcebantur, Argo navi ad Cyzicum appulerunt, quam ut Pelaſgi Theſſalicam eſſe navim didicerunt, ex veteri illo odio, quód ab his olim expulſi fuiſſent, nocťu Argo oppugnant. Cyzicum ibi pugnam dirimere conantem Jaſon occidit imprudens, cæſis cum illo & aliis aliquot Pelaſgis: ipſa verò Argo in Colchida vela fecit. Itaque Pelaſgi de regis ſui interitu admodum mœſti, tunc quidem optimatibus ſuis, quód Cyzicus hæredem nullum reliquiſſet, Remp. commiſerunt: donec poſtmodum Cyzico pulſi à Tyrrhenis, qui Cherroneſo occupatâ, & his

qui Mileſiorum pars erant, pugnâ ſuperatis, ipſimet Cyzicum incoluerunt.

NARRATIO XLII.

GElon Siculus tyrannidem invadere ſtudens, Himeræorum populum colebat, ac pro eo adversùs potentiores pugnabat. Unde ipſum plebs adeò adamabat, ut petenti ſibi dari corporis cuſtodes, promptiſſimè eos conceſſerit. Steſichorus tamen Himeræus poëta, ſuſpicatus regnum affectare illum velle, apologum hunc populo recitavit, imaginem eorum, quæ pòſt acciderent, malorum. Equus*, inquit, fortè paſcens ad fontem bibiturus accedebat, cùm cerva interim per agrum illum tranſiens, & herbam proculcavit, & aquam turbavit. Equus itaque vindictæ admodum cupidus, ſed pedum celeritate inferior, venatoris opem imploravit. Ille, ſi frenum ore acciperet, &tergo ſedere pateretur, facillimè ſe hujus injuriam ulturum pollicetur. Quod ubi ſic factum eſt, cerva quidem telis con-

Μιλησίων μοῖρα μάχῃ νικήσαντες, αὐτοὶ Κύζικον ᾤκησαν.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ μβ.

ΩΣ Γέλων ὁ Σικελιώτης τυραννίδι ἐπιθέσθαι διανοούμενος, Ἱμεραίων ἐθεράπευε τὸν δῆμον, καὶ κατὰ τῶν δυνατῶν ὑπερεμάχει, καὶ αὐτὸν ἠγάπα τὸ πλῆθος, καὶ φυλακὴν τοῦ σώματος αἰτοῦντι ὡρμᾶτο διδόναι. Στησίχορος δ' ὁ Ἱμεραῖος ποιητὴς ὑποτοπήσας ἐπιχειρεῖν αὐτὸν τυραννίδι, στὰς αἶνον ἔλεξεν εἰς τὸ πλῆθος, εἰκόνα τοῦ μέλλοντος πάθους. ἵππος φησὶ νεμόμενος, ἐφοίτα πιόμενος ἐπὶ κρήνην. ἔλαφος δὲ τὸ πεδίον διελθοῦσα, τήν τε πόαν κατέστειβε, καὶ τὸ νᾶμα ἐτάραττε. καὶ ὁ ἵππος ποθῶν τὴν ἀδικοῦσαν τιμωρῆσαι, τάχει δὲ ποδῶν λειπόμενος, ἄνδρα κυνηγέτην βοηθὸν ἐκάλει. ὁ δὲ εἰ χαλινὸν δέξοιτο καὶ ἀναβάτην, ῥᾷστα ἀμύνειν αὐτῷ ὑπισχνεῖτο. καὶ ἐγίνετο οὕτω· καὶ ἡ μὲν ἔλαφος ἀκοντίοις ἔκειτο βλη-

θεῖσα. ὁ δ' ἵππος ᾔσθετο δεδουλωμένος τῷ κυνηγέτῃ. τοῦτ', ἔφη, δέδοικα αὐτὸς, ὦ Ἱμεραῖοι, μὴ νῦν δῆμος ὄντες, τῶν ἐχθρῶν μὲν διὰ Γέλωνος περιγένησθε· αὐτοὶ δ' ὕστερον Γέλωνι δουλεύσητε. φίλην γὰρ ἅπασαν δύναμιν τῷ λαβόντι ἐπὶ τὸν δόντα εἶναι ὅταν ὥσπερ δοῦναι αὐτὴν μηκέτι ἐκ τοῦ ὁμοίου κομίσαι ἔχῃ.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ μγ.

ΟΙ τῆς Αἴτνης τοῦ πυρὸς κρατῆρες ἀνέβλυσάν ποτε, ποταμοῦ δίκην, φλόγα κατὰ τῆς χώρας, καὶ Καταναίοις (πόλις δ' Ἑλλὰς ἐν Σικελίᾳ ἡ Κατάνη) ἔδοξε παντελὴς ἔσεσθαι φθορὰ τῆς πόλεως· καὶ ἀπὸ ταύτης φεύγοντες ὡς εἶχον τάχους, οἱ μὲν χρυσὸν, οἱ δὲ ἄργυρον ἔφερον, οἱ δὲ ὅ, τι ἄν τις βούλοιτο ἐπικούρημα τῆς φυγῆς. Ἀναπίας δὲ καὶ Ἀμφίνομος ἀντὶ πάντων τοὺς γονεῖς γηραιοὺς ὄντας ἐπὶ τοὺς ὤμους ἀναθέμενοι ἔφευγον, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἡ φλὸξ ἐπικαταλαβοῦσα,

fossa jacuit, sed equus etiam à venatore subjugatum se sensit. Idem, inquit, ego vereor, ô Himeræi! ne nunc cùm in populari statu sitis, hostibus quidem per Gelonem superiores reddamini; sed tandem adhuc eidem Geloni serviatis. Grata enim omnis potentia, adversùs eum qui dederit, accipienti est, quando hanc ille non ampliùs tam facilè auferre potest, quàm antea contulit.

NARRATIO XLIII.

IGnis Ætnæi crateres tantas aliquando, fluminis instar, flammas per eam regionem effudêrunt, ut Catanæis (urbs autem Græca Siciliæ Catana est) extremum urbi interitum certissimo allaturæ viderentur. Ex ea igitur cives quàm citissimè fugientes, aurum alij, alij argentum efferebant, alij verò quæcunque subsidium in exilio allatura videbantur. Anapias tantùm, & Amphinomus, præ omnibus parentes senio confectos, humeris impositos fugientes extulerunt. Cæteros interim flamma adurens extinxit,

extinxit, quæ in horum circuitu ita diffindi visa est, ut insulæ in modum circumcirca locus igne liber fieret. Quare Siculi *Piorum regionem* locum eum appellarunt, & lapideas in horum virorum monumento statuas, divinorum simul illorum atque humanorum factorum testes, collocarunt.

NARRATIO XLIV.

Refert quomodo Leodamas & Phitres de Milesiorum regno contenderint, regiâ uterque stirpe oriundi. Plebs ergo cùm per horum contentionem malis vexaretur, post multa tandem incommoda finem rixæ imposuit, facto decreto, ut qui de Milesiis melius mereretur; is demùm regnaret. Erant ipsis duo tunc hostes Carystij & Melienses. Adversus Melum, Phitres (huic enim sorte bellum illud obvenerat) expeditione susceptâ, re infectâ, rediit. Leodamas verò, re contra Carystios naviter ac præclarè gestâ, urbéque eorum vi expugnatâ, atque in servitutem redactâ, Miletum vi-

ἔφθειρεν· αὐτοὺς δὲ περιεσχίσθη τὸ πῦρ, καὶ ὥσπερ νῆσος ἐν τῇ φλογὶ πᾶς ὁ περὶ αὐτοὺς χῶρος ἐγένετο. διὰ ταῦτα οἱ Σικελιῶται τόν τε χῶρον ἐκεῖνον, εὐσεβῶν χῶρον ἐκάλεσαν· καὶ λιθίνας εἰκόνας ἐν αὐτῷ τῶν ἀνδρῶν τῷ μνημείῳ, θείων τε ἅμα καὶ ἀνθρωπίνων ἔργων, ἀνέθεσαν.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ μδ.

ΩΣ Λεωδάμας καὶ Φίτρης ἤρισαν ὑπὲρ τῆς Μιλησίων βασιλείας, γένους ἄμφω ὄντες βασιλείου. τὸ κοινὸν δὲ τῇ ἐκείνων κακούμενοι στάσει, τῆς μὲν φιλονεικίας μετὰ πολλὰ πάθη ἐξίσταντο· ἐκεῖνον δ' ἐκεῖνον βασιλεύειν, ὃς Μιλησίους πλείω ἀγαθὰ ἐργάσοιτο. ἦσαν δ' αὐτοῖς τότε δύο πόλεμοι Καρυστίοις καὶ Μηλιεῦσι. καὶ πρὸς μὲν Μῆλον (αὐτῷ γὰρ ὁ κλῆρος οὗτον ἐδίδου τὸν πόλεμον) Φίτρης στρατεύσας, ἄπρακτος ἀναστρέφει. Λεωδάμας δὲ λαμπρῶς κατὰ Καρυστίων ἀνδραγαθήσας, καὶ κατὰ κράτος ἑλὼν τὴν πόλιν, καὶ ἀνδραποδισάμε-

νος Μιλήτου ἐπανιὼν, κατὰ τὰ συγκείμενα βασιλεύει. αἰχμάλωτον δὲ κατὰ χρησμὸν γυναῖκα Καρυστίαν, παῖδα φέρουσαν ὑπομάζιον, μετὰ πολλῶν καὶ ἄλλων ἀναθημάτων, ἃ δεκάτη τῶν λαφύρων ἐτύγχανον, ἀνέπεμψεν εἰς Βραγχίδας. αὐτὸς δὲ τότε Βράγχος προΐστατο τοῦ τε ἱεροῦ καὶ τοῦ μαντείου, ὃς τήν τε αἰχμάλωτον γυναῖκα ἐνόμισε, καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς ἔθετο. ηὔξανε δ' ὁ παῖς οὐ κατὰ λόγον, ἀλλὰ θείᾳ τινὶ τύχῃ· καὶ πλέον ἢ πρὸς τὴν ἡλικίαν ἅπαντα τὸ συνετόν. ποιεῖται δ' αὐτὸν ὁ Βράγχος καὶ ἄγγελον τῶν μαντευμάτων, Εὐάγγελον ὀνομάσας. ὕστερον ἡβήσας, τὸ Βράγχου μαντεῖον ἐξεδέξατο, καὶ ἀρχὴ γένους Εὐαγγελιδῶν παρὰ Μιλησίοις ἐγένετο.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ με.

Ὡς Ὀρφεὺς, ὁ Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης μιᾶς τῶν μουσῶν, ἐβασίλευε Μακεδόνων καὶ τῆς Ὀδρυσίδος. ἐπετήδευε δὲ μουσικὴν, καὶ μάλιστα κιθαρῳδίαν. καὶ φιλόμουσον γὰρ τὸ Θρᾳκῶν καὶ

ctor reversus, secundùm pacta conventa regnavit. Quare ex oraculo præscripto Carystiam fœminam captivam infantem uberibus lactantem, cum aliis plurimis donariis, manubiarum decimis, ad Branchidas misit. Ipse verò tunc Branchus & templo & oraculo præerat, qui captivam mulierem magnâ curâ nutrivit, ejusque filium adoptavit. Puer ipse non tam hominum usitato modo, quàm divinâ quadam fortunâ crevit, & supra ætatem prudens evasit. Fit igitur à Brancho oraculorum nuntius, *Evangelus* appellatus. Hic jam adultâ ætate in oraculo Brancho successit, principiúmque fuit, & caput Evangelidarum apud Milesios.

NARRATIO XLV.

ORpheus Oeagri filius atque Calliopes, quæ una in novem Musis numeratur, Macedonum rex fuit, & Odrysidis. Musicam hic artem exercuit, maximéque citharisticam (etenim Thracum illud & Macedonum ge-

nus Musicæ studiosum est, vel imprimis) plebi per eam supra modum gratus. Fama autem fuit, ad inferos ipsum amore Eurydices conjugis adductum, descendisse, ibique Plutonem ac Proserpinam cantu sic conciliasse, ut dono uxorem caperet. Verùm hac gratiâ frui, qua ad vitam illa revocata est, non potuit, quòd quæ de ipsa mandata essent, non servasset. Adeò autem oblectare, cantibúsque demulcere peritus erat, ut & feræ, & aves, atque adeò ligna ac lapides, cum ipso unà præ jucunditate oberrarent. Interfectus autem est, lacerantibus ipsum Thressis ac Macedonicis fœminis, quòd Orgia cum illis non communicaret: ac forsitan etiam aliis de causis. Aiunt enim illum de uxore infelicem, muliebrem omnem sexum odisse. Igitur cùm statis diebus Thracum ac Macedonum vulgus armis tectum Libethris conveniret in domum magnificè exstructam, & ad rem divinam comparatam, ibíque Orgia celebraturi domum ingressi ad portam arma depo-

Μακεδόνων γένος, ἤρεσκεν ἐν τούτοις διαφερόντως τῷ πλήθει. κατεῖχε δὲ δόξα, ὡς εἰς ᾅδου κατάβοι, ἔρωτι τῆς γυναικὸς Ευρυδίκης, καὶ ὡς τὸν Πλούτωνα, καὶ τὴν Κόρην ᾠδαῖς γοητεύσας, δῶρον λάβοι τὴν γυναῖκα· ἀλλ' οὐ γὰρ ὄνασθαι τῆς χάριτος ἀναβιωσκομένης, λαθόμενον τῶν περὶ αὐτῆς ἐντολῶν. οὕτω δὲ θέλγειν καὶ κατακηλεῖν αὐτὸν ᾠδαῖς ἦν σοφὸν, ὡς καὶ θηρία καὶ οἰωνοὺς, καὶ δὴ καὶ ξύλα, καὶ λίθους συμπερινοστεῖν ὑφ' ἡδονῆς. τελευτᾷ δὲ, διασπασαμένων αὐτὸν τῶν Θρακίων καὶ Μακεδόνων γυναικῶν, ὅτι οὐ μετεδίδου αὐταῖς τῶν Οργίων, τάχα μὲν καὶ κατ' ἄλλας προφάσεις. φασὶ δ' οὖν αὐτὸν δυστυχήσαντα περὶ γυναῖκα, πᾶν ἐχθῆραι τὸ γένος. ἐφοίτα μὲν οὖν τακταῖς ἡμέραις ὡπλισμένον πλῆθος Θρακῶν καὶ Μακεδόνων ἐν Λιβήθροις, εἰς οἴκημα συνερχόμενον μέγα τε καὶ πρὸς τελετὰς εὖ πεποιημένον. ὁπό-

τι δ' ὀργιάζειν εἰσίασι, περὶ τῶν πυλῶν ἀποτέθεισαν τὰ ὅπλα, ὃ αἱ γυναῖκες ἐπιτηρήσασαι, καὶ τὰ ὅπλα ἀφαρπασάμεναι, ὑπ' ὀργῆς τῆς διὰ τὴν ἀτιμίαν, τούς τε περιπίπτοντας κατειργάσαντο, καὶ τὸν Ὀρφέα κατὰ μέλη ἔρριψαν εἰς τὴν θάλασσαν σποράδην. λοιμοῦ δὲ τῆς χώρας, ὅτι μὴ ἀπῃτήθησαν δίκην αἱ γυναῖκες, κακουμένης· δεόμενοι λωφῆσαι τὸ δεινὸν, ἔλαβον χρησμὸν τὴν κεφαλὴν τοῦ Ὀρφέως, ἣν ἂν εὑρόντες θάψωσι, τυχεῖν ἀπαλλαγῆς. καὶ μόλις αὐτὴν περὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Μέλητος, δι' ἁλιέως ἀνεῦρον ποταμοῦ, καὶ τότε ᾄδουσαν, καὶ μηδὲν παθοῦσαν ὑπὸ τῆς θαλάσσης, μηδέ τι ἄλλο τῶν ὅσα κῆρες ἀνθρώπιναι νεκρῶν αἴσχη φέρουσιν, ἀλλ' ἐπακμάζουσαν αὐτὴν, καὶ ζωτικῷ αἵματι μετὰ πολὺν χρόνον ἐπανθοῦσαν. λαβόντες οὖν ὑπὸ σήματι μεγάλῳ θάπτουσι. τέμενος αὐτῷ περιείρξαντες, ὃ τέως μὲν ἡρῷον ἦν, ὕστερον δ' ἐξε-

nerent, obſervaſſe hoc mulieres, correptiſque armis illis, magnâ irâ inflammatas, quòd contemnerentur, cùm cæteros ibi procumbentes interfeciſſe, tum Orphea ipſum membratim diſſectum, in mare paſſim projeciſſe. Peſtilentia deinde regionem illam vaſtante, eò quòd de fœminis minimè ſumptum eſſet ſupplicium, rogantes incolas luem depelli, reſponſum è tripode accepiſſe, Si Orphei caput repertum humi conderent, fore ut contagio defineret. Ita vix tandem illud ad oſtia Meletis fluminis à piſcatore quodam eſſe inventum, etiam tunc canens, nihilque à marinis fluctibus deformatum, nec quicquam eorum paſſum, quæ ſolita ſint per mortale fatum in hominum cadaveribus fœda exoriri: ſed elegans potius ipſum, natívóque ſanguine imbutum tanto pòſt tempore viguiſſe. Caput ergo iſtud acceptum ingenti tumulo mandaſſe, monumentúmque ipſi heroicum ab initio circumdediſſe, donec id poſtmodùm obtinuit, ut pro divi-

no fano haberetur. Sacrificiis enim, aliisque rebus, quibuscunque dij honorari solent, etiam ipse colitur. Fœminis interim omninò inaccessum templum illud est.

NARRATIO XLVI.

DUm Troja expugnaretur, emisit Priamus in Lydiam duos Hectoris filios, Oxynium & Scamandrum. Capto dein Ilio, Æneas Anchisæ ac Veneris filius, Græcos fugiens, Idam primò incoluit: sed cùm reversi è Lydia Oxynius & Scamander, omnia circum Ilium loca ex paterna velut hæreditate relicta, sibi vindicarent: adsumpto Æneas patre Anchise, & quotquot potuit è profugis, Solem versùs Orientem de Veneris matris mandato tetendit. Trajecto igitur Hellesponto, venit ad sinum, qui Thermus est nominatus, ubi Anchisem vitâ functum sepelit, ipséq; oblatum ab incolis regnum recusat. Hinc in Brusiadem regionem profectus est, ubi omnibus, quibuscunque uteretur, expetitus gratúsque fuit, ob morum nimi-

νίκησεν ἱερὸν εἶναι. θυσίαις τε γὰρ, καὶ ὅσοις ἄλλοις θεοὶ τιμῶνται, γεραίρεται. ἔστι δὲ γυναιξὶ παντελῶς ἄβατον.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ μϛ.

ΩΣ Τροίας πορθουμένης, ὑπεκτίθεται Πρίαμος εἰς Λυδίαν δύο παῖδας Ἕκτορος, Ὀξυνίον καὶ Σκάμανδρον. ἐπεὶ δὲ καὶ Ἴλιον ἥλω, Αἰνείας ὁ Ἀγχίσου καὶ Ἀφροδίτης, διαφυγὼν τοὺς Ἀχαιοὺς, τὸ μὲν πρῶτον ᾤκει τὴν Ἴδην. Ὀξυνίου δὲ καὶ Σκαμάνδρου ἐπανελθόντων ἀπὸ Λυδίας, καὶ ὡς πατρῴας λήξεως μεταποιουμένων τῶν περὶ τὸ Ἴλιον τόπων· ἀναλαβὼν Ἀγχίσην τὸν πατέρα, καὶ ὅσους δύναιτο τῶν συμφυγάδων, πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, ᾤχετο κατὰ Ἀφροδίτης ἐπίσκηψιν. διαβὰς οὖν τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ ἀφικόμενος εἰς θερμὸν καλούμενον κόλπον· Ἀγχίσην μὲν ἀποθανόντα θάπτει, αὐτὸς δὲ τῶν ἐπιχωρίων δεομένων, ὥστε βασιλεύειν αὐτῶν, οὐκ ἐδέξατο. εἶτα εἰς τὴν Βρουσιάδα γῆν ἔρχεται, πᾶσι δ' ἦν ἐφήμερος οἷς ἐντυγχάνοι, κατὰ χάριν

τῆς Ἀφροδίτης· ἐνταῦθα μυκησαμένης τῆς συνεπομένης αὐτῷ βοὸς ἐξ Ἴδης (τοῦτο γὰρ Ἀφροδίτη ἐπέσκηψε) λαμβάνει τὸ κράτος τῆς γῆς διδόντων τῶν ἐπιχωρείων, καὶ βοῦν θύει Ἀφροδίτῃ, καὶ κτίζει πόλιν, ἣ τότε μὲν Αἴνεια ἀπὸ τοῦ μὲν κτίσαντος, ὕστερον δὲ παρενεγκόντος τοῦ ὀνόματος, Αἶνος ἐκλήθη. λόγος μὲν οὖν εἷς οὗτος, ὑπὸ Ἑλλήνων ἐπὶ πολλοῖς ἄλλοις λέγεται· ὁ δὲ τὸ ῥωμαῖον γένος εἰς αὐτὸν ἀναφέρων, καὶ οἰκιστὴν ποιῶν Ἄλβας, καὶ τὸ χρηστήριον, ὃ κατοικεῖν ἔφρασε, ὁπότ' ἂν αὐτὸς ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ θύσας, μετὰ τῶν σιτίων καταφάγοι, καὶ τὰς τραπέζας, οὗτος καταμάξευται.

rùm à Venere inditam ſuavitatem. Ibi mugiente, quæ ipſum ex Ida ſequebatur, bove (ſic enim Venus anteà mandarat) ejus oræ imperium, donantibus incolis, ſuſcepit, bovémque matri mactavit. Ad hæc urbem condidit, quæ tunc quidem à conditoro *Aeneia*, poſt inflexo nonnihil nomine, *Aenus* dicta. Hæc igitur una narratio præter alia multa refertur á Græcis. Altera tamen illa, quæ Romanæ gentis originem ab ipſo repetit, & Albæ conditorem facit, ſimul etiam oraculum, quo incolere jubebatur, ubi ipſe cum ſociis, ſacris operatus, menſam quoque abſumpſiſſet; hæc, inquam, narratio, valde jam trita eſt.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ μζ.

ΩΣ Ἀλθαιμένης τῶν Ἡρακλειδῶν γένους τρίτη γενεὰ ἀπὸ Τημένου, στασιάζει πρὸς τοὺς ἀδελφούς. νεώτατος δ' ὤν, καὶ μετανίσταται Πελοποννήσου, στρατὸν Δωριέων ἔχων, καὶ τινὰς Πελασγῶν. ἔστελλον δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τότε τὴν σὺν Νηλέως τε καὶ τοῖς Κοδρίδαις ἀποικίαν·

NARRATIO XLVII.

ALthæmenes, Heraclidarum generis ſoboles á Temene tertia, fratribus diſſentiens tumultuabatur. Natu ergo minimus cùm eſſet, Peloponneſo diſcedit, Dorienſium ſecum copias, & Pelaſgorum quoſdam ducens. Miſerunt tum quoque Athenienſes coloniam cum Neleo, & Codri poſteris.

Similiter verò & Lacedæmonij eo ipso tempore Philonomi populum aliò habitatum miserunt, quem duxit Delphus quidam nomine, & Polis. Utrique Althæmenem in operis societatem vocarunt. Dores quidem, ut in Cretam unà navigaret, quòd & ipse Doriensis esset. Iones verò, ut in Asiam secum trajiceret, invitabant. Verùm Althæmeni cum neutris sese conjungere placuit, maluítque ex oraculi responso quod acceperat, ad Jovem & Solem proficisci, atque ab his habitandi locum postulare. Cretam autem esse Jovis, Solis Rhodum. Evectus igitur è Peloponneso, in Cretam appulit, populíque partem, quæ residere ibi vellet, reliquit. Ipse plurimos secum habens Dorienses in Rhodum adnavigavit: quam quidem insulam antiquitùs incolæ ibidem nati tenuerant, Iliadum ipsis gente præpositâ, quos tamen Phœnices pòst everterant, & insulam occuparant. Phœnicibus quoque aliquando ejectis, Cares successerant: quâ tempestate

ὁμοίως δὲ καθ' ἑαυτοὺς καὶ Λακεδαιμόνιοι τὸν Φιλονόμου λαὸν ἀπῴκιζον. ὧν ἡγεῖτο Δελφὸς ὄνομα καὶ Πόλις. καὶ ἑκάτεροι παρεκάλουν Ἀλθαμένην συμμετέχειν αὐτοῖς τοῦ ἔργου· οἵ τε Δωριεῖς τοῦ ἐπὶ Κρήτην πλοῦ, ἅτε καὶ αὐτὸν Δωριέα ὄντα. οἵ τε Ἴωνες εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ σφῶν παραιωθῆναι. τῷ δ' οὐδ' ἑτέροις ἐδόκει συμπλεῖν· ἀλλὰ κατὰ τὸν δοθέντα αὐτῷ χρησμὸν, ἐπὶ Δία καὶ Ἥλιον κομίζεσθαι, καὶ παρ' αὐτῶν αἰτεῖν εἰς κατοίκησιν, γῆν. εἶναι δὲ Διὸς μὲν Κρήτην· Ἡλίου δὲ, Ῥόδον. ἀναγόμενος οὖν ἐκ Πελοποννήσου, προσίσχει πρὸς τὴν Κρήτην· καὶ μέρος τοῦ λαοῦ τοὺς βουλομένους αὐτόθι οἰκεῖν, καταλείπει· αὐτὸς δὲ τοὺς πλείους ἔχων Δωρικὸν, ἔπλει ἐπὶ Ῥόδον· τὴν δὲ Ῥόδον τὸ μὲν Ἀρχαῖον, λαὸς αὐτόχθων ἐνέμοντο, ὧν ἦρχε τὸ Ἰλιάδων γένος, οὓς Φοίνικες ἀνέστησαν, καὶ τὴν νῆσον ἔσχον, Φοινίκων δ' ἐκπεσόντων, Κᾶρες ἔσχον· ὅτε καὶ τὰς

ἄλλας νήσους τὰς περὶ τὸ Αἰγαῖον ᾤκησαν· οἷς ἐπιπλεύσαντες οἱ Δωριεῖς, πολέμῳ τὸ Καρικὸν καταστρεψάμενοι, τρεῖς πόλεις ἔκτισαν, Λίνδον, Ἰήλυσον καὶ Κάμειρον. Οἱ μὲν οὖν Δωριεῖς ἀπὸ Ἀλθαιμένους ἀρξάμενοι, μέχρι καὶ δεῦρο καταβεβήκασιν. αἱ δὲ τρεῖς πόλεις εἰς μίαν ἀποκλεισθεῖσαι μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, ταὐτὸν ὄνομα τῇ νήσῳ Ῥόδον ἔδοσαν καλεῖσθαι.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ μη.

Τὰ περὶ Ῥώμου καὶ Ῥωμύλου διηγεῖται, παραλλάσσουσα πρὸς τοὺς ἄλλους ἔν τισι. φησὶ δὲ ὡς Ἀμύλιος ἐπιβουλεύσας Νουμέτορα τὸν ἀδελφὸν κτείνει, καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Ἰλίαν, ἵνα μὴ τίκοι, μήδ' ἀνδρωθείη, τῆς Ἑστίας ἱέρειαν ἀπέφηνε. ταύτῃ μιχθεὶς Ἄρης, ἀπολυόμενος τῆς ὁμιλίας. ὅστις τε ἦν ἐδήλωσε, καὶ ὅτι δύο κόρους τέξεται ἐξ αὐτοῦ, καὶ χρὴ θαρρεῖν. ἀλλὰ τεκοῦσαν αὐτὴν μὲν Ἀμύλιος εἰς δεσμωτήριον ἔτυχε βαλών· τινὶ δὲ ποιμένι τῶν αὐτῷ πιστῶν διαφθεῖραι δίδωσι. ὁ δὲ

& alias maris Ægæi insulas incoluerunt. Ad hos ergo adnavigantes Dorienses, armis Cares pepulerant, tresque urbes condiderunt, Lindum, Iëlysum, & Camirum. Igitur Dorienses, ductâ ab Althæmene origine, ad hanc usque ætatem descenderunt. Tria verò illa oppida in unam magnam, opibúsque potentem urbem coaluerunt, cui & insulæ Rhodi nomen indiderunt.

NARRATIO XLVIII.

De Romo & Romulo narrat, nonnihil à reliquis diversa. Amulius, inquit, Numitori fratri necem ex insidiis intulit, filiámque ejus Iliam, ne pareret, néve cum viro consuesceret, Vestæ sacerdotem fecit. Hæc tamen à Marte compressa est, qui post congressum, & quis esset declaravit, & geminos parituram prædixit, bono eam animo esse jubens. Verùm partu liberatam, Amulius patruus in vincula missam compegit: fœtum autem fido cuidam pastori necandum tradidit. Quem ut accepit, patrare

re ille suis manibus scelus noluit, sed alveo per Tiberim deportandos imposuit. Alveus autem post multam jactationem tandem circa prominentem ripam caprifici cujusdam, quæ ingens ibi excreverat, radicibus inhæsit, atque inde pueros in ripam, molli & arenoso solo, ejecit. Ibi lupa, quæ recens pepererat, in puerulos fortè incidit, & circumgressa, vagientibus, manúsque tendentibus mammas præbuit. Ita illi alebantur solo suo casu indignantem lupam compescentes. Hoc vbi vidit Faustulus pastor, divinum quid latere ratus, pueros tollit, & pro suis educat. Longo pòst tempore in eum fortè Faustulus pastorem incidit, qui exposuerat, réque omni de pueris cognitâ, narrat jam adultis, regno illos esse stemmate natos, Martisque sobolem, quæque cùm matri, tum avo materno acciderant. Erant autem egregiâ formâ, & corporis robore invicti, insignitáque audaciâ. Extempló igitur pugiones arreptos vestibus tegunt, Albámque accedunt.

λαβὼν, τὸ μὲν μίασμα χερσὶν ἰδίαις πρᾶξαι οὐ προσίετο· εἰς σκάφην δὲ μεθῆκε κατὰ τοῦ Θύμβρεως φέρεσθαι. αὕτη δὲ μετὰ πολλὴν φορὰν περὶ προύχουσαν ἠϊόνα κατέσχετο ῥίζαις ἐρινεοῦ, ὃς μέγας ἐκεῖσε πεφύκει. καὶ ἡ σκάφη ἐκεῖθεν τὰ παιδία πρὸς τὴν ἠϊόνα ἐκβάλλει, ἐπὶ μαλακῆς καὶ ψαμμώδους γῆς. λύκος δὲ νεοτόκος ἐπιτυγχάνει τοῖς παιδίοις καὶ ἀμφιβᾶσα κλαυθμυριζομένοις, καὶ χεῖρας ὀρέγουσι, παρεῖχε τὰς θηλάς. τὰ δὲ ἐτρέφετο βαρυνομένην ἀναπαύοντα ἐκ τῆς συντυχίας τὴν λύκον· Φαιστύλος δὲ τῶν ποιμένων τοῦτο ἰδὼν, καὶ θεῖον νομίσας, ἀναλαμβάνεται, καὶ ὡς ἑαυτοῦ τρέφει τὰ παιδία. Κρόνῳ δ' ὕστερον περιτυγχάνει τῷ ἐκθεμένῳ ποιμένι, καὶ ἅπαντα παρ' αὐτοῦ μαθὼν τὰ περὶ τῶν παίδων, ἀπαγγέλλει τούτοις ἡβήσασιν ἤδη, ὡς εἴησαν βασιλείου γένους, καὶ Ἄρεως γοναί· καὶ ὅσα ἡ μήτηρ καὶ ὁ μητροπάτωρ πάθοι. οἱ δὲ ἦσαν καλοὶ τὴν ὄψιν, καὶ ῥώμην ἄμαχοι, καὶ τόλμαν γενναῖοι· καὶ αὐτίκα ἐγχειρίδια ἀναλαβόμενοι καὶ κρύψαντες, ἐπὶ τὴν Ἄλβαν

ἐχώρουν, καὶ ἐπιτυχόντες Ἀμυλίῳ, διὰ τὸ ἀπροσδόκητον τῆς ἐπιβουλῆς ἀφυλάκτῳ, ἐπάγουσι τὴν τιμωρίαν, ξίφεσιν ἀνελόντες· καὶ τὴν μητέρα λύουσι τῶν δεσμῶν. τό, τε πλῆθος δεξιοῦται, καὶ βασιλεύουσιν Ἄλβας καὶ τῶν περὶ αὐτήν. πολλοῦ δὲ αὐτοῖς προσρυέντος πλήθους, μεταστάντες Ἄλβας, κτίζουσι πόλιν, Ῥώμην ἐπονομάσαντες, ἣ νῦν (ὡς εἰπεῖν) τὸ ἀνθρώπων ἔχει κράτος. δείκνυται δὲ μαρτύρια τῶν τότε παρὰ Ῥωμαίοις ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐρινεὸς ἱερὰ, τοῦ βουλευτηρίου κιγκλίσι χαλκαῖς περιειργμένη, καὶ καλύβη τις ἐν τῷ τοῦ Διὸς ἱερῷ γνώρισμα τοῦ Φαυστύλου διαίτης, ἣν ἐκ φορυτῶν καὶ νέων φρυγάνων συνιστῶντες διασώζουσιν.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ μθ.

Ὡς ἐν Ἀνάφῃ τῇ νήσῳ (αὕτη δ' ἐστὶν ὑπὲρ νήσου Θήρας, οὐχ ἑκὰς τῆς Λακεδαιμονίων) ἱερὸν Ἀπόλλωνος αἰγλήτου ἵδρυται, ἐν ᾧ σὺν τωθασμῷ οἱ ἐπιχώριοι θύουσι, δι' αἰτίαν τοιαύτην.

Hîc, quòd inexſpectatum eſſet eorum incœptum, Amulium ſine corporis cuſtodibus reperiunt, pœnáſque exigentes, ferro confodiunt, & matrem è cuſtodia educunt. Plebs quoque dextras jungit, regnántque Albæ, & finitimis in locis. Ingenti deinde hominum multitudine ad eos confluente, relictâ Albâ, urbem novam ædificant, *Romámque* appellant, quæ nunc, ut ſic dicam, mortalium tenet imperium. In eorum porrò, quæ tunc acciderunt, fidem oſtenditur in Romano foro ſacra caprificus, æneis Curiæ cancellis circumdata; tugurium item in Jovis templo (argumentum illius vivendi formæ, quam Fauſtulus ſuſtinuit) è quiſquiliis & tenerioribus virgultis ſtructum, conſervant.

NARRATIO XLIX.

IN Anaphe inſula, quæ ſuprà Theram jacet, non procul Lacedæmone, templum erat Apollini Egletæ ſacrum, in quo ſacrificabant inſulani cum irriſione, tali ferè de cauſa. Jaſonem, è

Colchide rapta Medea domum redeuntem, valida oppressit tempestas, réque omni desperatâ, Argivi in navi ad preces votáque confugiunt. Apollo igitur arcum ipsis obtendens, mala omnia avertit, & fulgure è cœlo erumpente, insulam subitò terra ex imo maris gurgite emisit, in quam desilientes, quòd primùm eam Sol tunc aspexisset, *Anaphen* ab eventu nominarunt, & tanquam sacram ædem Apollini Egletæ statuerunt, festúmque diem hilarè egerunt cum epulis, eò quòd incredibile effugissent malum. Medea interim cum suis ancillis, quas ad contractas cum Jasone nuptias dono acceperat, post vini potum ludens, scommatis Heroas pervigilio excipiebat. Illi verò convitia vicissim mulieribus regerebant. Unde nata consuetudo, ut insulani isti (habitata enim post Anaphe est) anniversario ritu Apollini Egletæ invicem convitiantes, festum diem ad illorum imitationem celebrarent.

CAP. X.

IN Thessalia Cyanippus filius Pharacis in amorem valdè pulchræ puellæ Leucones venit, quam etiam à parentibus impetratam uxorem duxit. Erat autem plurimùm deditus venationi, ita ut per diem leones & apros insequeretur, noctu autem,

adfatigatus penitus accederet puellam, adeò ut aliquando neque sermone cum ea habito, in profundum somnum deferretur. Unde illa præ mœstitia & doloribus consilij inops facta, diligentiam adhibebat quo cognosceret, quid faceret tandem Cyanippus, qui ita perpetua delectaretur circa montes conversatione. Quare mox usque in genua vestibus sublatis cincta, clàm ministris omnibus, sylvam ingreditur. Porrò Cyanippi canes fortè cervum insequebantur, & quia ob longam venationem ex mansuetis feriores erant redditi, cùm puellam olfecissent, eam invaserunt, neminéque prohibente, totam dilaniarunt. Atque ita ob amorem juvenis viri hîc mortem sortita est. Cyanippus verò superveniens, ac truncatam deprehendens Leuconem, magno dolore repletus est, vocatísque ad se ministris, illam in extructum rogum imponit, & primùm quidem canes simul ad rogum mactat, posteà verò vehementer ob puellam lamentatus, seipsum interfecit.

κατῄει πάνυ κεκμηκὼς πρὸς τὴν κόρην. ὥστε μηδὲ διὰ λόγου ἔσθ' ὅτε γινόμενον αὐτῇ, ἐς βαθὺν ὕπνον καταφέρεσθαι. ἡ δ' ἄρα ὑπό τε ἀνίας ἀλγηδόνων συνεχομένη, ἐν πολλῇ ἀμηχανίᾳ ἦν, σπουδήν τε ἐποιεῖτο κατιδέσθαι τὸν Κυάνιππον, ὅ τι ποιῶν ἥδοιτο τῇ κατ' ὄρος διαίτῃ. αὐτίκα δὲ εἰς γόνυ ζωσαμένη, κρύφα τῶν θεραπαινίδων, εἰς τὴν ὕλην καταδύεται. αἱ δὲ τοῦ Κυανίππου κύνες, ἐδίωκον μὲν ἔλαφον· οὖσαι δὲ οὐ πάνυ κτίλοι, ἅτε δὴ ἐκ πολλοῦ ἠγριωμέναι, ὡς ὠσφρήσαντο τῆς κόρης, ἐπιφερόμεναι... ἐπενέχθησαν αὐτῇ, καὶ μηδενὸς παρόντος, πᾶσαν διεσπάραξαν. καὶ ἡ μὲν διὰ πόθον ἀνδρὸς κουριδίου, ταύτῃ τέλος ἔσχει. Κυάνιππος δὲ ὡς ἐπελθὼν κατελάβετο λελωβημένην τὴν Λευκώνην, μεγάλῳ τε ἄχει ἐπληρώθη, καὶ ἀνακαλεσάμενος τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, ἐκείνην μὲν πυρὰν νήσας ἐνέθετο, αὐτὸς δὲ πρῶτον μὲν τὰς κύνας ἐπικατέσφαξε τῇ πυρᾷ· ἔπειτα δὲ πολλὰ ἀποδυρόμενος τὴν παῖδα, διεχρήσατο ἑαυτόν.

ΠΕΡΙ ΒΥΒΛΙΔΟΣ.

ΚΕΦ. ια.

Ἱστορεῖ Ἀριστόκριτος, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος, Καύνου κτίσει.

ΠΕρὶ δὲ Καύνου καὶ Βιβλίδος τῶν Μιλήτου παίδων, διαφόρως ἱστορεῖται. Νικαίνετος μὲν γάρ φησι τὸν Καῦνον ἐρασθέντα τῆς ἀδελφῆς. ὡς οὐκ ἔληγε τοῦ πάθους ἀπολιπεῖν τὴν οἰκίαν, καὶ ὁδεύσαντα πόῤῥω τῆς οἰκείας χώρας, πόλιν τε κτίσαι, καὶ τοὺς ἀποσκεδασμένους τότε Ἴωνας ἐνοικῆσαι. λέγει ἔπεσι τοῖσδε.

Αὐτὰρ ὅγε προτέρωσε κιὼν οἰκούσιον ἄστυ
Κτίσσατο Τραγασίη δὲ καλαινέες ἔχετο παιδί,
Ἥ οἱ Καῦνον ἔτικτεν ἀεὶ φιλέοντα θέμιστας.
Γείνατο δ' ἐραδαλῆς ἐναλίγκιον ἀρκεύθεισι.
Βιβλίδα, τῆς ἤτοι ἀέκων ἠράσατο Καῦνος.
Βῆ δὲ φερένδιος φεύγων ὀφιώδεα Κύπρον.
Καὶ κάπρος ὑλιγενὲς καὶ κέρεια ἱερὰ λοετρά.

DE BUBLIDE.

CAP. XI.

Scribit Aristocritus de Mileto, & Apollonius in Cauni extructione.

DE Cauno & Byblide Mileti filiis diversimodè narratur. Nicænetus enim ait Caunum adamasse sororem, & cùm non quiesceret in eo hic affectus, reliquisse paternam domum, procúlque à patria terra peregrinatum esse, civitatem extruxisse, & dispersos adhuc eo tempore Ionas in unam regionem habitandam coegisse. Versus quibus hæc dicit, hi sunt,

Longiùs inde abiens urbem construxit: at ipsi
Tragasiæ uxori semper conjunctus, ab illa
Suscepit Caunum gaudentem legibus æquis,
Atque etiam excelsis similem suscepit ab illa.
Biblyda Iuniperis, quam invitus Caunus amavit.
Quare abiit fugiens Cyprum serpentibus auctum,
Sylvosúmque Caprum, Carum quoque balnea sacra.

Pόstque urbe inclusit constructa primus Iones.
At soror ipsius sortem miserata malorum,
Pro reditu planxit Cauni pulcherrima Biblis.

Ενθ' ἤ τοι πτολίεθρον ἐδείματο πρῶτος Ἰώνων.
Αὐτῇ δὲ γνωτὴ ὀλολυγόνος οἶκτον ἔχουσα
Βιβλὶς ἀπὸ προπυλῶν Καύνου ὠδύρατο νόστον.

Plures autem Biblida aiunt amore Cauni flagrasse, sermonésque cum eo contulisse, ac rogasse ne se contemneret in omne malum proclivem. Verùm Caunum eam aversatum in regionem à Lelegibus tum inhabitatam penetrasse, in qua etiam fons Echeneis existit: ibíque civitatem condidisse, quæ ab ejus nomine Caunos sit appellata. Biblida verò cùm adfectus amoris non relinqueret, putarétque se ampliùs caussam esse, cur Caunus à patrio solo discessisset, alligato ad quercum quandam baltheo collum innexuisse: quod à me ipso his versibus descriptum est,

Οἱ δὲ πλείους, τὴν Βιβλίδα φασὶν ἐρασθεῖσαν τοῦ Καύνου, λόγους αὐτῷ προσφέρειν, καὶ δέεσθαι μὴ περιιδεῖν αὐτὴν, εἰς πᾶν κακὸν προελθοῦσαν· ἀποστυγήσαντα δὲ οὕτως τὸν Καῦνον, περαιωθῆναι εἰς τὴν τότε ὑπὸ Λελέγων κατεχομένην γῆν, ἔνθα κρήνη Ἐχενηΐς. πόλιν τε κτίσαι, τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν, Καῦνον. τὴν δὲ ἄρα ὑπὸ τοῦ πάθους μὴ ἀνιεμένην, προς δὲ καὶ δοκοῦσαν, αἰτίαν γεγονέναι Καύνῳ τῆς ἀπαλλαγῆς, ἀναψαμένην ἀπό τινος δρυὸς τὴν μίτραν, ἐνθεῖναι τὸν τράχηλον. λέγεται δὲ καὶ παρ' ἡμῖν οὕτως.

Atque ea fratris ubi mentem cognovit iniquam,
Luxit ut Aonides quondam planxere puellum
Sithonium, ad claram fontis Permessidos undam.

Ἡ δ' ὅτε δὴ ὀλοοῖο κασιγνήτου νόον ἔγνω,
Κλαῖεν Ἀονίδων θαμινώτερον, αἵτ' ἐνὶ βήσσῃ
Σιθονίῳ κούρῳ Πειμνείον αἰάζουσιν,

Καὶ ῥα κατὰ στυφελοῖο σαρωνίδος αὐτίκα μίτρην
Αἁψαμένη, δειρὴν ἐνεθήκατο· ταὶ δ' ἐπ' ἐκείνῃ
Βεῦδεα παρθενικαὶ Μιλήσιδες ἐῤῥήξαντο.

Φασὶ δέ τινες, καὶ ἀπὸ τῶν δακρύων, κρήνην ῥυῆναι ἰδίᾳ, τὴν καλουμένην Βυβλίδα.

Alligat hinc dura quercus ad brachia baltheum,
Innexo & collo periit. turbatus ob ipsam
Virginibus cultus Mileti est pulchri comatis.

Aiunt etiam aliqui ex lachrymis ejus fontem scaturire, qui propriè Biblidos nomine appelletur.

ΠΕΡΙ ΚΑΛΚΟΥ.

ΚΕΦ. ιβ.

ΛΕ'γεται δὲ καὶ Κίρκης πρὸς ἣν Ὀδυσσεὺς ἦλθε, Δαύνιόν τινα Κάλχον ἐρασθέντα, τήν τε βασιλείαν ἐπιτρέπειν τὴν Δαυνίων αὐτῇ, καὶ ἄλλα μειλίγματα παρέχεσθαι· τὴν δὲ ὑποκνιζομένην Ὀδυσσέως· τότε γὰρ ἐτύγχανε παρὼν, ἀποστυγεῖν τε αὐτὸν, κωλύειν ἐπιβαίνειν τῆς νήσου. ἐπεὶ μέντοι οὐκ ἀνίει φοιτῶν καὶ διὰ στόμα ἔχων τὴν Κίρκην, μάλα ἀχθεσθεῖσα, ὑπέρχεται αὐτόν. καὶ αὐτίκα εἰσκαλεσαμένη, τράπεζαν αὐτῷ παντοδαπῆς θοίνης

DE CALCHO.

CAP. XII.

DIcitur etiam amore Circes, ad quam Ulysses quoque devenit, Daunium quendam Calchum nomine arsisse, adeò ut universum regnum Dauniorum ei detulerit, aliáque plurima mulcimenta exhibuerit; illam veró tum Ulyssis amore correptam: nam eo tempore cum illa erat, odio Daunium habuisse, ac ne insulam contingeret prohibuisse. Cùm autem non quiesceret ob oculos Circæ venire, ac eam sæpè in ore habere, ea vehementer indignata, illum convenit ac statim accersit, mensámque ei omnis generis

eduliorum

eduliorum refertam adponit. Erant autem omnia pharmacis infecta, ut mox ubi Calchus comedisset, mente percelleretur, quare eum in porcorum haram détrusit. Postquàm autem, interjecto tempore, exercitus Daunorum ad insulam Circes pervenisset, inquisitionémque Calchi faceret, dimisit illa ipsum, juramento tamen priùs obligans, ne unquam in insulam rediret, neque ut procus, neque ullius alterius rei gratia.

DE HARPALYCE.

Cap. XIII.

Scribit Euphorion ad Thracem & Dectadas.

CLymenus Telei filius in Argo uxóre ductâ Epicaste, filios genuit masculos quidem Idam & Theragrum, filiam verò Harpalycen, multùm sanè coætaneas puellas, formâ præcellentem. In ejus amorem Clymenus incidit, & tempore quidem aliquo se continebat ac superabat affectum. Cùm autem multò magis increſceret morbus, per nutricem conciliavit sibi puel-

πλήσασα, παρατίθησιν. ἦν δ' ἄρα φαρμάκων ἀνάπλεα τὰ ἐδέσματα, φαγών τε ὁ Κάλχος, εὐθέως παραπλὴξ ἴσαι, καὶ αὐτὸν ἤλασεν ἐς συφεούς. ἐπεὶ μέντοι μετὰ χρόνον Δαύνιος στρατὸς ἐπῄει τῇ νήσῳ, ζήτησιν ποιούμενος τοῦ Κάλχου, μεθίησιν αὐτὸν πρότερον ὁρκίοις καταδησαμένη, μὴ ἀφίξεσθαί ποτε εἰς τὴν νῆσον, μήτε μνηστείας. μήτε ἄλλου του χάριν.

ΠΕΡΙ ἉΡΠΑΛΎΚΗΣ.

ΚΕΦ. ιγ.

Ἱστορεῖ Εὐφορίων Θρᾳκὶ καὶ Δεκτάδας.

ΚΛύμενος ὁ Τελέως, ἐν Ἄργει γήμας Ἐπικάστην, γεννᾷ παῖδας· ἄρρενας μὲν, Ἴδαν καὶ Θήραγρον· θυγατέρα δὲ Ἁρπαλύκην πολύ τι τῶν ἡλικιῶν θηλειῶν κάλλει διαφέρουσαν· ταύτης εἰς ἔρωτα ἐλθὼν, χρόνον μέν τινα ἐκαρτέρει, καὶ περιῆν τοῦ παθήματος. ὡς δὲ πολὺ μᾶλλον αὐτὸν ὑπέρρει τὸ νόσημα, τότε διὰ τῆς τροφοῦ κατεργασάμενος τὴν

κόρην, λαθραίως αὐτῇ συνῆλθεν. ἐπεὶ μέντοι γάμου καιρὸς ἦν, καὶ παρῆν Ἀλάστωρ εἰς τὴν Νηλειδῶν ἀξόμενος αὐτὴν ᾧ καθωμολόγητο, παραχρῆμα μὲν ἐνεχείρισε πάνυ λαμπροὺς γάμους θύσας· μεταγνοὺς δὲ οὐ πολὺ ὕστερον διὰ τὸ ἔκφρων εἶναι, καταθεῖ τὸν Ἀλάστορα, καὶ περὶ μέσην ὁδὸν αὐτῶν ἤδη ὄντων, ἀφαιρεῖται τὴν κόρην, ἀγόμενός τε εἰς Ἄργος, ἀναφανδὸν αὐτῇ ἐμίσγετο. ἡ δὲ δεινὰ καὶ ἔκνομα πρὸς τοῦ πατρὸς ἀξιοῦσα πεπονθέναι, τὸν νεώτερον ἀδελφὸν κατακόπτει, καί τινος ἑορτῆς καὶ θυσίας παρ' Ἀργείοις τελουμένης, ἐν ᾗ δημοσίᾳ πάντες εὐωχοῦνται, καὶ τότε σκευάσασα τὰ κρέα τοῦ παιδὸς, παρατίθησι τῷ πατρί. καὶ ταῦτα δράσασα, αὐτὴ μὲν εὐξαμένη θεοῖς ἐξ ἀνθρώπων ἀπαλλαγῆναι, μεταβάλλει τὴν ὄψιν εἰς Χαλκίδα ὄρνιν. Κλύμενος δὲ ὡς ἔννοιαν ἔλαβε τῶν συμφορῶν, διαχρῆται ἑαυτόν.

lam, ac clàm cum ea coivit. Posteà verò ubi nuptiarum tempus advenisset, adessétque Alastor, cui desponsata erat, eam in Nelidarum terram adducturus, statim sanè splendidis nuptiis instructis eam illi concessit. Pœnitentia autem non longè pòst ductus, ac delirus factus, propter amentiam Alastorem transverberavit, è medióque itinere aufert puellam, ductámque in Argos palàm habuit pro uxore. Illa autem gravia atque enormia se passam à parente existimans, juniorem fratrem mactat, ac festo quopiam sacrificiorum apud Argivos die, in quo publicè omnes convivabantur, adparatas pueri carnes parenti adponit: quo perpetrato à diis petiit ex hominibus auferri. Mutata itaque est in Chalcidem avem. Clymenus autem mente calamitates suas volvens, seipsum interemit.

DE ANTHEO.

Cap XIV.

Est & apud Aristotelem, & eos qui res Milesiorum prodiderunt.

ANtheus regij generis ex Halicarnasso adolescens Phobio Nelidæ tunc Milesiis imperanti obses datus fuit. In hujus amorem Cleobœa (quam quidam Philachmen vocaverunt) Phobij uxor illapsa, multa sanè machinata est, quibus adolescentem illiceret. Cùm autem ille eam aversaretur, aliquando quidem timorem prætexuit, ne videlicet manifestum id fieret, aliquando autem hospitij jus, & communem mensam causatus est, tamdiu ut Cleobœa ægrè rem ferens, in animo haberet ulcisci eum, immisericordem ipsum & superbum vocans. Quare temporis progressu amorem in se extinctum simulabat, ac perdicem cicurem in profundum puteum demittens, Antheum rogabat ut descenderet, atque extraheret illam. Ille itaque cùm

ΠΕΡΙ᾽ ΑΝΘΕΩΣ.

ΚΕΦ. ιδ.

Ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης καὶ οἱ τὰ Μιλησιακά.

ΕΚ δὲ Ἁλικαρνασσοῦ παῖς Ἀνθεὺς ἐκ βασιλείου γένους, ὡμήρευσε παρὰ Φοβίῳ ἐπὶ τῶν Νηλειδῶν, τότε κρατοῦντι Μιλησίων. τούτου Κλεόβοια, ἣν τινες Φιλαίχμην ἐκάλεσαν, τοῦ Φοβίου γυνὴ ἐρασθεῖσα, πολλὰ ἐμηχανᾶτο εἰς τὸ προσαγαγέσθαι τὸν παῖδα. ὡς δὲ ἐκεῖνος ἀπωθεῖτο, ποτὲ μὲν φάσκων ὀρρωδεῖν, μὴ κατάδηλος γένοιτο· ποτὲ δὲ διὰ ξένιον καὶ κοινὴν τράπεζαν προϊσχόμενος, ἡ Κλεόβοια κακῶς φερομένη, ἐν νῷ εἶχε τίσασθαι αὐτὸν, ἀνηλεῆ τε, καὶ ὑπέραυχον ἀποκαλουμένη. ἔνθα δὴ χρόνου προϊόντος, τοῦ μὲν ἔρωτος ἀπηλλάχθαι προσεποιήθη· πέρδικα δὲ τιθασσὸν εἰς βαθὺ φρέαρ κατασοβήσασα, ἐδεῖτο τοῦ Ἀνθέως κατελθὼν ἀνέλοιτο αὐτόν. τοῦ δὲ ἑτοίμως

ὑπακούσαντος διὰ τὸ μηδὲν ὑφορᾶσθαι, ἡ Κλεόβοια ἐπισείει στιβαρὸν αὐτῷ πέτρον. καὶ ὁ μὲν παραχρῆμα ἐτεθνήκει· ἡ δὲ ἄρα συννοηθεῖσα ὡς δεινὸν ἔργον δεδράκοι, καὶ ἄλλως δὲ καιομένη σφοδρῷ ἔρωτι τοῦ παιδὸς, ἀναρτᾷ ἑαυτήν. Φόβιος μέν τοι διὰ ταύτην αἰτίαν ὡς ἐναγὴς, παρεχώρησε Φρυγίῳ τῆς ἀρχῆς. ἔφασαν δέ τινες οὐ πέρδικα, σκεῦος δὲ χρυσοῦν εἰς τὸ φρέαρ βεβλῆσθαι, ὡς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς μέμνηται ἐν τοῖσδε ἐν Ἀπόλλωνι.

Παῖς Ἱπποκλῆος φόβιος νηληϊάδαο
Ἔσται ἰθαιγενέων γνήσιος ἐκ πατέρων.
Τῷ δ' ἄλοχος μνήστη, δόμον ἵξεται. ἧς ἔτι νύμφης,
Ἠλάκατ' ἐν θαλάμοις καλὸν ἑλισσομένη,
Ἀσησοῦ βασιλῆος ἐλάσσεται ἔκγονος Ἀνθεὺς,
Ὅρκι' ὁμηρείης πίστ' ἐπιβωσάμενος,
Πρωθήβης ἔαρος θαλερώτερος, οὐ δὲ Μελισσῷ
Πειρήνης τοιόνδ' Ἀλφεσίβοιον ὕδωρ,

promptè obediret (nihil enim mali suspicabatur) Cleobœa super eum dejicit petram, unde ille statim mortuus est. Ipsa verò animo volvens quàm grave flagitium perpetrasset, atque aliàs etiam vehementi adolescentis amore flagrans, seipsam suspendit. Porrò Phobius ob eandem causam tanquam scelestus Phrygio regnum cessit. Dixerunt autem quidam non perdicem, sed vasculum aureum in puteum projectum fuisse, ut Alexander Aetolus his versibus commeminit in Apolline.

Filius Hippoclei Phobius de gente creatus
Nelida, patrum vera erit hic soboles.
Cui nova nupta domum intrabit pulcherrima nympha,
Ad tenerum lanas ducere docta thorum.
Ast olim Aßesi demissus eò inclitus Antheus
Perpetuum pignus obsidionis erit.
Vernanti juvenis forma, quali ipsa Melißo
Saxea non fulsit Amphesiboea palus.

Præcipitem ob natum cùm se
dedit. Vnde Corintho.
Gaudia, sed miseris tot mala Bacchiadis.
Antheus Mercurio facili gratissimus, ob quem
Mox furiis nymphæ concita amoris erit.
Quare ipsum supplex genubus prostrata rogabit,
Quæ fieri hospitij jura verenda vetant.
Iuppiter imprimis, dein pacti splendida fama,
Fluctibus absurdos diluet ergo sonos.
At verò ut thalamos ejus contempserit Antheus,
Huic struet occultos insidiata dolos.
Sermonem blandum falso commenta loquetur.
Vas mihi inauratum decidit in puteum.
Extracturus at id tum Antheus descendet in undas,
Atque petet nymphas promptus Ephydriadas.
Námque illi instabat blando sermone precata
Nelidæ conjunx multa movens Phobij.
Inde mihi semper fueris charissimus, inquit,

Θελήσει μέγαν υἱόν. ἀφ' οὗ μέγα χαρμα Κορίνθῳ
Ἔσται καὶ δειλοῖς ἄλγεα Βακχιάδαις,
Ἀνθεὺς Ἑρμείῃ τυχνῷ φίλος. ᾧ ἔνι νύμφη
Μαινὰς, ἄφαρ σχήσει τὸν λιθόλευστον ἔρων.
Καί ἑκαθαψαμένης γουνῶν, ἀτέλεστα κομίσσαι
Πείσει. ὁ δὲ Ζῆνα ξείνιον αἰδόμενος.
Σπονδάς τ' ἐν φοβίῳ, καὶ ἅλα ξυνεῶνα θαλάσσης,
Κρήνας καὶ ποταμοῖς νίψετ' ἀεικὲς ἔπος.
Ἦ δ' ὅταν ἀρνῆται μελεὸν γάμον ἀγλαὸς Ἀνθεὺς,
Δὴ τότε οἱ τεύξει μητιόεντα δόλον,
Μύθοις ἐξαπάφουσα. λόγος δέ οἱ ἔσσεται οὗτος.
Γαυλός μοι χρύσειος φρείατος ἐκ μυχάτου,
Νῦν ὅγ' ἀνελκόμενος, διὰ μὲν καλὸν ἤειχε νῦσον,
Αὐτὸς δ' ἐς νύμφας ᾤχετ' Ἐφυδριάδας.
Πρός σε θεῶν, ἀλλ' εἴ μοι ἔπει καὶ πᾶσιν ἀκύαστομίυ,
Ῥηϊδίην οἶμον τὴν δ' ἔμεναι
Ἰθύσας ἀνέλοιο τοι αὖ μάλα φίλτατος εἴης.

Ὧδε μὲν ἡ Φοβίου Νηλιάδαο δάμαρ
Φθέγξατ'. ὁ δ' οὐ φρασθεὶς, ἀπὸ μὲν λελεγήϊον εἷμα
Μητρὸς ἑῆς ἔργον θήσεται ἑλλαμένης.
Αὐτὸς δὲ σπεύδων κοῖλον καταβήσεται ἄγκος
Φρείατος. ἡ δ' ἐπὶ οἱ λιερὰ νοεῦσα γυνὴ,
Ἀμφοτέραις χείρεσσι μυλακρίδα λᾶαν ὀνήσει.
Καὶ τόθ' ὁ μὲν ξείνων πολλὸν ἀπολμάτατος,
Ἠρίον ὀγκώσει τὸ μεμορμένον. ἡ δ' ὑπὸ δειρὴν
Ἀψαμένη, σὺν τῷ βήσεται εἰς ἀΐδην.

His modo si votis ipse satisfacies.
Sic ait, & stupidum juvenem persuasit, amictum
Abjicere, & pronum mittere se in puteum.
Cùm foret ima putei jam valle receptus,
Explicuit taciti pectoris insidias
Fœmina: nam geminis manibus saxum injicit ingens,
Sicque ruit praeceps in exitium.
Infelix undas tumulum sortitus, at ipsa
Collum fune ligans huic comes orcum adiit.

ΠΕΡΙ ΔΑΦΝΗΣ.

ΚΕΦ. ιϛ.

Ἡ ἱστορία παρὰ Διοδώρῳ τῷ ἐπαΐτῃ ἐν ἐλεγείαις, καὶ Φυλάρχῳ ἐν ιε'.

Περὶ δὲ τῆς Ἀμύκλα θυγατρὸς τάδε λέγεται Δάφνης. αὕτη τὸ μὲν ἅπαν εἰς πόλιν οὐ κατῄει, οὐδ' ἀνεμίσγετο ταῖς λοιπαῖς παρθένοις· παρασκευασαμένη δὲ πυκνὰ ἐθήρευεν, ἔστιν ὅτε καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ, καὶ ἐπιφοιτῶσα εἰς

DE DAPHNE.

Cap. XV.

Haec historia est & apud Diodorum Elaiten in elegiis, & Phylarchum libro IV.

De Daphne Amyclæ filia hæc traduntur. Ea omnino ad urbem non progrediebatur, neque etiam reliquis virginibus convivebat. Verùm adparatu magno frequenter venabatur, aliquando etiam usque ad Laconiam regionem pervagata, pro-

gressáque ulteriùs per reliquos Peloponnesi montes, adeò ut hanc ob causam valdè grata esset Dianæ, quæ eam certè penitùs spicula faciebat ejaculari. In ejus cum æqualibus per sylvas oberrantis amorem Leucippus incidit Oenomai filius, qui cum aliàs viam quâ eam aggrederetur desperasset, muliebribus vestibus indutus, ac puellæ adsimilatus cum ea venabatur. Erat autem omnino jucunda ipsi Daphnæ illius conversatio, adeò ut nunquam dimitteret eum, talísque colluderet, ac quasi ex eo penderet omni horâ. Apollo autem qui & ipse puellæ desiderio ardebat, iráque & invidia ob Leucippi præsentiam tenebatur, puellæ in animum injicit, ut cum reliquis virginibus ad fontem accedat ac lavet. Quò sanè cùm pervenissent, omnes exuebantur: & cùm Leucippum invitum ad hoc viderent, vestes ei détraxerunt. Cognitâ autem fraude & insidiis sibi paratis, omnes eum spiculis transfixerunt, atque ita ille, diis volentibus, dispa-

τὰ λοιπὰ τῆς Πελοποννήσου ὄρη. δι' ἣν αἰτίαν μάλα καταθύμιος ἦν Ἀρτέμιδι, καὶ αὐτὴν εὔστοχα βάλλειν ἐποίει. ταύτης περὶ τὴν ἡλικίαν ἀλωμένης, εὔιππος Οἰνομάου παῖς εἰς ἐπιθυμίαν ἦλθε, καὶ τὸ μὲν ἄλλως πως αὐτῆς πειρᾶσθαι, ἀπέγνω· ἀμφιεσάμενος δὲ γυναικείαις ἀμπεχόναις, καὶ ὁμοιωθεὶς κόρῃ, συνεθήρα αὐτῇ. ἔτυχε δέ πως αὐτῇ κατὰ νοῦν γενόμενος, οὐ μεθιείς τε αὐτὸν, ἀμφιπεσοῦσά τε καὶ ἐξηρτημένη, πᾶσαν ὥραν. Ἀπόλλων δὲ καὶ αὐτὸς τῆς παιδὸς πόθῳ καιόμενος, ὀργῇ τε καὶ φθόνῳ εἴχετο, τοῦ Λευκίππου συνόντος, καὶ ἐπὶ νοῦν αὐτῇ βάλλει, σὺν ταῖς λοιπαῖς παρθένοις ἐπὶ κρήνην ἐλθούσαις λούεσθαι. ἔνθα δὴ ὡς ἀφικόμεναι ἀπεδιδύσκοντο, καὶ ἑώρων τὸν Λεύκιππον μὴ βουλόμενον, περιέρρηξαν αὐτόν. μαθοῦσαι δὲ τὴν ἀπάτην, καὶ ὡς ἐπεβούλευεν αὐταῖς, πᾶσαι μεθίεσαν εἰς αὐτὸν τὰς αἰχμάς. καὶ ὁ μὲν δὴ κατὰ θεῶν βούλησιν ἀφανὴς γίνεται.

Ἀπόλλωνα δὲ Δάφνη αὐτὴν ἰόντα προϊδομένη, μάλα ἐῤῥωμένως ἔφευγεν. ὡς δὲ συνεδιώκετο, παρὰ Διὸς αἰτεῖται ἐξ ἀνθρώπων ἀπαλλαγῆναι. καὶ αὐτὴν φασὶ γενέσθαι τὸ δένδρον, τὸ ἐπικληθὲν ἀπ' ἐκείνης Δάφνην.

ΠΕΡΙ' ΛΑΟΔΙΚΗΣ.

ΚΕΦ. ιϛ.

Ἱστορεῖ Ἡγήσιππος, Μιλησιακῶν α.

Ἐλέχθη δὲ καὶ περὶ Λαοδίκης ὅδε λόγος. ὡς ἄρα παραγινομένων ἐπὶ Ἑλένης ἀπαίτησιν Διομήδους καὶ Ἀκάμαντος, πολλὴν ἐπιθυμίαν ἔχειν μιγῆναι παντάπασι νέῳ ὄντι Ἀκάμαντι, καὶ μέχρι μέν τινος, ὑπ' αἰδοῦς κατέχεσθαι· ὕστερον δὲ νικωμένην ὑπὸ τοῦ πάθους, ἀνακοινώσασθαι Περσέως γυναικί. Φιλοβίη αὐτῇ ὄνομα. παρακαλεῖν τε αὐτὴν ὅσον οὐκ ἤδη διοιχομένην, ἀρήγειν αὐτῇ. κατοικτείρουσα δὲ τὴν συμφορὰν τῆς κόρης, δεῖται Περσέως, ὅπως συνεργὸς αὐτῇ γένηται, ἐκέλευέ τε ξενίαν καὶ φιλότητα τίθεσθαι πρὸς

ruit. Daphne verò cùm Apollinem se petentem perspexisset, strenuè valdè fugit. Illo autem pariter insequente, à Jove petiit ex hominibus excedere. Aiunt itaque ipsam factam arborem, quæ adhuc illius nomine Daphne appelletur.

DE LAODICE.

CAP. XVI.

Scribit Hegesippus libro primo de rebus Milesiorum.

Fertur autem de Laodice hic sermo. Cùm ob Helenam repetendam Diomedes & Acamas venissent, eam multo desiderio flagrasse, quo possit omnibus modis juveni Acamanti misceri, & aliquamdiu quidem præ pudore se cohibuisse. post verò ab affectu victam communicasse rem Persei uxori nomine Philobiæ, illámque sic advocasse, ut quantùm tandem posset, jamiam pereunti auxilium ferret. Quare illa puellæ calamitatem miserta, Perseum quo se in re consequenda juvet, jubens eum hospitalitatem & amicitiam cum Acamante

Acamante inire. Perſeus itaque partim ut uxoris voluntatem impleret, partim Laodices miſertus, omni conatu Acamantem perſuadet, quò ſe in Dardanum conferat: Ejus enim regionis præfectus Perſeus erat. Venit ergo eò quoque Laodice tanquam ad feſtum quoddam, Troadibus quibuſdam comitata, adhuc virgo exiſtens. Ubi ſanè cùm opiparum convivium adparaſſet, in eodem lecto collocat Laodicem cum ipſo, inquiens unam ex regiis pellicibus eſſe. atque hoc quidem modo Laodice deſiderium ſuum explevit. Progreſſu autem temporis filius naſcitur Acamanti Munitus, quem ſub dio enutritum poſt Trojæ captivitatem tranſportavit in domum, ipſúmque venantem in Olyntho Thraciæ ſerpens occidit.

τὸν Ἀκάμαντα. Περσεὺς δὲ, τὸ μὲν καὶ τῇ γυναικὶ βουλόμενος ἁρμόδιος εἶναι, τὸ δὲ καὶ τὴν Λαοδίκην οἰκτείρων, πάσῃ μηχανῇ ἐπὶ τὸν Ἀκάμαντα εἰς Δάρδανον ἀφικέσθαι πείθει· καθίστατο γὰρ ὕπαρχος τοῦ χωρίου. ἦλθε καὶ Λαοδίκη ὡς εἰς ἑορτήν τινα σὺν ἄλλαις τῶν Τρωάδων, ἔτι παρθένος οὖσα. ἔνθα δὴ παντοδαπὴν θοίνην ἑτοιμασάμενος, συγκατακλίνει καὶ τὴν Λαοδίκην αὐτῷ, φάμενος μίαν εἶναι τῶν τοῦ βασιλέως παλλακίδων. καὶ Λαοδίκη μὲν οὕτως ἐξέπλησε τὴν ἐπιθυμίαν. χρόνου δὲ περιιόντος, γίνεται τῷ Ἀκάμαντι υἱὸς Μώιτος. ὃν ὑπ' Αἴθρας τραφέντα μετὰ Τροίας ἅλωσιν, διεκόμισεν ἐπ', οἴκου. καὶ αὐτὸν θηρεύοντα ἐν Ὀλύνθῳ τῆς Θρᾴκης ὄφις ἀνεῖλεν.

DE PERIANDRI MATRE.

Cap. XVII.

FErtur & de Periandro Corinthio, quod primùm mitis ac benignus fue-

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΥ ΜΗΤΡΟΣ.

ΚΕΦ. ιζ.

ΛΈγεται δὲ καὶ Περίανδρον τὸν Κορίνθιον, τὸ μὲν ἀρχὴν ἐπιεικῆ τε καὶ πρᾶον

εἶναι· ὕστερον δὲ φονικώτερον γενέσθαι, δι' αἰτίαν τήνδε. ἡ μήτηρ αὐτοῦ κομιδῇ νέου, πολλῷ κατείχετο, καὶ τέως ἀνεπίμπλατο τῆς ἐπιθυμίας, περιπλεκομένη τῷ παιδί. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, τὸ πάθος ἐπὶ μεῖζον ηὔξετο, καὶ κατέχειν νόσον οὐκ ἔτι οἵα τε ἦν, ἕως ἀποτολμήσασα προσφέρει λόγους τῷ παιδί. ὡς αὐτοῦ γυνή τις ἐρῴη, τῶν πάνυ καλῶν. παρεκάλει τε αὐτὸν, μὴ περιορᾶν αὐτὴν περαιτέρω καταξαινομένην. ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον, οὐκ ἔφη φθερεῖν ἐζευγμένην γυναῖκα, ὑπό τε νόμων καὶ ἐθῶν· λιπαρῶς δὲ προσκειμένης τῆς μητρὸς, συγκατατίθεται. καὶ ἐπειδὴ νὺξ ἐπῆλθεν εἰς ἣν ἐτέτακτο τῷ παιδὶ, προεδήλωσεν αὐτῷ, μήτε νύκτα φαίνειν ἐν τῷ θαλάμῳ, μήτε ἀνάγκην αὐτῇ ἐπάγειν πρὸς τὸ διαλεχθῆναί τι· ἐπιπροσθεῖσθαι γὰρ αὐτὴν ὑπ' αἰδοῦς. καθομολογησαμένου δὲ τοῦ Περιάνδρου πάντα ποιήσειν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῆς μητρὸς, ὡς ὅτι κράτιστα αὐτὴν ἀσκήσασα, εἰσέρχεται παρὰ τὸν παῖδα.

rit, poſteà verò crudelior factus ſit, eam ſanè ob cauſam: Mater ejus eum valdè adhuc juvenem vehementer ſecum continebat, eò uſque etiam ut, ejus amore implexa in concupiſcentiam ipſius veniret. Progreſſu autem temporis malum ſemper increſcebat, adeò ut ſe ampliùs continere non poſſet. Quare confidenti animo puerum his verbis alloquitur: Eſſe videlicet fœminam quandam formoſam planè, quæ eum immodicè amet, quare ſuadeat ne illam deſpiceret, ac ſe ulteriùs adfligere ſinat. Periander verò primùm ſe corrupturum negabat eam quæ eſſet conjuncta viro, præter leges & publicos mores. Cùm autem ſupplicibus verbis inſtare non ceſſaret, ſe facturum recepit. Poſtquàm itaque nox ſtatuta veniſſet, admonuit ipſum, ne lumen ad thalamum inferret, neque cogeret etiam ad alloquium, atque id pudori illius condonaret. Is ergo cùm pollicitus eſſet omnia ſe facturum quæ mater injunxerat, ipſa pulcherrimè adornata ad filium

ingreditur, ac priusquam aurora illucesceret, clàm rursùs exit. Sequenti verò die interrogat filium, quomodo placuerit ei amica, & numne velit illam rursùs se accedere. Periander verò se illud meditari respondit, non modicéque se erga illam affici. Quare ab hoc tempore non cessabat sæpè ad filium redire, ita ut tandem cupido Periandrum caperet, atque diligentiam ipse adhiberet, quò cognosceret, quæ tandem homo ei congrediens esset, atque aliquandiu apud matrem precibus impetrare studuit, quo apud illam obtineret, ut in mutuum colloquium veniret, atque ut ejus cujus desiderio flagraret, aliquam notitiam haberet. Nunc sanè se rem omnino difficilem ac ingratã perpeti, inquiens, quòd ne contueri quidem eam permitteret, cui jam multo tempore fuerit congressus: verùm eùm id fieri posse ob verecundiam fœminæ mater omninò negaret, ipse aliquem ex ministris lumen in cubiculo occulere jubet. Et cùm ea pro consuetudine accederet, ac

καὶ πρὶν ἢ ὑποφαίνειν ἕω, λαθραίως ἔξεισιν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀναπυνθανομένης αὐτῆς εἰ κατὰ νοῦν αὐτῷ γένοιτο, καὶ εἰ αὖθις λέγει αὐτὴν παρ' αὐτὸν ἀφικέσθαι, ὁ Περίανδρος σπουδάζειν τε ἔφη, καὶ ἡσθῆναι οὐ μετρίως. ὡς δὲ τοῦτο οὐκ ἀνίει φοιτῶσα πρὸς τὸν παῖδα, καί τις ἔρως ἐπῄει τὸν Περίανδρον, ἤδη σπουδὴν ἐτίθετο γνωρίσαι τὴν ἄνθρωπον ἥτις ἦν. καὶ ἕως μέν τινος ἐδεῖτο τῆς μητρὸς ἐξικετεῦσαι ἐκείνην, ὅπως τε εἰς λόγους αὐτῷ ἀφίκοιτο. καὶ ἐπειδὴ εἰς πολὺν πόθον ἐπάγοιτο αὐτὸν, δήλη πότε γένηται. νυνὶ δὲ παντάπασι πρᾶγμα ἄγνωμον πάσχειν, διὰ τὸ μὴ ἐφίεσθαι αὐτῷ καθορᾶν τὴν ἐκ πολλοῦ χρόνου συνοῦσαν αὐτῷ· ἐπεὶ δὲ ἡ μήτηρ ἀπεῖργεν, αἰτιωμένη τὴν αἰσχύνην τῆς γυναικὸς, κελεύει τινὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν οἰκετῶν λύχνα κατακρύψαι. τῆς δὲ κατὰ τὸ σύνηθες ἀφικομένης, καὶ μελλούσης κα-

συγκλίνεσθαι, ἀναδραμὼν ὁ Περίανδρος, ἀναιρεῖ τὸ φῶς. καὶ κατιδὼν τὴν μητέρα, ὥρμησεν ἐπὶ τὸ διεργάσασθαι αὐτήν. κατασχεθεὶς δὲ ὑπό τινος δαιμονίου φαντάσματος, ἀπετράπετο. κἀκ τούτου, παραπλὴξ ἦν, νοῦ τε καὶ φρενῶν. κατέσκηψέ τε εἰς ὠμότητα, καὶ πολλοὺς ἀπέσφαξε τῶν πολιτῶν. ἡ δὲ μήτηρ, πολλὰ κατολοφυραμένη τὸν αὐτῆς δαίμονα, ἀνεῖλεν ἑαυτήν.

ΠΕΡΙ ΝΕΑΙΡΑΣ.

ΚΕΦ. ιη.

Ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν α΄ τῶν περὶ τοὺς καιρούς.

Ὑψικρέων δὲ Μιλήσιος καὶ Προμέδων Νάξιος, μάλιστα φίλοι ἤστην. ἀφικομένου οὖν ποτε Προμέδοντος εἰς Μίλητον, θατέρου λέγεται τὴν γυναῖκα Νέαιραν ἐρασθῆναι αὐτοῦ. καὶ παρόντος μὲν τοῦ Ὑψικρέοντος μὴ τολμᾶν αὐτὴν διαλέγεσθαι τῷ ξένῳ· μετὰ δὲ χρόνον, ὡς ὁ μὲν Ὑψικρέων ἐτύγχανεν ἀποδημῶν, ὁ δὲ αὖθις ἀφί-

condormire pararet, exurgens Periander producit lumen, atque cùm videt esse matrem, præ animi impotentia transverberare eam statuit: sed à quodam genio subitò adparente retractus, à facto temperavit, ac ex eo tempore mente perculsus insanivit, in crudelitatémque incidit, & multos suorum civium mactavit. Mater verò multùm super genio suo lamentata, seipsam interemit.

DE NEÆRA.

CAP. XVIII.

Scribit Theophrastus in lib. I. περὶ τοὺς καιρούς.

Hypsicreon Milesius & Promedon Naxius magni invicem amici erant. Cùm ergo tempore quodam Promedon in Miletum venisset, alterius uxorem Neæram ferunt adamasse, atque ob præsentiam Hypsicreontis non ausam fuisse sermonem cum hospite conferre. Contigit autem aliquando Hypsicreontem de domo proficisci, atque illum alterum rursùs in Mi-

letum redire. Quare ad eum dormientem noctu accedit Neæra, & sperabat sanè primùm eum persuaderi posse. Sed cùm ille nihil concederet, reveritus communem amicitiam & hospitalitatis munus, Neæra famulis demandat, quo thalamum concludant: atque sic multis inductionibus uso, coegit eum sibi misceri: Sequenti verò die valdè malum facinus se patrasse ratus, instructâ navi abiit in Naxum. Posteà autem & ipsa Neæra ob timorem Hypsicreontis navigavit in Naxum. Quam cùm isthic quæsivisset Hypsicreon, supplicem invenit sedentem in templo Vestæ in Prytaneo. Naxij autem petenti Hypsicreonti daturos se eam negabant; concesserunt autem ut à se persuasam ultrò abduceret. Hypsicreon verò impium quiddam admittere timens, ad Milesios redit, eósque ut Naxiis bellum inferant, persuadet.

κετο, νύκτωρ αὐτοῦ κοιμωμένου ἐπεισέρχεται ἡ Νεαίρα. καὶ πρώτη μὲν, οἵατε ἦν πείθειν αὐτόν. ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος οὐκ ἐδίδου, διά τε ἑταιρήϊον καὶ ξένιον αἰδούμενος, προσέταξεν Νεαίρα ταῖς θεραπαίναις ἀποκλεῖσαι τὸν θάλαμον. καὶ οὕτως πολλὰ ἐπαγωγὰ ποιούσης, ἠναγκάσθη μιγῆναι αὐτῇ. τῇ μέν τοι ὑστεραίᾳ δεινὸν ἡγησάμενος εἶναι τὸ πραχθὲν, ᾤχετο πλέων ἐπὶ τῆς Νάξου. ἔνθα καὶ ἡ Νεαίρα δείσασα τὸν Ὑψικρέοντα, διέπλευσεν τὴν Νάξον. καὶ ἐπειδὴ αὐτὴν ἐζήτει ὁ Ὑψικρέων, ἱκέτις προσκαθίζετο ἐπὶ τῆς ἑστίας τῆς ἐν τῷ Πρυτανείῳ. οἱ δὲ Νάξιοι λιπαροῦντι τῷ Ὑψικρέοντι ἐκδώσειν μὲν οὐκ ἔφασαν· ἐκέλευον μέν τοι πείσαντα αὐτὴν ἄγειν. δόξας δὲ ὁ Ὑψικρέων ἀσεβεῖσθαι, πείθει Μιλησίους πολεμεῖν τοῖς Ναξίοις.

ΠΕΡΙ ΠΑΓΚΡΑΤΟΥΣ.

ΚΕΦ. ιθ.

Ἱστορεῖ Ἀνδρίσκος ἐν Ναξιακῶν β.

Σκέλλις τε καὶ Κασσάμενος Κήτορος οἱ Θρᾷκης, ὁρμήσαντες ἀπὸ νήσου, τῆς πρότερον μὲν Στρογγύλης, ὕστερον δὲ Νάξου κληθείσης, ἐληίζοντο μὲν τήν τε Πελοπόννησον, καὶ τὰς πέριξ νήσους· προσσχόντες δὲ Θεσσαλίᾳ, πολλάς τε ἄλλας γυναῖκας κατέσυραν· ἐν δὲ καὶ τὴν Ἀλωέως γυναῖκα Ἰφιμέδην, καὶ θυγατέρα αὐτῆς Παγκρατώ. ἧς ἀμφότεροι εἰς ἔρωτα ἀφικόμενοι, ἀλλήλους κατέκτειναν.

DE PANCRATO.

CAP. XIX.

Scribit Andriscus de rebus Naxicis libro secundo.

Scellis & Cassamenos Cetoris filij Thracensis concitatâ navi ab insula Strongyle priùs, nunc verò Naxo dicta prodierunt, deprædatíque sunt Peloponnesum & circumjacentes insulas; aggressi autem Thessaliam, multas fœminas secum abduxerunt, inter quas Iphimedam Halotei uxorem, ejúsque filiam Pancrato, in cujus amore ambo perplexi mutuo se interemerunt.

ΠΕΡΙ ΑΙΡΟΥΣ.

ΚΕΦ. κ.

Λέγεται δὲ καὶ Οἰνοπίωνος καὶ νύμφης Ἑλίκης, Αἱρὼ κόρην γενέσθαι. ταύτης δὲ Ὠρίωνα τὸν Ὑριέως ἐρασθέντα, παρ᾽ αὐτοῦ παραιτεῖσθαι τὴν κόρην. καὶ διὰ ταύτην, τήν τε νῆσον ἐξημερῶσαι, τότε θηρίων ἀνάπλεων οὖσαν. λείαν τε πολλὴν περιελαύνοντα

DE HAERO.

CAP. XX.

Refertur quoque Hæro puellam fuisse Oenopionis & nymphæ Helices filiam, eámque ipsam ab Horione Hyriei filio adamatam, petitámque à parente ejus Oenopione, ejúsque gratiâ insulam cicurem factam esse, quæ tum feris multis erat referta, nimirùm cùm magnam

prædam ipſarum à ſe captarum pro dote offerret. Verùm Oenopione ſemper nuptias differente, quòd eum ſibi generum adſciſcere dedignaretur, Horionem præ ebrietate amentem factum thalamum confregiſſe, in quo puella cubabat, atque ob id factum coactum eſſe ab Oenopione ſibi oculos exuri.

τῶν προσχώρων, ἕδνα διδόναι. τοῦ μέν τοι Οἰνοπίωνος ἑκάστοτε ὑπερτιθεμένου τὸν γάμον, διὰ τὸ ἀποστυγεῖν αὐτῷ γαμβρὸν τοιοῦτον γενέσθαι, ὑπὸ μέθης ἐκφρενα γενόμενον τὸν Ὠρίωνα, καταπάξαι τὸν θάλαμον, καὶ ἔνθα ἡ παῖς ἐκοιμᾶτο, καὶ βιαζόμενον, ἐκκαῦσαι τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπὸ τοῦ Οἰνοπίωνος.

DE PISIDICE.

Cap. XXI.

Fertur etiam de Achille, eum cùm inſtructis navibus pertingentes ad continentem inſulas depopularetur, acceſſiſſe ad Leſbon quoque, atque in ſingulis urbibus captis omnia diripuiſſe ac trucidaſſe. Cùm autem Methymnæ incolæ potenti manu ei reſiſterent, in magna conſilii inopia poſitus fuit, quòd putaret impoſſibile eſſe urbem capere. Tum ſanè puellam Methymnæam Piſidicem nomine regis filiam, Achillem à muro conſpexiſſe, ac mox amore illius correptam, nutricem ad eum

ΠΕΡΙ` ΠΕΙΣΙΔΙΚΗΣ.

ΚΕΦ. κα.

Λέγεται δὲ καὶ ὅτι Ἀχιλλεὺς πλέων τὰς προσεχεῖς τῇ Ἠπείρῳ νήσους ἐπόρθει, προσχεῖν αὐτὸν Λέσβῳ· ἔνθα δὴ καθ' ἑκάστην τῶν πόλεων αὐτὸν ἐπιόντα κεραΐζειν. ὡς δὲ Μήθυμναν οἰκοῦντες μάλα κρατερῶς ἀντεῖχον, καὶ ἐν πολλῇ ἀμηχανίᾳ ἦν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἑλεῖν τὴν πόλιν, Πεισιδίκην τινὰ Μηθυμναίαν τοῦ βασιλέως θυγατέρα, θεασαμένην ἀπὸ τοῦ τείχους τὸν Ἀχιλλέα, ἐρασθῆναι αὐτοῦ, καὶ οὕτως τὴν τροφὸν διαπεμψαμένην, ὑ-

πισχνεῖσθαι ἐγχειρίσειν αὐτῷ τὴν πόλιν, εἴ γε μέλλοι αὐτὴν γυναῖκα ἕξειν. ὁ δὲ τὸ μὲν παραυτίκα καθωμολογήσατο. ἐπεὶ μέντοι ἐγκρατὴς πόλεως ἐγένετο, νεμεσήσας ἐπὶ τῷ δρασθέντι, προὐτρέψατο τοὺς στρατιώτας καταλεῦσαι τὴν κόρην. μέμνηται τοῦ πάθους τοῦδε, καὶ ὁ τὴν Λέσβου κτίσιν ποιήσας, ἐν τοῖσδε,

Ἐνθάδε Πηλείδης κατὰ μὲν κτάνε Λάμπεδον ἥρω,
Ἐκ δ' Ἱκετάονα πέφνεν. Ἰθαγενέος Λεπετύμνου
Υἱέα. Μηθύμνης τε καὶ ἀλκηέστατον ἄλλων,
Αὐτοκασίγνητον Ἑλικάονος ἔνδοθι πάτρης
Τηλίκον Ὑψίπυλον, θαλερὴ δέ μιν ἄασε Κύπρις.
Ἣ γὰρ ἐπ' Αἰακίδῃ κούρην φρένας ἐπτοίησε
Πεισιδίκην, ὅτε τόν γε μετὰ προμάχοισιν Ἀχαιῶν,
Χάρμῃ ἀγαλλόμενον θηέσκετο. πολλὰ δ' ἐς ὑγρὴν
Ἠέρα χεῖρας ἔτεινεν, ἐελδομένη φιλότητος.
Εἶτα μικρὸν ὑποβάς.
Δέκτο μαὶ αὐτίκα λαὸν Ἀχαϊκὸν ἔνδοθι πάτρης,

misisse, quæ polliceretur tradituram se illi urbem, si quidem velit ipsam habere pro uxore. Achilles itaque statim promisit. Postquam autem civitatem obtinuisset, indignatus ob factum, exhortatus est milites, ut puellam lapidibus obruerent. Meminit autem hujus facti etiam is qui Lesbi conditionem scripsit his sanè versibus.

Hic ubi Pelides Heronem occidit, & ipsum
Post Hicetaonem Ithageneo natum Lepetynno,
Methymnæ & cunctum germen, qui robore vicit
Fratrem uterinum Helicaonis in medio urbis
O qualem Hypsipylon! Veneris sed facta maligna
Qualia sunt? námque Æaciden conspexit ubi ipsum
Pisidice hic primos interfuit altus Achivos
Viribus exultans, & fortis robore dextra:
In cœlum extensis manibus cupit esse maritum.

Nec ita longè pòst subjungit:

Excepit populum, reseratis undique portis,

Stulta

Stulta puella intra patriam, dulcésque parentes
Sustinuit mactari, oculis & cernere siccis
Ferrea fœmineam gestantem vincula turbam,
Distrahi & ad naves, promissis læta in Achillis.
Scilicet ut glaucæ Thetidis nurus sit, & extent
Æacidæ affines, Phthiorum & regna gubernet
Magni victoris conjunx. Sed nescia quod non
Hæc facturus erat. Nam cladi innexuit atræ
Vna hanc, cum patria. thalamum sic intrat Achillis,
Argivûm infœlix manibus prostrata jacens nunc,
Cunctorum unanimi consensu & adobruta saxis.

DE NANIDE.

CAP. XXII.

Historia est & apud Licymnium Chium Lyricum Poëtam, & apud Hermesianactem.

RElatum & illud est ab aliquibus, Sardiorum arcem a Cyro Persarum rege captam esse, prodente illam

Παρθενικὴ κληῖδας ὑποχλίσασα πυλάων.
Ἔτλη δ' εἴσιν ἰδέσθαι ἐν ὀφθαλμοῖσι τοκῆας
Χαλκῷ ἐληλαμένους, καὶ δείλια δεσμὰ γυναικῶν
Ἑλκομένων ἐπὶ νῆας. ὑποσχέσιος Ἀχιλλῆος,
Ὄφρα νόος γλαυκῆς Θέτιδος πέλοι. ὄφρα οἱ ἦεν
Πενθεροὶ Αἰακίδαι, φθίη δ' ἐνδώματα ναίοι.
Ἀνδρὸς ἀριστῆος πινυτὴ δάμαρ. οὐδ' ὅγ' ἔμελλε
Τὰ ῥέξειν, ὀλοῇ δὲ ἐπαγάσσετο πατρίδος οἴτῳ,
Ἔνθ' ἥγ' αἰνότατον γάμον εἴσιδε Πηλείδαο
Ἀργείων ὑπὸ χερσὶ δυσάμμορος. οἱ μὲν ἔπεφνον,
Πανσυδίῃ θαμινῆσιν ἀράσσοντες λιθάδεσσιν.

ΠΕΡῚ ΝΑΝΙΔΟΣ.

ΚΕΦ. κϐ.

Ἡ ἱστορία παρὰ Λικυμνίῳ τῷ Χίῳ μελοποιῷ, καὶ Ἑρμησιάνακτι.

ΕΦασαν δέ τινες καὶ τὴν Σαρδίων ἀκρόπολιν, ὑπὸ Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως ἁλῶναι, προδούσης

τῆς Κροίσου θυγατρὸς Νανίδος. ἐπειδὴ γὰρ ἐπολιόρκει Σάρδεις Κῦρος, καὶ οὐδὲν αὐτῷ εἰς ἅλωσιν τῆς πόλεως προὔβαινεν, ἐν πολλῷ τε δέει ἦν, μὴ ἀθροισθὲν τὸ συμμαχικὸν αὐτῆς τοῦ Κροίσου, διαλύσειεν αὐτῷ τὴν στρατιάν, τότε τὴν παρθένον ταύτην εἶχε λόγος περὶ προδοσίας συνθεμένην τῷ Κύρῳ, εἰ κατὰ νόμους Περσῶν ἕξει γυναῖκα αὐτήν, κατὰ τὴν ἄκραν μηδενὸς φυλάσσοντος δι' ὀχυρότητα τοῦ χωρίου εἰσδέξασθαι τοὺς πολεμίους, συνεργῶν αὐτῇ καὶ ἄλλων τινῶν γενομένων. τὴν μέντοι Κῦρον μὴ ἐμπεδῶσαι αὐτῇ τὴν ὑπόσχεσιν.

Crœſi filia Nanide. Cùm enim Sardes obſideret Cyrus, neque ulla ſpes capiendæ urbis adfulgeret, vehementérque timeret, ne ab auxiliaribus Crœſi copiis exercitus ſuus diſſolveretur: tunc ſanè puellam hanc curiosè adeò cum Cyro de proditione pepigiſſe, ut ſi quidem juxta Perſarum ritum ſe vellet uxorem, cuſtode nullo in ſuprema arcis parte præſente, per ipſam loci munitionem hoſtes intromitteret, unà cum quibuſdam aliis, quarum operâ in hac re velit uti. Verùm Cyrum pactis non ſtetiſſe.

ΠΕΡΙ` ΧΕΙΛΩΝΙΔΟΣ.

ΚΕΦ. κγ.

Κλεώνυμος ὁ Λακεδαιμόνιος βασιλείου γένους ὤν, καὶ πολλὰ κατορθωσάμενος Λακεδαιμονίοις, ἔγημε Χειλωνίδα, προσήκουσαν αὐτῷ κατὰ γένος. ταύτῃ σφοδρῶς ἐπιτεταγμένου τοῦ Κλεωνύμου, καὶ τὸν ἔρωτα οὐκ ἠρέμα φέροντος, τοῦ μὲν κατηλόγει. πᾶσα δὲ ἀνέκειτο

DE CHILONIDE.

Cap. XXIII.

Cleonymus Lacedæmonius regii generis adoleſcens, & qui multa præclara facinora apud Spartanos deſignaverat, uxorem duxit Chilonidem genere ſibi cognatam. Quam cùm vehementer contineret, impatientérque amaret, ab ea deſpectus eſt: tota autem teneba-

tur amore Acrotati filij regis. Etenim adolescens is palàm eam deperibat, ut omnibus in ore esset eorum consuetudo. Quam rem gravatè ferens Cleonymus, & qui aliàs Lacedæmoniorum mores non probaret, ad Pyrrhum abiit in Epirum, ipsúmque persuadet ut aggrediatur Peloponnesum: futurum enim ut si acriter bellum urgeant, facilè urbes in eo expugnent. Dixit etiam rem sibi præmeditatam esse, ut & victus bellici certa ratio ei sit adfutura.

Ἀκροτάτῳ τῷ τοῦ βασιλέως υἱεῖ. καὶ γὰρ ὁ μειρακίσκος αὐτῆς ἀναφανδὸν ὑπεκαίετο, ὡς τε πάντας ἀνὰ στόμα ἔχειν τὴν ὁμιλίαν αὐτῶν. δι' ἣν αἰτίαν δυσαναχετήσας ὁ Κλεώνυμος, καὶ ἄλλως δὲ οὐκ ἀρεσκόμενος τοῖς Λακεδαιμονίοις ἤθεσιν, ἐπεραιώθη πρὸς Πύῤῥον εἰς Ἤπειρον, καὶ αὐτὸν ἀναπείθει πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου. ὡς εἰ καὶ ἐντόνως ἅψαιντο τοῦ πολέμου, ῥᾳδίως ἐκπολιορκήσοντες τὰς ἐν αὐτοῖς πόλεις. ἔφη δὲ καὶ αὐτῷ τι ἤδη προδιειργάσθαι, ὥστε καὶ στάσιν ἐγγενέσθαι τισὶ τῶν πολεμίων.

DE HIPPARINO.

CAP. XXVI.

Hipparinus Syracusiorum tyrannus in amorem incidit valdè pulchri pueri nomine Achæi. Eum itaque pollicitationibus multis inductum persuadet, relictâ paternâ domo, secum cohabitare. Progressu autem temporis, cùm hostium incursio in quasdam subjectas sibi regiones fuisset annunciata, oporterétque eum ob id ce-

ΠΕΡΙ' Ι'ΠΠΑΡΙ'ΝΟΥ.

ΚΕΦ. ιϛ.

Ἱππαρῖνος δὲ Συρακοσίων τύραννος εἰς ἐπιθυμίαν ἀφίκετο πάνυ καλοῦ παιδός· Ἀχαιὸς αὐτῷ ὄνομα. τοῦτον ἐξαλλάγμασι πολλοῖς ὑπαγόμενος, πείθει τὴν οἰκίαν ἀπολιπόντα, σὺν αὐτῷ μένειν. χρόνου δὲ προϊόντος, ὡς πολεμίων τις ἔφοδος προσηγγέλη πρός τι τῶν ὑπ' ἐκείνου κατεχομένων χωρίων, καὶ ἔδει κατὰ τάχος

βοηθεῖν, ἐξορμῶν ὁ Ἱππαρῖνος παρεκελεύετο τῷ παιδὶ, εἴ τις ἐντὸς τῆς αὐλῆς βιάζοιτο, κατακαίνειν αὐτὸν τῇ σπάθῃ, ἣν ἐτύγχανεν αὐτῷ κεχαρισμένος. καὶ ἐπειδὴ συμβαλὼν τοῖς πολεμίοις, κατὰ κράτος αὐτοὺς εἷλεν, ἐπὶ πολὺ οἶνον ἐσπάσατο καὶ συνουσίαν. ἐκκαιόμενος δὲ ὑπὸ μέθης καὶ πόθου τοῦ παιδὸς, ἀφίππασεν εἰς τὰς Συρακούσας, καὶ παραγενόμενος ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἔνθα τῷ παιδὶ παρεκελεύσατο μένειν, ὃς μὲν ἦν, οὐκ ἐδήλου· θετταλίζων δὲ τῇ φωνῇ, τὸν Ἀχαιὸν ἔφησεν ἀποκτονηκέναι. ὁ δὲ παῖς διαγανακτήσας, σκότους ὄντος, παίει καιρίαν τὸν Ἱππαρῖνον. ὁ δὲ τρεῖς ἡμέρας ἐπιβιοὺς, καὶ τοῦ φόνου τὸν Ἀχαιὸν ἀπολύσας, ἐτελεύτησεν.

lerrimè ferre auxilium, Hipparinus alacri quidem animo abiit, puero autem præcepit ut si quis intra aulam vim ei inferre pararet, eum ense occideret, quem ea gratia ei donaverat. Posteà autem ubi cum hostibus congressus, robore suo eos sustulisset, multo vino inebriatus, Veneris adpetens factus est. Quare præ ebrietate ac desiderio pueri penitùs ardens eques ad Syracusas rediit, ingressúsque domum, ubi puerum ipse manere jusserat, quisnam esset non indicabat: Thessalica autem simulatâ voce Achæum adoriebatur. Puer ergo indignatus, proprium herum Hipparinum in tenebris ferit: qui triduo quidem supervixit, & ubi Achæum à cæde sua immunem declarasset, è vita decessit.

ΠΕΡΙ' ΦΑΥΛΛΟΥ.

ΚΕΦ. κε.

Ἱστορεῖ καὶ Φύλαρχος.

DE PHAYLLO.

CAP. XXV.

Scribit & Phylarchus.

Φάϋλλος δὲ τύραννος, ἠράσθη τῆς Ἀρίστωνος γυναικὸς, ὃς Οἰταίων προεστάτης ἦν. οὗτος διαπεμπόμενος

Phayllus tyrannus Aristonis Oetæorum præfecti uxorem amavit. Itaque per internuntium auri & argenti

vim magnam se daturum pollicebatur, jussitque dicere quacunque saltem indigeret re, nihil enim frustrà à se eam petituram esse. Illa ergo multo desiderio monilis tenebatur, illius scilicet quod in templo Minervæ providæ suspensum erat, quod Eryphyles fuisse ferebatur, vehementérque se dignam videri cupiebat, quæ hoc munus ab eo acciperet. Quare Phayllus, detractis reliquis ex Delphis oblationibus, aufert etiam monile, ídque in domum Aristonis delatum, aliquandiu quidem gestabat ejus uxor valdè gloriabunda: non longè verò posteà casus accidit consimilis planè illis quæ de Eriphyle narrantur. Minor enim natu filius ejus furore correptus, domum incendit, matrémque simul cum plurimis opibus exussit.

περὶ αὐτὴν, χρυσόν τε πολλὴν καὶ ἄργυρον ἐπηγγέλλετο δώσειν· εἴτε τινὸς ἄλλου δέοιτο, φράζειν ἐκέλευεν, ὡς οὐχ ἁμαρτησομένην. τὴν δ' ἄρα πολὺς εἶχε πόθος ὅρμου, τοῦ τότε κειμένου ἐν τῷ τῆς προνοίας Ἀθηνᾶς ἱερῷ, ὃν εἶχε λόγος Ἐριφύλης γεγονέναι, ἠξίου τε ταύτης τῆς δωρεᾶς τυχεῖν. Φάϋλλος δὲ τά τε ἄλλα κατασύρων ἐκ Δελφῶν, ἀναθήματα, ἀναιρεῖται καὶ τὸν ὅρμον. ἐπεὶ δὲ διεκομίσθη εἰς οἶκον τὸν Ἀρίστωνος, χρόνον μέν τινα ἐφόρει αὐτὸν ἡ γυνὴ, μάλα περίπυστος οὖσα. μετὰ δὲ ταῦτα, παραπλήσιον αὐτῇ πάθος συνέβη τῶν περὶ τὴν Ἐριφύλην γενομένων. ὁ γὰρ νεώτερος τῶν υἱῶν αὐτῆς μανεὶς, τὴν οἰκίαν ὑφῆψε, καὶ τήν τε μητέρα καὶ τὰ πολλὰ τῶν κτημάτων κατέφλεξε.

ΠΕΡΙ' ΑΠΡΙΑΤΗΣ.

ΚΕΦ. κϛ.

Ἱστορεῖ Εὐφορίων Θρᾳκί.

ἘΝ Λέσβῳ παιδὸς Ἀπριάτης Τράμβηλος ὁ Τελαμῶνος ἐρασθεὶς, πολλὰ ἐποιεῖτο εἰς τὸ προσαγαγέσθαι τὴν κόρην. ὡς δ' ἐκείνη οὐ πάνυ ἐνεδίδου, ἐνενόει τὴν δόλῳ καὶ ἀπάτῃ περιγενέσθαι αὐτῆς. πορευομένην οὖν ποτε σὺν θεραπαινιδίοις ἐπί τι τῶν πατρῴων χωρίων, ὃ πλησίον τῆς θαλάσσης ἔκειτο, λοχήσας εἷλεν. ὡς δὲ ἐκείνη πολὺ μᾶλλον ἀπεμάχετο περὶ τῆς παρθενίας, ὀργισθεὶς Τράμβηλος, ἔρριψεν αὐτὴν εἰς τὴν θάλασσαν. ἐτύγχανεν δὲ ἀγχιβαθὴς οὖσα. καὶ ἡ μὲν ἄρα οὕτως ἀπολώλει· τινὲς μέντοι ἔφασαν, διωκομένην ἑαυτὴν ῥῖψαι. Τράμβηλον δὲ οὐ πολὺ μετέπειτα, τίσις ἐλάμβανεν ἐκ θεῶν. ἐπειδὴ γὰρ Ἀχιλλεὺς ἐκ τῆς Λέσβου πολλὴν λείαν ἀποτεμόμενος ἤγαγε, οὗτος ἐπαγομένων αὐτὸν τῶν ἐγχωρίων βοηθὸν, συνίσταται αὐτῷ. ἔνθα δὴ πληγεὶς

DE APRIATE.

CAP XXVI.

Scribit Euphorion ad Thracem.

TRambelus Thelamonis filius Apriates puellæ in Lesbo amore captus, multa faciebat, quò puellam illectaret. Verùm cùm illa nihilo mitior fieret, meditabatur dolo ac fraude eam circumvenire. Euntem itaque aliquando unà cum ancillis in paternum rus puto, non procul à mari situm, ex insidiis adortus deprehendit, & cùm illa multò magis pro virginitate sua tutanda obluctaretur, iratus Trambelus projecit eam in altum valdè tum existens mare, & sic quidem interiit illa. Quanquam alij scripserint eam ob persecutionem Trambeli seipsam præcipitasse. Porrò Trambelum non longè pòst ultio quoque deorum sequuta est. Cùm enim Achilles multam ex Lesbo prædam partam abduceret, ille ab indigenis ad auxilium ferendum inductus, contra Achillem se opposuit. Vbi sanè in pectore vulnera-

tus statim concidit. Admiratus autem robur ejus Achilles spirantem adhuc interrogavit, quis & unde esset? cúmque cognovisset eum Telamonis esse filium, in multo luctu ei tumulum effodit, qui adhuc hodie Heroum Trambeli adpellatur.

DE ALCINOE.

Cap. XXVII.

Scribit & Mœro in execrationibus.

CIrcumfertur quoque de Alcinoë sermo, Polybi Corinthii filia fuit illa, uxor autem Amphilochi Dryantis. Eam scilicet ob amorem Samii cujusdam hospitis Xanthi nomine insanivisse, atque id irata ei contigisse Minerva, quòd à se mercede conductam mulierculam, artis texendi doctam Nicandram, quæ totum annum in ejus opere fuerat, postremùm ædibus expulisset, neque integram mercedem persolvisset. Illam verò Minerva sæpiùs precibus invocata, ultionem petiisse ob injustam præmii privationem. Undè sanè in

εἰς τὰ στέρνα, παραχρῆμα πίπτει. ἀγάμενος δὲ τῆς ἀλκῆς αὐτὸν Ἀχιλλεὺς, ἔτι ἔμπνουν ἀνέκρινεν ὅς τις τε εἴη, καὶ ὁπόθεν. ἐπεὶ δὲ ἔγνω παῖδα Τελαμῶνος ὄντα, πολλὰ κατοδυρόμενος, ἐπὶ τῆς ἠϊόνος μέγα χῶμα ἔχωσε. τοῦτο ἔτι νῦν Ἡρῷον Τραμβήλου καλεῖται.

ΠΕΡῚ ἈΛΚΙΝΟΗΣ.

ΚΕΦ. κζ.

Ἱστορεῖ Μοιρὼ ἐν ταῖς ἀραῖς.

ἜΧει δὲ λόγος καὶ Ἀλκινόην τὴν Πολύβου μὲν τοῦ Κορινθίου θυγατέρα, γυναῖκα δὲ Ἀμφιλόχου τοῦ Δρύαντος, κατὰ μῆνιν Ἀθηνᾶς ἐπιμανῆναι ξένῳ Σαμίῳ, Ξάνθος αὐτῷ ὄνομα. ἐπὶ μισθῷ γὰρ αὐτὴν ἀγαγομένην χερνῆτιν γυναῖκα Νικάνδρην, καὶ ἐργασαμένην ἐνιαυτὸν, ὕστερον ἐκ τῶν οἰκείων ἐλάσαι, μὴ ἐντελῆ τὸν μισθὸν ἀποδοῦσαν. τὴν δὲ ἀράσασθαι πολλὰ Ἀθηνᾷ, τίσασθαι αὐτὴν ἀντ᾽ ἀδίκου στερήσεως. ὅθεν εἰς το-

τοσοῦτον τῆς μανίας ἐλθεῖν, ὥστε ἀπολιπεῖν οἶκον τὸ καὶ παῖδας ἤδη γεγονότας, συνεκπλεῦσαί τε τῷ Χαίνθῳ. γενομένην δὲ κατὰ μέσον πόρον, ἔννοιαν λαβεῖν τῶν εἰργασμένων, καὶ αὐτίκα πολλά τε δάκρυα προΐεσθαι, καὶ ἀνακαλεῖν ὅτε μὲν ἄνδρα κουρίδιον, ὅτε δὲ τοὺς παῖδας. τέλος δὲ πολλὰ τοῦ Χαίνθου παρηγοροῦντος, καὶ φαμένου γυναῖκα ἕξειν μὴ πειθομένην, ῥίψαι ἑαυτὴν εἰς θάλασσαν.

tantam insaniam inciderit, ut relictâ domo & filiis nuper genitis, nave abiret unà cum Xantho. In medio autem cursu cùm rem altiùs memoria repeteret, multas lachrymas profudisse, ac inclamasse nunc quidem juvenem domi maritum, nunc etiam natos. Ad finem verò Xantho multa promittente, ac se eam pro uxore habiturum spondente, illam nullis verbis placatam seipsam præcipitasse in mare.

ΠΕΡΙ ΚΛΕΙΤΗΣ.

ΚΕΦ. κη.

Ἱστορεῖ Εὐφορίων Ἀπολλοδώρῳ, τὰ ἑξῆς Ἀπολλώνιος Ἀργοναυτικῶν ᾱ.

Διαφόρως δὲ ἱστορεῖται περὶ Κυζίκου τοῦ Αἰνέου. οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἔφασαν ἁρμοσάμενον Λάεισαν τὴν Πιάσου, ᾗ ὁ πατὴρ ἐμίγη πρὸ γάμου, μαχόμενον ἀποθανεῖν· τινὲς δὲ προσφάτως γήμαντα Κλείτην, συμβαλεῖν δι' ἄγνοιαν τοῖς μετὰ Ἰάσονος ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς πλέουσι. καὶ οὕτως πεσόντα,

DE CLITE.

CAP. XXVIII.

Scribit Euphorion Apollodoro, & Apollonius Argonauticõn quarto.

Diversimodè autem narratur de Cyzico Æneæ filio. Aliqui enim dixerunt in concilianda sibi Larisa Piasi filia, quam pater ante nuptias adamarat, pugnantem obiisse. Aliqui autem cùm recens uxorem duxisset Cliten, congressum per ignorantiam aiunt cum illis qui in Argo navi cum Jasone navigaverunt, atque sic interiisse,

ac

ac omnibus ingens sui desiderium reliquisse, maximè autem ipsi Clitæ. Prostratum enim ipsum conspicata, amplexa est, ac vehementer lamentata, noctu verò clàm ancillis, ab arbore quadam se suspendit.

DE DAPHNIDE.

Cap. XXIX.

Scribit Timæus de rebus Siculis.

IN Sicilia Daphnis Mercurii filius fistulicen bonus, sed deformi specie præditus erat. Is in frequentiam hominum non veniebat, verùm circa Ætnam boum pastor & hyemis & æstatis tempore in agro pernoctabat. Hujus amore aiunt Echenaidem nympham captam, injunxisse ei ne cuiquam mulieri se adplicaret. Si enim non obediret, futurum ut oculis privetur. Ille itaque aliquandiu fortiter restitit, quamvis à plurimis vehementer impeteretur. Postremùm autem una ex Siculis reginis multo vino eum inficiens, in concu-

πᾶσι μεγάλως ἀλγεινὸν πόθον ἐμβαλεῖν, ἐξόχως δὲ τῇ Κλείτῃ. ἰδοῦσα γὰρ αὐτὸν ἐρριμμένον, περιεχύθη, καὶ πολλὰ κατωδύρατο. νύκτωρ δὲ λαθοῦσα τὰς θεραπαινίδας, ἀπό τινος δένδρου ἀνήρτησεν.

ΠΕΡΙ` ΔΑΦΝΙΔΟΣ.

ΚΕΦ. κθ.

Ἱστορεῖ Τίμαιος Σικελικοῖς.

ΕΝ Σικελίᾳ δὲ, Δάφνις Ἑρμοῦ παῖς ἐγένετο, σύριγγι δή τε δεξιῶς χρήσασθαι, καὶ τὴν ἰδέαν ἐκπρεπής. οὗτος εἰς μὲν τὸν πολὺν ὅμιλον ἀνδρῶν, οὐ κατῄει· βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Αἴτνην χείμαζέ τε καὶ θέρους, ἠγραύλει. τοῦτον λέγουσιν Ἐχεναΐδα νύμφην ἐρασθεῖσαν, παρακελεύσασθαι αὐτῷ γυναικὶ μὴ πλησιάζειν. μὴ πειθομένου γὰρ αὐτοῦ, συμβήσεσθαι τὰς ὄψεις ἀποβαλεῖν. ὁ δὲ, χρόνον μέν τινα καρτερῶς ἀντεῖχεν, καί περ οὐκ ὀλίγων ἐπιμαινομένων αὐτῷ. ὕστερον δὲ μία τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν βασιλίδων, οἴνῳ πολλῷ δηλησαμένη αὐτὸν, ἤγαγεν

εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῷ μιγῆναι. καὶ οὗτος ἐκ τοῦδε, ὁμοίως Θαμύρᾳ τῷ Θρακὶ, δι' ἀφροσύνην ἐπεπήρωτο.

piſcentiam induxit, ut cum ea commiſceretur: atque ab hoc tempore ille ſimili modo, quo Thrax Thamyras, per inſipientiam oculis caruit.

ΠΕΡΙ' ΚΕΛΤΙΝΗΣ.

ΚΕΦ. λ.

Λέγεται δὲ καὶ Ἡρακλέα ὅτε ἀπ' Ἐρυθείας τὰς Γηρυόνου βοῦς ἤγαγεν, ἀλώμενον διὰ τῆς Κελτῶν χώρας, ἀφικέσθαι παρὰ Βρεταννόν. τῷ δὲ ἄρα ὑπάρχειν θυγατέρα, Κελτίνην ὄνομα. ταύτην δὲ ἐρασθεῖσαν τοῦ Ἡρακλέους, κατακρύψαι τὰς βοῦς, μὴ θέλειν τε ἀποδοῦναι, εἰ μὴ πρότερον αὐτῇ μιχθῆναι. τὸν δὲ Ἡρακλέα, τὸ μέν τοι καὶ τὰς βοῦς ἐπειγόμενον ἀνασώσασθαι, πολὺ μᾶλλον τὸ κάλλος ἐκπλαγέντα τῆς κόρης, συγγενέσθαι αὐτῇ. καὶ αὐτοῖς χρόνου περιήκοντος γενέσθαι παῖδα Κελτὸν, ἀφ' οὗ δὴ Κελτοὶ προσηγορεύθησαν.

DE CELTINE.

CAP. XXX.

Referunt Herculem cùm ab Erythia Gerionis boves abduceret, per Celtarum regionem penetraſſe ac perveniſſe ad Bretannum, cui filia fuerit Celtine adpellata. Eam autem Herculis amore incenſam, occultaſſe illi boves, neque reddere voluiſſe, niſi priùs cum ea coiret. Herculem autem boves ſuas recipere cupidum, multò verò magis puellæ formâ concitatum, cum ea coiviſſe, natúmque eis poſt temporis revolutionem filium nomine Celtum, à quo ſanè poſteà Celtæ ſunt appellati.



DE DIMOETA.

CAP. XXXI.

Scribit etiam Phylarchus.

Fertur de Dimœta quoque, eum ambiisse quidem Trœzenis fratris filiam Evopin: cùm autem perciperet ipsam ob vehementem amorem cum fratre rem habere, indicasse id Trœzeni. Illam ergo ob timorem & pudorem seipsam suspendisse, multa mala priùs imprecatam ei qui hujus calamitatis sibi fuisset causa. Unde sanè non multo tempore pòst Dimœten in mulierculam quandam incidisse specie valdè pulchram, quæ à marinis fluctibus erat ejecta, atque cum ea cupidè penitùs congressum esse. Cujus corpus cùm ob longum situm marcesceret, ingentem ei tumulum extruxisse. atque cùm ne sic quidem remitteret dolor, insuper seipsum mactasse.

ΠΕΡΙ ΔΙΜΟΙΤΟΥ.

ΚΕΦ. λα.

Ἱστορεῖ Φύλαρχος.

Λέγεται δὲ καὶ Διμοίτην, ἁρμόσασθαι μὲν Τροιζῆνος τοῦ ἀδελφοῦ θυγατέρα Εὐῶπιν. αἰσθανόμενος δὲ συνοῦσαν αὐτὴν διὰ σφοδρὸν ἔρωτα τῷ ἀδελφῷ, δηλῶσαι τῷ Τροιζῆνι. τὴν δὲ διὰ τὸ δέος καὶ αἰσχύνην, ἀναρτῆσαι αὐτήν, πολλὰ πρότερον λυπηρὰ καταρασαμένην τῷ αἰτίῳ τῆς συμφορᾶς. ἔνθα δὴ τὸν Διμοίτην μετ᾽ οὐ πολὺν χρόνον ἐπιτυχεῖν γυναικὶ μάλα καλῇ τὴν ὄψιν ὑπὸ τῶν κυμάτων ἐκβεβλημένῃ. καὶ αὐτῆς εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθόντα, συνεῖναι. ὡς δὲ ἤδη ἐνεδίδου τὸ σῶμα διὰ μῆκος χρόνου, χῶσαι αὐτῇ μέγαν τάφον, καὶ οὕτως μὴ ἀνιέμενον τοῦ πάθους, ἐπικατασφάξαι αὐτόν.

ΠΕΡῚ ΑΝΘΙΠΠΗΣ.
ΚΕΦ. λϐ.

trem implevit multo cibo ac vino : cúmque bellua appropinquaret, ea evomit. Quæ leo famelicus devorans, vini è ſtupido ſopore obrutus : & Phylius brachio, cui veſtem ſuam circumvolverat, in os inſerto, leonem ſuffocavit : ſublatúmque in humeros, ad Cygnum attulit, noménque apud homines illuſtre eo facinore ſibi paravit. Sed Cygnus alium adhuc difficiliorem ei laborem injunxit. Erant ea in regione vultures mønſtroſæ magnitudinis, qui multos homines interficiebant: hos eum vivos capere, & ad ſe perducere quavis ratione juſſit. Dubitante Phylio quomodo hoc mandatum conficeret, divinitùs evenit, ut aquila raptum leporem, ſemianimémque eódem dejiceret, non perlatum ad nidum. Phylius, direpto lepore, ſanguine ejus ſe implevit, & humi procubuit. Itaque vultures ad eum ut mortuum devolarunt: quorum ille duos pedibus arreptos tenuit, atque ad Cy-

gnum pertulit. Tertium ei
hic, prioribus adhuc magis
arduum impoſuit laborem :
taurum ab armento jubens
manu abducere ad aram Jo-
vis. Phylius cùm perficien-
dæ hujus rei rationem nul-
lam inveniret , Herculis
auxilium imploravit. Voto
facto , duo ei tauri apparue-
runt , qui propter vaccam ,
quam uterque ardebat , pu-
gnantes ſe mutuò in terram
proſternebant : cúmque e-
languiſſent , Phylius alte-
rum pede correptum ad a-
ram uſque attraxit. Volun-
tate autem Herculis * ne-
gligere mandata pueri. Ac-
cidit hoc graviſſimum Cy-
gno , quod ſe , quod mini-
mè opinatus erat fore , con-
temptum videret. Itaque
præ mœrore animi ſeipſum
abjecit in Conopam lacum,
viderìque inter homines de-
ſiit. Eodémque etiam ſe
Thyria mater , filij mortem
non ferens , præcipitavit :
ambóque in aves mutati
ſunt in lacu , Apollinis nu-
tu. Ab iis quoque lacus Cy-
gnea appellata eſt : ac tem-
pore arationis multi ibi vi-

τὸν Κύκνον· ὁ δὲ αὐτῷ τρίτον
ἔτι χαλεπώτερον ἆθλον ἐπέ-
ταττεν· ἐκέλευε τὸν ἀπαγαγεῖν
ταῦρον ἐκ ἀγέλης ταῖς χερσὶ
λαβόντα μέχρι πρὸς τὸν βω-
μὸν τὸν τοῦ Διός· ὁ δὲ Φύλιος
ἀμηχανῶν , ὅτι χρήσεται
πρὸς τὸ ἐπίταγμα , εὔξατο
συλλαβέσθαι αὐτῷ τὸν Ἡρακλέα·
καὶ πρὸς τὴν εὐχὴν ταύτην
ἐφάνησαν δύο ταῦροι περὶ
μίαν οἰστρήσαντες βοῦν, καὶ τοῖς
κέρασι τύπτοντες ἀλλήλους ,
κατέβαλον εἰς τὴν γῆν· ὁ δὲ
Φύλιος ἐπειδὴ παρείθησαν τὸν
ἕτερον ταῦρον ἀναψάμενος ἐκ
τοῦ σκέλους , ἀπήγαγεν ἄχρι
πρὸς τὸν βωμόν· βουλήσει δὲ τοῦ
Ἡρακλέους ἀμελῆσαι τῶν ἐπι-
ταγμάτων τοῦ παιδός· τῷ δὲ
Κύκνῳ παρέστη δεινὸν ἀτιμω-
θέντι παρὰ τὴν δόξαν· ἀθυμή-
σας δὲ κατέβαλεν ἑαυτὸν εἰς
τὴν Κονώπην λεγομένην λίμ-
νην , καὶ ἠφανίσθη· πρὸς δὲ
τὸν θάνατον αὐτοῦ , καὶ Θυρίη ἡ
μήτηρ κατέβαλεν ἑαυτὴν εἰς
τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ λίμνην· καὶ
ἐγένοντο βουλῇ Ἀπόλλωνος
ὄρνιθες ἀμφότεροι ἐν λίμνῃ·
ἀφανισθέντων δὲ καὶ ἡ λίμνη με-
τωνομάσθη, καὶ ἐγένετο Κυκνείη,
καὶ πολλοὶ ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ ἀρότου ἐν-

ταῦθα φαίνονται Κύκνοι. πλησίον δὲ κεῖται καὶ τὸ τοῦ Φυλίου σῆμα.

suntur olores. Propè extat etiam Phylij monimentum.

ΑΣΠΑΛΙΣ.

ΚΕΦ. ιγ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων β.

Διὸς καὶ νύμφης Ὀθρηΐδος ἐγένετο παῖς Μελιτεύς· τοῦτον ἡ μήτηρ ἐξέθηκεν εἰς τὴν ὕλην κατὰ δέος Ἥρας, ὅτι αὐτῇ Ζεὺς ἐμίχθη· ὁ δὲ παῖς Διὸς βουλῇ οὐκ ἠφανίσθη· ἀλλ' ηὔξετο τρεφόμενος ὑπὸ μελισσῶν· ἐνέτυχε δὲ αὐτῷ ποιμαίνων πρόβατα, Φάγρος ὁ Ἀπόλλωνος καὶ Ὀθρηΐδος νύμφης, ἥπερ ἔτεκε Μελιτέα τὸν ἐν τῇ ὕλῃ παῖδα· θαυμάσας δὲ πρὸς τὸν ὄγκον τοῦ σώματος καὶ ἔτι πλέον πρὸς τὰς μελίσσας, ἀνείλετο καὶ ἀπήνεγκεν εἰς τὰ οἰκία, καὶ ἔτρεφεν ἐν πολλῇ σπουδῇ, θέμενος αὐτῷ Μελιτέα ὄνομα, διότι ὑπὸ μελισσῶν ἐτράφη· ὑπῆλθεν αὐτὸν καὶ χρησμὸς, ἐν ᾧ ποτε θεὸς εἶπε σώζειν ὁμόγνιον ὄντα τὸν ὑπὸ τῶν μελισσῶν τρεφόμενον. ὁ δὲ παῖς ἐπεὶ τάχιστα ἠνδρώθη, ἀνὴρ ἐγένετο γενναῖος, καὶ πλεί-

ASPALIS.

CAP. XIII.

Nicander in Heter.

Meliteus, Jove & nympha Othreide natus est: Eum mater, Junonis metu, quòd cum Jove concubuisset, in sylvam exposuit. Puer Jovis voluntate servatus, & ab apibus nutritus, adolevit. In eum oves pascens incidit Phagrus, frater ejus uterinus, Apollinis F. miratúsque molem corporis, magísque etiam apum facinus, secum eum domum transtulit, magnóque studio educavit: imposito Melitei nomine, quòd esset ab apibus nutritus. Venit ei etiam oraculi in mentem, quo illum Deus aliquando salutem fratri ab apibus nutrito allaturum monuerat. Puer simul atque virilem attigit ætatem, præclarè se gessit, plurimísque

vicinorum præfuit : & in Phtia urbem Melitam condidit. Extitit in urbe tyrannus violentus atque contumeliosus , cujus adeò nomen incolæ non edunt:peregrini Tartarum appellabant. Is , si quâ ejus loci virgo ob formæ pulchritudinem celebraretur , vi eam ante nuptias abductam vitiabat. Atque eo tum tempore ministros jusserat adducere sibi Aspalidem , Argæi non ignobilis viri filiam. Quæ rei fama divulgata, ante adventum eorum quibus abducendi sui negotium erat datum , seipsam suspendit. Facto adhuc latente frater puellæ Astygites jurat, priusquàm sororis corpus deponeret , se in tyrannum vindicaturum. Illicò vestem Aspalidis induit , gladióque ad sinistrum latus abdito , quòd adolescens etiamnum esset , nemine sexum è vultu agnoscente , in domum tyranni pervenit , eúmque nudum incustoditúmque interfecit. Melitenses Astygitem coronâ decorant, Pæanásq; accinendo deducunt.

ςων ἦρξε περιοίκων, καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐν τῇ Φθίᾳ προσαγορεύσας Μελίτην· ἐν ταύτῃ τῇ Μελίτῃ τύραννος ἐγένετο βίαιος καὶ ὑβριστής· ὃν οἱ μὲν ἐπιχώριοι οὐδ' ὀνομάζουσι· ὑπὸ δὲ τῶν ξένων Τάρταρος ἐκαλεῖτο. οὗτος εἴ τις διαβοηθείη παρθένος ἐπὶ κάλλει τῶν ἐγχωρίων, ἀπῆγεν αὐτήν. καὶ ἐμίγνυτο πρὸ γάμου κατὰ βίαν. τότε δ' οὖν εἴρητο πρὸς τοὺς θεράποντας ἀπάγειν Ἀσπαλίδα τὴν θυγατέρα τὴν Ἀργαίου τῶν οὐκ ἀσήμων· ἡ δὲ παῖς ὡς ἔκπυστος ὁ λόγος ἐγένετο, πρὶν ἀφικέσθαι τοὺς ἀπάξοντας αἰήρτησεν ἑαυτήν· τῆς δὲ πράξεως οὔπω διαβοηθείσης ἀδελφὸς ὁ τῆς Ἀσπαλίδος Ἀστυγίτης ὤμοσεν, ὅτι πρότερον τίσεται τὸν τύραννον ἢ τὸ σῶμα καθαιρήσει τὸ τῆς ἀδελφῆς. ἐνδὺς δὲ τάχιστα τὴν στολὴν τῆς Ἀσπαλίδος, καὶ κρύψας παρὰ τὸ εὐώνυμον πλευρὸν τὸ ξίφος, ἔλαθε πρὸς τὴν ὄψιν αὐτίπαις ὤν. παρελθὼν δὲ εἰς τὰ οἰκία γυμνὸν ὄντα καὶ ἀφύλακτον τὸν τύραννον, κτείνει· οἱ δὲ Μελιτεῖς τὸν μὲν Ἀστυγίτην ἐστεφάνουν, καὶ κατὰ Παιάνων προσ-

πεμπον· τὸ δὲ σῶμα τοῦ τυράννου καταπόντωσαν, εἰς ποταμὸν ἐμβαλόντες, ὃν ἔτι νῦν ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου Τάρταρον καλοῦσι. τὸ δὲ σῶμα τῆς Ἀσπαλίδος ἐξερευνῶντες πάντα τρόπον ὅπως κηδεύσωσιν ἐπισήμως, οὐκ ἠδυνήθησαν εὑρεῖν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἠφανίσθη κατὰ θεόν· ἀντὶ δὲ τοῦ σώματος ἐφάνη ξόανον παρὰ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἑστηκός· ὀνομάζεται δὲ τοῖς ἐγχωρίοις τοῦτο τὸ ξόανον Ἀσπαλὶς ἀμειλήτη ἑκαέργη, ᾧ καθ' ἕκαστον ἔτος αἱ παρθένοι χίμαρον ἄθορον ἐκκρήμνων, ὅτι καὶ ἡ Ἀσπαλὶς παρθένος οὖσα, ἑαυτὴν ἀπηγχόνισεν.

Cadaver tyranni in flumen demergunt, quod ab eo usque tempore hodiéque Tartarum vocant. Corpus autem Aspalidis ad honestam sepulturam summo studio requirentes, nuspiam invenire potuerunt, quòd id Deus de medio sustulisset. Loco autem corporis statua juxta Dianæ stans apparuit: ídque simulacrum incolæ Aspalidem vocant, Ameiletam, & Hecaergam: & quotannis virgines hœdum intactum in ejus honorem, præcipitem dabant, quòd & Aspalis virgo seipsam suspendisset.

ΜΟΥΝΙΚΟΣ.
ΚΕΦ. ιδ.

Μούνιχος ὁ Δρύαντος ἐβασίλευσε Μολοσσῶν, καὶ ἐγένετο μάντις ἀγαθὸς, καὶ ἀνὴρ δίκαιος ἔσχεν δὲ παῖδας ἐκ Ληλάντης Ἄλκανδρον ἀμείνονα μάντιν ἑαυτοῦ καὶ Μεγαλύτορα, καὶ Φίλαιον, καὶ θυγατέρα Ὑπερίππην. τούτους γενομένους πάντας ἀγαθοὺς καὶ δικαίους ἐφίλησαν οἱ θεοί. ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν νυκτὸς

MVNICHVS.
CAP. XIV.

Molossorum rex fuit Munichus Dryantis filius, vates egregius, idémque vir justus. Is è Lelanta filios habuit, Alcandrum, qui vaticinio præstabat: Megalytorem, Philæum, filiámque Hyperippam. Eos omnes ob probitatem dij dilexerunt. Quadam nocte eos latrones subitò in agris circum-

circumvenerunt, cúmque pugnæ impares de turribus se defenderent, ignémque latrones domibus injicerent: Jupiter, habitâ pietatis eorum ratione, miserrimâ morte perire non est passus, sed in aves transmutavit. Et Hyperyppa quidem, quoniam ignem fugiens, aquam subiit, facta est fulica. Cæteri ex igne evolarunt, Munichus buteo, Alcander orchilus factus. Megaletor & Philæus, quòd ignem fugientes per parietem ad terram se demisissent, in exiguas aviculas abierunt: hic in eam quæ canis dicitur, ille in ichneumonem: mater in piponem, quæ culices muliones legit. Cum hac bellum est aquilæ & erodio, quorum ova confringit, dum quercum cædit propter culices. Vivúntque unà reliqui in sylvis & latebris, fulica ad lacus & mare obversante.

ἐπελθόντες λῃσταὶ συνελάμβανον· οἱ δὲ ἐκ τῶν πύργων ἔβαλλον· οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοῖς ἰσόμαχοι, πῦρ ἐνέβαλλον οἱ κλῶπες εἰς τὰ οἰκία Ζεὺς δ' οὐ περιεῖδεν αὐτοὺς ὁσιότητος ἕνεκα, τελευτήσαντας, οἰκτίστῳ θανάτῳ· μετέβαλε δὲ πάντας εἰς ὄρνιθας· καὶ Ὑπερίππη μὲν ἐπεὶ φυγοῦσα τὸ πῦρ, εἰς ὕδωρ κατέδυ, γέγονεν αἴθυια, οἱ δὲ ἄλλοι ἐκ τοῦ πυρὸς ἀνέπτησαν· Μούνιχος μὲν τριόρχης γενόμενος· Ἄλκανδρος δὲ ὀρχίλος· Μεγαλήτωρ δὲ καὶ Φιλαῖος, ὅτι τὸ πῦρ φεύγοντες διὰ τοῦ τοίχου παρὰ τὴν γῆν ἔδυσαν, ἐγένοντο μικροὶ δύο ὄρνιθες. καὶ ἔστιν μὲν αὐτῶν ἰχνεύμων· Φιλαῖος δ' ὀνομάζεται κύων· ἡ δὲ μήτηρ αὐτῶν ἐγένετο κνιπολόγος πιπώ· πρὸς ταύτην ἀετῷ πόλεμός ἐστι καὶ ἐρωδιῷ· κατάγνυσι γὰρ αὐτῶν τὰ ᾠὰ ἀνακόπτουσα τὴν δρῦν διὰ τοὺς κνῖπας· καὶ εἰσιν οἱ μὲν ἄλλοι σύνορμοι ἐν ὕλῃ καὶ παρὰ κευθμῶνας· αἴθυια δὲ ἐφοίτα πρὸς λίμνας τε καὶ θαλάσσῃ.

ΜΕΡΟΠΙΣ.

ΚΕΦ. ιε.

Εὐμήλου τοῦ Μέροπος ἐγένοντο παῖδες ὑπερήφανοι καὶ ὑβρισταὶ, Βύσσα καὶ Μεροπὶς, καὶ Ἄγρων· καὶ ᾤκουν κατὰ τὴν Μεροπίδα νῆσον· ἡ δὲ γῆ πλεῖστον ὅτι αὐτοῖς ἐξέφερε καρπὸν, μόνην θεῶν ἐτίμων, καὶ ἐπιμελῶς γῆν ἠργάζοντο· οὔτε ἀνθρώπων οὐδενὶ συνῆλθον, οὔτε εἰς ἄστυ κατιόντες, οὔτε πρὸς εἰλαπίνας καὶ θεῶν ἑορτάς. ἀλλ᾽ εἰ μὲν Ἀθηνᾷ τις ἱερὰ ποιῶν ἐκάλεσεν τὰς κόρας, ἀπέλεγεν ὁ ἀδελφὸς τὴν κλῆσιν· οὐ γὰρ ἀγαπᾶν ἔφη γλαυκὴν θεὸν, ὅτι ταῖς αὐταῖς κόραις ὀφθαλμὸς εἰῆν μέλας· ἐχθαίρειν δὲ παράπαν γλαῦκα τὴν ὄρνιν· εἰ δὲ καλῷεν παρὰ τὴν Ἄρτεμιν, νυκτίφοιτον ἔλεγε μισεῖν θεόν· εἰ δὲ πρὸς Ἑρμοῦ σπονδὰς, κλέπτην ἔλεγεν οὐ τιμᾶν θεόν· καὶ οἱ μὲν πλειστάκις ἐκερτόμουν. Ἑρμῆς δὲ καὶ Ἀθηνᾶ καὶ Ἄρτεμις χολούμενοι νυκτὸς

MEROPIS.

Cap. XV.

Liberos habuit Eumelus Meropis filius, superbos & injuriosos. Byssa, Meropis, & Agron ij erant: habitabántque Con insulam Meropidem. Iis terra plurimos edebat fructus: quia hanc solam deorum venerabantur, solúmque diligenter colebant. His nulli erant cum hominibus congressus, neque vel in urbem intrabant, vel solennes epulas & festos Diis dies obibant. Nam sive puellæ ad rem Minervæ sacram faciendam invitarentur, frater recusabat, gratas cæsiæ deæ sorores suas nigris præditas oculis negans, sibíque invisam omninò esse ululam avem aiens: sive ad Dianæ sacrificium vocarentur, deam se odisse dicebat. noctambulam: sive ad Mercurij libationes, furem deum à se non honorari dicebat. Cùm nullum maledicendi finem facerent, irati Mercurius, Minerva &

Diana, ad eorum ædes pervenerunt, hæ virginum formâ, ille paſtoris habitum ferens, Eumelum & Agronem compellans ad convivium invitabat, quòd ipſe cum ceteris paſtoribus Mercurio rem ſacram feciſſet: ſimulque hortabatur, ut Byſſam & Meropidem in lucum Minervæ & Dianæ ad æquales mitterent. Cum his auditis Meropis nomen Minervæ afficeret contumeliâ, in aviculam ululam ab ea mutatur. Byſſa nomen ſuum retinuit, facta Leucotheæ avis. Agron auditâ re, veru arrepto, accurrit: eum Mercurius transformat in charadriam; Eumelum quoque ob mutatum filium ſibi convicium facientem, in corvum nocturnum, ſeu cicumam convertit, avem malorum nunciam.

ἐπέστησαν αὐτῶν τοῖς οἴκοις· Ἀθηνᾶ μὲν καὶ Ἄρτεμις ἐοικυῖαι κόραις· Ἑρμῆς δὲ ποιμένος ἔχων στολήν· καὶ τὸν Εὔμηλον καὶ τὸν Ἄγρωνα προσαγορεύσας παρεκάλει παρατυχεῖν εἰς δαῖτα· διδόναι γὰρ ἱερὰ μετὰ τῶν ἄλλων ποιμένων Ἑρμῇ· Βύσσαν δὲ καὶ Μερόπιδα πρὸς τὰς ὁμήλικας ἔπειθεν ἐκπέμπειν εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ Ἀρτέμιδος ἄλσος, καὶ ταῦτα μὲν εἶπεν Ἑρμῆς. Μεροπὶς δ᾽ ὡς ἤκουσεν ἐξύβρισε πρὸς τὸ ὄνομα τῆς Ἀθηνᾶς· ἡ δὲ αὐτὴν ἐποίησεν ὀρνίθιον γλαῦκα· Βύσσα δὲ τῷ αὐτῷ ὀνόματι λέγεται, καὶ ἔστι Λευκοθέας ὄρνις. Ἄγρων δ᾽ ὡς ἐπύθετο ἁρπάσας ὀβελὸν ἐξέδραμεν· Ἑρμῆς δ᾽ αὐτὸν ἐποίησε χαραδριόν· Εὔμηλος δὲ τὸν Ἑρμῆν δ᾽ ἐνείκεσεν, ὅτι μετεμόρφωσεν αὐτοῦ τὸν υἱόν· ὁ δὲ κἀκεῖνον ἐποίησε νυκτικόρακα κακάγγελον·



ΟΙΝΟΗ.

ΚΕΦ. ιϛ.

Ἱστορεῖ Βοῖος ἐν Ὀρνιθογονίας β.

ΠΑρὰ τοῖς λεγομένοις ἀνδράσι Πυγμαίοις ἐγένετο παῖς ὄνομα Οἰνόη, τὸ μὲν εἶδος οὐ μεμπτή, ἄχαρις δὲ τὸ ἦθος καὶ ὑπερήφανος· πάντη φροντὶς οὐδεμία ἐγίνετο τῆς Ἀρτέμιδος οὐδὲ Ἥρας· γαμηθεῖσα δὲ Νικοδάμαντι τῶν πολιτῶν ἑνὶ μετρίῳ καὶ ἐπιεικεῖ ἔτεκε παῖδα Μόψον. καὶ αὐτῇ Πυγμαῖοι πάντες κατὰ φιλοφροσύνην πλεῖστα δῶρα πρὸς τὴν γένεσιν τοῦ παιδὸς ἀπήνεγκαν. Ἥρα δὲ μεμφθεῖσα τὴν Οἰνόην, ὅτι αὐτὴν οὐκ ἔτιμα, γέρανον αὐτὴν ἐποίησεν, καὶ τὸν αὐχένα μακρὸν εἵλκυσε· καὶ ἀπέδειξεν ὑψιπετῆ ὄρνιθα· καὶ πόλεμον ἐνέβαλεν αὐτῇ τε καὶ τοῖς Πυγμαίοις· Οἰνόη δὲ διὰ τὸν πόθον τοῦ παιδὸς Μόψου, περιεπέτετο τὰ οἰκία, καὶ οὐκ ἐξέλιπε. Πυγμαῖοι δὲ καθοπλισάμενοι πάντες, ἐδίωκον αὐτήν· καὶ ἐκ τούτου ἔτι καὶ νῦν Πυγμαίοις καὶ γεράνοις πόλεμος ἀνέστηκε.

OENOE.

CAP. XVI.

Bœus in Ornithogonia.

APud Pygmæos puella fuit Oenoë, forma non contemnenda, cæterùm moribus invenuſtis & ſuperbis: & quæ nihil neque Dianam, neque Junonem curaret. Nupta Nicodamanti, mediocri & probo civi, filium peperit Mopſum: ob cujus natales Pygmæi univerſi, benevolentiæ ergò, plurimis eam donis affecerunt. Sed Juno Oenoæ infenſa, quæ nullo honore ipſam dignaretur, in gruem eam mutavit, collúmque in longum protraxit, altivolantémque avem fecit: intérque eam & Pygmæos bellum excitavit. Oenoë autem deſiderio filij Mopſi, abſque intermiſſione domos circumvolitavit, quam Pygmæi omnes, armis ſumptis, profligarunt. Atque ab eo tempore in huncuſque diem inter Pygmæos & grues bellum eſt.

LEUCIPPUS.

CAP. XVII.

Nicander Heter. secundo.

Filia Eurytij F. Spartonis Galatea, Phæsti Critæ nupsit Lampro Pandionis F. viro natalibus non obscuris, sed inopi. Is cùm uxor gravida esset, voto masculam sibi prolem expetens, edixit mulieri, si filiam peperisset, uti ne eam tolleret: simul ad oves pascendas digressus: Galatea filiam partu edidit; & miserta infantis, solitudinémque familiæ reputans, insomniis adstipulantibus, & ariolis pro filio eam educare jubentibus, Lamprum decepit, filium se enixam professa: puellámque nomine Leucippi affectam, tanquám filius si esset, enutriit. Cùm adolevisset puella, & ineffabili esset pulchritudine, metuens sibi à marito Galatea, cùm res diutiùs tegi non posset, in fanum Latonæ confugit: multísque à Dea precibus

ΛΕΥΚΙΠΠΟΣ.

ΚΕΦ. ιζ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων β.

Γαλάτεια ἡ Εὐρυτίου τοῦ Σπάρτωνος ἐγήματο Φαίστῳ τῆς Κρήτης Λάμπρῳ τῷ Πανδίονος, ἀνδρὶ τὰ μὲν εἰς γένος εὖ ἔχοντι, βίου δὲ ἐνδεεῖ· οὗτος ἐπειδὴ ἐγκύμων ἦν ἡ Γαλάτεια, ηὔξατο μὲν ἄρρενα γενέσθαι αὐτῷ παῖδα· προηγόρευσε δὲ τῇ γυναικὶ, ἐὰν γεννήσῃ κόρην ἀφανίσαι· καὶ οὗτος μὲν ἀπιὼν ἐποίμαινεν τὰ πρόβατα, τῇ δὲ Γαλατείᾳ θυγάτηρ ἐγένετο, καὶ κατοικτείρασα τὸ βρέφος, καὶ τὴν ἐρημίαν τοῦ οἴκου λογισαμένη, συλλαμβανόντων δ' ἔτι τῶν ὀνείρων καὶ μάντεων, οἳ προηγόρευον τὴν κόρην ὡς κόρον ἐκτρέφειν, ἐψεύσατο τὸν Λάμπρον ἄρρεν λέγουσα τεκεῖν, καὶ ἐξέτρεφεν ὡς παῖδα κοῦρον ὀνομάσασα Λεύκιππον· ἐπεὶ δὲ ηὔξετο ἡ κόρη, καὶ ἐγένετο ἄφατόν τι κάλλος, δείσασα τὸν Λάμπρον ἡ Γαλάτεια, ὡς οὐκ ἐνῆν ἔτι λαθεῖν, κατέφυγεν εἰς τὸ τῆς Λητοῦς ἱερὸν, καὶ πλεῖστα τὴν θεὸν

ἱκέτευεν, εἴ πως αὐτῇ κόρος ἡ παῖς ἀντὶ τῆς θυγατρὸς δύναιτο γενέσθαι, καθάπερ ὅτι Καινὶς μὲν Ἄτρακος οὖσα θυγάτηρ, βουλῇ Ποσειδῶνος ἐγένετο Καινεὺς ὁ Λαπίθης· Τειρεσίας δὲ γυνὴ μὲν ἐξ ἀνδρὸς, ὅτι τοὺς ἐν τῇ τριόδῳ μιγνυμένους ὄφεις ἐντυχὼν, ἀπέκτεινεν, ἐκ δὲ γυναικὸς αὖτις ἀνὴρ ἐγένετο διὰ τὸ δράκοντα πολλάκις· πάνακτα δὲ καὶ Ὑπερμήστραν πιπρασκομένην ἐπὶ γυναικὶ μὲν αἴρεσθαι τίμον· ἄνδρα δὲ γενομένην Αἴθωνι τροφὴν ἀποφέρειν τῷ πατρί. μεταβαλεῖν δὲ καὶ τὸν Κρῆτα Σιπροίτην, ὅτι κυνηγῶν λουομένην ἴδεν τὴν Ἄρτεμιν· ἡ δὲ Λητὼ συνεχῶς ὀδυρομένην καὶ ἱκετεύσαν ᾤκτειρε τὴν Γαλάτειαν, καὶ μετέβαλε τὴν φύσιν τῆς παιδὸς εἰς κόρον· ταύτης ἔτι μέμνηνται τῆς μεταβολῆς Φαίστιοι· καὶ θύουσι Φυτίῃ Λητοῖ, ἥτις ἔφυσε μήδεα τῇ κόρῃ, καὶ τὴν ἑορτὴν Ἐκδύσια καλοῦσιν· ἐπεὶ τὸν πέπλον παῖς ἐξέδυ· νόμιμον δ' ἐστὶν ἐν τοῖς γάμοις προκατακλίνασθαι παρὰ τὸ ἄγαλμα τοῦ Λευκίππου.

contendit, si filia in marem mutari posset: sicut Cænis Atracis filia, Neptuni voluntate in Cæneum Lapitham abiit: & Tiresias ob interfectos in trivio coëuntes angues, de viro mulier fuit factus: rursúsque virilem sexum adeptus est, quia draconem sæpenumerò * Panastem autem & Hypermestram venditam pro muliere invenisse pretium: cùm autem in virum esset mutata, alimenta Aethoni patri attulisse. Cretensem quoque Siprœtam mutatum, cùm inter venandum lavantem vidisset Minervam. Latona continenter lamentantem & deprecantem miserata est Galateam, puellámque in puerum mutavit. Hujus mutationis etiamnum Phæstij meminerunt, Latonæque Phytiæ sacrificant, quòd virilia puellæ creaverit: festúmque Ecdysia appellant, quòd peplum puella exuerit. Lex quoque fert, ut in nuptiis priùs accumbant ad Leucippi statuam.

AEROPVS.

CAP. XVII.

Bœus 2. Orn.

HAbitavit Thebis (quæ eſt Bœotiæ urbs) Eumelus Eugnoti F. filiúſque fuit ei, Botres nomine. Pater magno opere Apollinem colebat. Quodam tempore Botres, cùm ei ſacris operanti adeſſet, cerebrum comedit, priuſquàm hoſtia eſſet aræ impoſita. Id cùm ſenſiſſet pater, per iram titionem ab ara raptum, capiti pueri impegit: qui ſanguine defluente collapſus palpitavit. Mater & pater, atque famuli, re conſpectâ, maximum ſuſtulerunt luctum. Sed Apollo patris, à quo in honore haberetur, miſertus, puerum in avem Aëropum mutavit: quæ cùm etiamnum in terra pariat, ſemper tandem volatum molitur.

ΗΕΡΟΠΟΣ.

ΚΕΦ. ιη.

Ἱστορεῖ Βοῖος ὀρνιθογονίας β.

ΕΥμηλος ὁ παῖς ὁ Εὐγνώτου κατῴκησεν ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτίαις, καὶ αὐτῷ παῖς ἐγένετο Βότρης ὄνομα· ἔτος ὁ Εὔμηλος ἐτίμα μεγαλοπρεπῶς τὸν Ἀπόλλωνα· καί ποτε θύοντος αὐτοῦ παρὼν ὁ παῖς Βότρης ἐδαίσατο τὸν ἐγκέφαλον τοῦ ἀρνὸς πρὶν ἐπὶ τὸν βωμὸν καταθῦσαι· μαθὼν δὲ τὸ γεγονὸς Εὔμηλος περιέκρουσε κατ᾽ ὀργὴν περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῷ τὸν δαλὸν ἀφελὼν ἐκ τοῦ βωμοῦ. καὶ ὁ παῖς καταρρυέντος τοῦ αἵματος, καταπεσὼν ἤσπαιρεν· ἡ δὲ μήτηρ ὡς ἴδεν καὶ ὁ πατὴρ καὶ οἱ θεράποντες, μέγιστον ἐποιήσαντο πένθος· Ἀπόλλων δὲ οἰκτείρας ἐπεὶ αὐτὸν Εὔμηλος ἐτίμα, ὄρνιθα ἐποίησε τὸν παῖδα Ἠέροπον, ὃς ἔτι νῦν τίκτει μὲν ὑπὸ γῆς, ἀεὶ δὲ μελετᾷ πέτεσθαι.

ΦΩΡΕΣ.

ΚΕΦ. ιθ.

Ἱστορεῖ Βοῖος ὀρνιθογονίας β.

ΕΝ Κρήτῃ λέγεται ἔστιν ἱερὸν ἄντρον μελισσῶν, ἐν ᾧ μυθολογοῦσι τεκεῖν Ῥέαν τὸν Δία, καί ἐστιν ὅσιον οὐδένα παρελθεῖν οὔτε θεὸν, οὔτε θνητόν· ἐν δὲ χρόνῳ ἀφωρισμένῳ ὁρᾶται καθ᾽ ἕκαστον ἔτος, πλεῖστον ἐκλάμπον ἐκ τοῦ σπηλαίου πῦρ. τοῦτο δὲ γίνεσθαι μυθολογοῦσιν, ὅτ᾽ ἂν ἐκζέῃ τὸ τοῦ Διὸς ἐκ τῆς γενέσεως αἷμα· κατέχουσι δὲ τὸ ἄντρον ἱεραὶ μέλιτται τροφοὶ τοῦ Διός. Εἰς τοῦτο παρελθεῖν ἐθάῤῥησαν Λαῖος, καὶ Κελεὸς, καὶ Κέρβερος, καὶ Αἰγωλιὸς, ὅπως πλεῖστον ἀφύσωνται μέλι· καὶ περιθέμενοι περὶ τὸ σῶμα πάντῃ χαλκὸν, ἀφύσαντο τοῦ μέλιτος τῶν μελισσῶν· καὶ τὰ τοῦ Διὸς ἴδον σπάργανα καὶ αὐτῶν ὁ χαλκὸς ἐῤῥάγη περὶ τὸ σῶμα· Ζεὺς δὲ βροντήσας ἀνέτεινε τὸν κεραυνόν· ἀλλὰ μοῖραι καὶ θέμις ἐκώλυσαν, οὐ τὸ ὡς ὅσιον ἦν θανεῖν οὐδένα· καὶ ὁ Ζεὺς πάντας αὐτοὺς ἐποίησεν ὄρνιθας· καὶ

FVRES.

CAP. XIX.

Bœus 2, Ornithogonia.

IN Creta fertur eſſe antrum apibus ſacrum, in quo fabulantur Jovem à Rhea editum partų: & vel deum, vel hominem quenquam præterire, eſt religio. Certo autem cujuſque anni tempore plurimus cernitur ex antro effulgens ignis: fieríque id fabulantur tum, cùm ſanguis de Jovis partu effervescit. Obtinent ſpeluncam eam ſacræ apes, Jovis nutrices. Hoc antrum intrare auſi ſunt Laias, Celeus, & Cerberus, & Aegolius, quamplurimi mellis exhauriendi causâ: & corporibus undique ære obtectis, mel apum hauſerunt, Jovíſque viderunt cunabula. Tum & æs circa eorum ruptum eſt corpora: & Jupiter intonuit, fulménque intendit: ſed eum Parcæ ac fas inhibuerunt, quod fas non eſſet eo loco quenquam mori. Ergo Jupiter eos omnes in avium naturam

tam transtulit: ab iisque sunt genera avium, quæ laij, colœoi, cerberi, & ægolij vocantur, súntque boni auspicij: & præ aliis rebus quod prædicunt, perficiunt, eò quòd Jovis sanguinem viderunt.

CLEINIS.

CAP. XX.

Bœus Ornith. 2. & Simmias Rhodius Apolline.

APud Babylonem Mesopotamiæ urbem habitavit Cleinis, vir diis charus, ac opulentus: boum, asinorum, oviúmque dives. Hunc mirum in modum dilexerunt Apollo ac Diana: ac sæpe cum istis diis venit ad templum Apollinis, quod est apud Hyperboreos, vidítque ei asinos immolari. Reversus Babylonem, intendit ipse quoque Hyperborico ritu Apollini sacrificare: asinorúmque magno numero victimas ad aram constituit. Supervenit Apollo, mortémque se illaturum minatus est (nisi

ὅθεν ἐξ αὐτῶν τὸ γένος τῶν οἰωνῶν λαῖοι, καὶ κολοιοὶ, καὶ κέρβεροι, καὶ αἰγωλιοί· καὶ εἰσὶν ἀγαθοὶ φανέντες, καὶ ἐπιτελεῖς περὶ τοὺς ἄλλους ὄρνιθας, ὅτι τοῦ Διὸς ἴδον τὸ αἷμα.

ΚΛΕΙΝΙΣ.

ΚΕΦ. κ.

Ἱστορεῖ Βοῖος β. καὶ Σιμμίας ὁ Ῥόδιος Ἀπόλλων.

ΤΗς λεγομένης Μεσοποταμίας περὶ Βαβυλῶνα πόλιν, ᾤκησεν ἀνὴρ θεοφιλὴς καὶ πλούσιος ὄνομα Κλεῖνις, ἔχων πολλοὺς βόας, καὶ ὄνους, καὶ πρόβατα. τοῦτον ἐκτόπως ἐφίλησεν Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις, καὶ πλειστάκις ὁμοῦ τοῖς θεοῖς τούτοις ἀφίκετο πρὸς τὸν ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν Ὑπερβορέοις, καὶ ἴδεν ἱερουργουμένας αὐτῷ τὰς θυσίας τῶν ὄνων· παραγενόμενος δὲ εἰς Βαβυλῶνα, καὶ αὐτὸς ἐβούλετο καθάπερ ἐν Ὑπερβορέοις ἱερὰ ῥέζειν τῷ θεῷ, καὶ τὴν ἑκατόμβην τῶν ὄνων ἔστησεν παρὰ τὸν βωμόν. Ἀπόλλων δὲ παραγενόμενος ἠπείλησεν ἀποκ-

τενεῖν αὐτὸν, εἰ μὴ παύσατο τῆς θυσίας ταύτης· καὶ κατὰ τὸ συνήθες αἶγας αὐτῷ, καὶ πρόβατα, καὶ βοῦς ἱεράσει. τὴν γὰρ τῶν ὄνων θυσίαν ἐν Ὑπερβορέοις ἀγομένην αὐτῷ καθ' ἡδονὴν εἶναι· καὶ ὁ Κλεῖνις δείσας τὴν ἀπειλὴν, ἀπήγαγεν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τοὺς ὄνους· καὶ τὸν λόγον ὃν ἤκουσεν, ἐξέφερε πρὸς τοὺς παῖδας. Ἦσαν δὲ αὐτῷ παῖδες Λύκιος καὶ Ὀρτύγιος, καὶ Ἅρπασος, καὶ θυγάτηρ Ἀρτεμίχη παῖδες ἐκ μητρὸς Ἅρπης· Λύκιος μὲν οὖν καὶ Ἅρπασος ἀκούσαντες, ἐκέλευον ἱερεύειν τοὺς ὄνους, καὶ τέρπεσθαι τῇ ἑορτῇ· Ὀρτύγιος δὲ καὶ Ἀρτεμίχη πείθεσθαι τῷ Ἀπόλλωνι προσέτασσον· καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Κλεῖνις ἐπείθετο μᾶλλον. Ἅρπασος δὲ καὶ Λύκιος κατὰ βίαν ἐκλύσαντες τῶν δεσμῶν τοὺς ὄνους ἀπήλαυνον παρὰ τὸν βωμόν. καὶ ὁ θεὸς ἐνέβαλεν τοῖς ὄνοις λύσσαν· οἱ δὲ τούς τε παῖδας καὶ τοὺς θέραπας αὐτῶν καὶ τὸν Κλεῖνιν κατήσθιον· οἱ δὲ ἀπολλύμενοι τοὺς θεοὺς ἐπεβοῶντο· καὶ Ἅρπην μὲν καὶ Ἅρπασον ᾤκτειρε Ποσειδῶν, καὶ ἐποίησεν αὐτοὺς ὄρνιθας, τῷ αὐτῷ λεγομένους ὀνόματι· Λητὼ δὲ καὶ Ἄρτεμις ἔγνωσαν ἀνα-

hoc abstineret sacrificio: & pro more capras sibi, boves, ovésque offerret: ita enim se asinorum gaudere immolatione, si ea fiat in Hyperboreis. His minis territus Cleinis, asinos ab altari abduxit: liberísque suis auditum sermonem exposuit. Erant ei ex Harpa uxore filij tres, Lycius, Ortygius, & Harpasus, ac filia Artemicha. Proinde Lycius & Harpasus perficere sacra ista, iisque se oblectare jubebant: Ortygius & Artemiche, quorum sententiæ etiam Cleinis adstipulabatur, obediendum Deo pronunciabant. Sed Harpasus & Lyciùs, vi solutis asinorum vinculis, eos ad aram compulerunt. Ibi Apollo in rabiem egit asinos, ita ut Cleinin & liberos famulósque mordicùs perdere aggrederentur. Ii in extremo constituti periculo, Deorum fidem implorant. Atque Harpam quidem & Harpasum Neptunus miseratus, in aves, non mutatis nominibus, convertit. Latona autem & Diana statuerunt

ſervare Cleinin, Artemicham, & Ortygium, quòd piaculi iſtius inſontes eſſent. Suis Apollo hanc gratiam dedit, ut hos, antequàm morerentur, in aves commutaret. Cleinis factus eſt Hypſiæetos, quòd aquilam altivolam ſignificat; nomen avis poſt aquilam ſummæ, difficilis internoſci: cùm hęc interfectrix hinnulorum ſit fuſco corpore, magna ac valida: aquila autem nigrior ac minor. Lycius in corvum album abiit: deinde tamen Apollinis nutu factus eſt ceruleus, cùm primus de Coronide Phlegyæ filia judicium detuliſſet, eam Alcyoneo eſſe nuptam. Artemiche piphinx facta eſt, avis diis hominibúſque grata. Ortygius ægithallus, quòd patri perſuaſiſſet pro aſinis capras Apollini immolare.

σῶσαι τὸν Κλεῖνιν, καὶ τὴν Ἀρτεμάχην, καὶ τὸν Ὀρτύγιον, ὅτι οὐκ αἴτιοι τῶν ἀσεβημάτων ἦσαν· Ἀπόλλων δὲ Λητοῖ καὶ Ἀρτέμιδι δίδωσι τὴν χάριν· καὶ πρόσθεν ἢ ἀποθανεῖν μεταβαλὼν ἐποίησεν πάντας ὄρνιθας· καὶ ἐγένετο Κλεῖνις μὲν Ὑψιαίετος· οὗτος ἐστὶ δ᾽ ἄπτερος ὀρνίθων μετὰ τὸν ἀετὸν διαγνῶναι δ᾽ οὐ χαλεπός· ὁ μὲν γὰρ ἐστι νεβροφόνος ἐρεμνὸς, μέγας τε καὶ ἄλκιμος· ὁ δ᾽ ἀετὸς μελάντερος, καὶ ἐλάσσων ἐκείνου. Λύκιος δὲ μεταβαλὼν ἐγένετο κόραξ τὸ χρῶμα λευκός· αὖτις δὲ βουλῇ Ἀπόλλωνος ἐγένετο κυάνεος, ὅτι πρῶτος ἤγγειλε Κορωνίδα τὴν Φλεγύου θυγατέρα γαμηθεῖσαν Ἀλκυονεῖ· Ἀρτεμάχη δ᾽ ἐγένετο πίφιγξ, θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις προσφιλὴς ὄρνις· Ὀρτύγιος δὲ αἰγίθαλλος, ὅτι τὸν πατέρα Κλεῖνιν ἀνέπεισεν αἶγας ἀντὶ τῶν ὄνων ἱερεύειν Ἀπόλλωνι.

τενεῖν αὐτὸν, εἰ μὴ παύσαιτο τῆς θυσίας ταύτης· καὶ κατὰ τὸ συνήθες αἶγας αὐτῷ, καὶ πρόβατα, καὶ βοῦς ἱερεύσει. τὴν γὰρ τῶν ὄνων θυσίαν ἐν Ὑπερβορέοις ἀγομένην αὐτῷ καθ' ἡδονὴν εἶναι· καὶ ὁ Κλεῖνις δείσας τὴν ἀπειλὴν, ἀπήγαγεν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τοὺς ὄνους· καὶ τὸν λόγον ὃν ἤκουσεν, ἐξέφερε πρὸς τοὺς παῖδας. Ἦσαν δὲ αὐτῷ παῖδες Λύκιος καὶ Ὀρτύγιος, καὶ Ἅρπασος, καὶ θυγάτηρ Ἀρτεμίχη παῖδες ἐκ μητρὸς Ἅρπης· Λύκιος μὲν οὖν καὶ Ἅρπασος ἀκούσαντες, ἐκέλευον ἱερεύειν τοὺς ὄνους, καὶ τέρπεσθαι τῇ ἑορτῇ· Ὀρτύγιος δὲ καὶ Ἀρτεμίχη πείθεσθαι τῷ Ἀπόλλωνι προσέτασσον· καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Κλεῖνις ἐπείθετο μᾶλλον. Ἅρπασος δὲ καὶ Λύκιος κατὰ βίαν ἐκλύσαντες τῶν δεσμῶν τοὺς ὄνους ἀπήλαυνον παρὰ τὸν βωμόν. καὶ ὁ θεὸς ἐνέβαλεν τοῖς ὄνοις λύσσαν· οἱ δὲ τούς τε παῖδας καὶ τοὺς θέραπας αὐτῶν καὶ τὸν Κλεῖνιν κατήσθιον· οἱ δὲ ἀπολλύμενοι τοὺς θεοὺς ἐπεβοῶντο· καὶ Ἅρπην μὲν καὶ Ἅρπασον ὤκτειρε Ποσειδῶν, καὶ ἐποίησεν αὐτοὺς ὄρνιθας, τῷ αὐτῷ λεγομένους ὀνόματι· Λητὼ δὲ καὶ Ἄρτεμις ἔγνωσαν αἰα-

hoc abstineret sacrificio: & pro more capras sibi, boves, ovésque offerret: ita enim se asinorum gaudere immolatione, si ea fiat in Hyperboreis. His minis territus Cleinis, asinos ab altari abduxit: liberísque suis auditum sermonem exposuit. Erant ei ex Harpa uxore filij tres, Lycius, Ortygius, & Harpasus, ac filia Artemicha. Proinde Lycius & Harpasus perficere sacra ista, iisque se oblectare jubebant: Ortygius & Artemiche, quorum sententiæ etiam Cleinis adstipulabatur, obediendum Deo pronunciabant. Sed Harpasus & Lycius, vi solutis asinorum vinculis, eos ad aram compulerunt. Ibi Apollo in rabiem egit asinos, ita ut Cleinin & liberos famulósque mordicùs perdere aggrederentur. Ii in extremo constituti periculo, Deorum fidem implorant. Atque Harpam quidem & Harpasum Neptunus miseratus, in aves, non mutatis nominibus, convertit. Latona autem & Diana statuerunt

servare Cleinin, Artemicham, & Ortygium, quòd piaculi istius insontes essent. Suis Apollo hanc gratiam dedit, ut hos, antequàm morerentur, in aves commutaret. Cleinis factus est Hypsiæetos, quòd aquilam altivolam significat; nomen avis post aquilam summæ, difficilis internosci: cùm hęc interfectrix hinnulorum sit fusco corpore, magna ac valida: aquila autem nigrior ac minor. Lycius in corvum album abiit: deinde tamen Apollinis nutu factus est ceruleus, cùm primus de Coronide Phlegyæ filia judicium detulisset, eam Alcyoneo esse nuptam. Artemiche piphinx facta est, avis diis hominibúsque grata. Ortygius ægithallus, quòd patri persuasisset pro asinis capras Apollini immolare.

σῶσαι τὸν Κλεῖνιν, καὶ τὴν Ἀρτεμάχην, καὶ τὸν Ὀρτύγιον, ὅτι οὐκ αἴτιοι τῶν ἀσεβημάτων ἦσαν· Ἀπόλλων δὲ Λητοῖ καὶ Ἀρτέμιδι δίδωσι τὴν χάριν· καὶ πρόσθεν ἢ ἀποθανεῖν μεταβαλὼν ἐποίησεν πάντας ὄρνιθας· καὶ ἐγένετο Κλεῖνις μὲν Ὑψιαίετος· οὗτος δὲ διάφορος ὀρνίθων μετὰ τὸν ἀετὸν διαγνῶναι δ' οὐ χαλεπός· ὁ μὲν γὰρ ἐστι νεβροφόνος ἐρεμνὸς, μέγας τε καὶ ἄλκιμος· ὁ δ' ἀετὸς μελάντερος, καὶ ἐλάσσων ἐκείνου. Λύκιος δὲ μεταβαλὼν ἐγένετο κόραξ τὸ χρῶμα λευκός· αὖτις δὲ βουλῇ Ἀπόλλωνος ἐγένετο κυάνεος, ὅτι πρῶτος ἤγγειλε Κορωνίδα τὴν Φλεγύου θυγατέρα γαμηθεῖσαν Ἀλκυονεῖ. Ἀρτεμάχη δ' ἐγένετο πίφιγξ, θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις προσφιλὴς ὄρνις· Ὀρτύγιος δὲ αἰγίθαλλος, ὅτι τὸν πατέρα Κλεῖνιν ἀνέπεισεν αἶγας ἀντὶ τῶν ὄνων ἱερεύειν Ἀπόλλωνι.

ΠΟΛΥΦΟΝΤΗ.

ΚΕΦ. κα.

Ἱστορεῖ Βοῖος ὀρνιθογονίας β.

Τερείνη τῆς Στρυμόνος καὶ ἐγένετο θυγάτηρ Θρᾷσσα· ταύτην δ' ἔγημεν Ἵππονος ὁ Τριβαλλοῦ παῖς, καὶ αὐτοῖς ἐγένετο θυγάτηρ ὄνομα Πολυφόντη· αὕτη τὰ μὲν ἔργα τῆς Ἀφροδίτης ἐξύβρισεν, ἐλθοῦσα δ' εἰς τὸ ὄρος Ἀρτέμιδος ἐγένετο συμπαίκτρια καὶ συνήθης. Ἀφροδίτη δὲ ὅτι αὐτῆς ἠτίμασε τὰ ἔργα, ἔρωτα ἀνέβαλεν ἄρκτου, καὶ ἐξέμηνεν αὐτήν· ἡ δὲ κατὰ δαίμονα οἰστρήσασα, ἐμίγνυτο τῇ ἄρκτῳ, καὶ αὐτὴν ἡ Ἄρτεμις ἰδοῦσα, ἐκτόπως ἐμίσησεν, καὶ πάντα εἰς αὐτὴν ἔτρεψε τὰ θηρία· Πολυφόντη δὲ δείσασα μὴ θῆρες αὐτὴν διεργάσωνται. φεύγουσα ἐξίκετο εἰς τὰ οἰκία τοῦ πατρὸς, καὶ ἔτεκε δύο παῖδας Ἄγριον, καὶ Ὄρειον, μεγίστους καὶ δύναμιν ἔχοντας ἄπλετον. Οὗτοι ἐτίμων οὔτε θεὸν, οὔτε ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐξύ-

POLYPHONTE.

CAP. XXI.

Bœus Ornith. 2.

Thrassam Martis, & Terenæ, quæ Strymone nata fuit, filiam, Hipponus Triballi F. duxit. Eo ex conjugio nata est filia, nomine Polyphonte. Hæc, re venereâ ignominiosè spretâ, in montem se contulit, & consuetudine ludi ac studiorum Dianæ sociam se præbuit. Venus contemptu suarum rerum incitata, insanum illi ursi amorem immisit: ita ut furore divino percita, cum illo corpus miscuerit. Diana illo conspecto facinore, Polyphonten immenso est prosecuta odio, omnésque in eam convertit feras. Itaque metuens ne ab his dilaniaretur, in patris domum se recepit: duósque filios peperit, Agrium & Oreium (Agrestem & Montanum diceres) maximos, & ingenti præditos robore. Hi & deorum & hominum contemptores erant: & si

in peregrinum aliquem inciderent, eum domum suam abductum devorabant. Igitur iis infensus Jupiter, Mercurium mittit, ut suo arbitratu in eos animadverteret. Qui cùm pedibus eos & manibus truncare cogitaret, Mars, quando ad ipsum Polyphonte genus suum referebat, eo istos supplicio exemit: & adjuvante Mercurio, eos, homines cùm essent, in aves convertit. Polyphonte in Stygem mutata est, avem noctu canentem, cibi potúsque exsortem, caput deorsum, pedes imos sursùm habentem, belli & seditionis hominibus nunciam: Oreius in leporem, semper mali ominis avem: Agrius in vulturem, quæ omnium avium est diis hominibúsque invisissima: eíque perpetuum sanguinis carnísque humanæ indiderunt desiderium. Ancillam eorum fecerunt ipnam: eáque naturam mutans, deos comprecata est, ne mala hominibus avis fieret: ídque impetravit à Mercurio

βεῖζον εἰς πάντας· καὶ εἴ τις ξένων ἐντύχοιεν, ἀπάγοντες εἰς τὰ οἰκία κατήσθιον· Ζεὺς δὲ μισήσας αὐτοὺς, ἀπέστειλεν Ἑρμῆν, ὅπως ἣν ἐθέλει δίκην αὐτοῖς ἐπιβάλῃ· καὶ ὁ μὲν Ἑρμῆς ἐβούλευσεν ἀποκόψαι τοὺς πόδας αὐτῶν καὶ τὰς χεῖρας· Ἄρης δὲ ἐπεὶ τὸ γένος εἰς αὐτὸν ἀνέφερε Πολυφόντη, τούτους μὲν ἐξείλετο τῆς μόρου τοὺς παῖδας· ἤλλαξε δὲ μεθ' Ἑρμοῦ τὴν φύσιν αὐτῶν εἰς ὄρνιθας· καὶ ἐγένετο Πολυφόντη μὲν Στὺξ φθεγγομένη νυκτὸς, ἄτερ σίτου καὶ ποτοῦ τὴν κεφαλὴν ἴσχουσα κάτω, τοὺς δὲ πόδας ἄκρους ἄνω, πολέμου καὶ στάσεως ἀνθρώποις ἄγγελος. Ὄρειος δ' ἐγένετο λαγὼς, ὄρνις ἐπ' οὐδενὶ φαινόμενος ἀγαθῷ· Ἄγριος δὲ μετέβαλεν εἰς γῦπα, πάντων ὀρνίθων ἔχθιστον θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις· καὶ διὰ παντὸς ἵμερον αὐτῷ κρέως καὶ αἵματος ἐνέβαλον ἀνθρωπείου· τὴν δὲ θεράπαιναν αὐτῶν ἐποίησαν ἴπνην· ἡ δὲ μεταβάλλουσα τὴν φύσιν, ηὔξατο θεοῖς, μὴ κακὸς ὄρνις ἀνθρώποις γενέσθαι. καὶ αὐτῆς ὑπήκουσαν Ἑρμῆς, καὶ

Ἄρης, ἐπεὶ κατ' ἀνάγκας ἔδρασεν, ἃ προσέταττον οἱ δεσπόται, καί ἐστιν ἀγαθὸς οὗτος ὁ ὄρνις ἐπὶ θήραν ἰόντι καὶ δεῖπνα.

ΤΕΡΑΜΒΟΣ.

ΚΕΦ. κβ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων α.

Τέραμβος Εὐσείρου τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Εἰδοθέας νύμφης Ὀθρηίδος, ᾤκει ἐν τῇ γῇ τῇ Μηλιέων παρὰ τὴν ὑπώρειαν τῆς Ὄθρυος. ἐγένετο δὲ αὐτῷ θρέμματα πλεῖστα, καὶ αὐτὰ ἐποίμαινεν αὐτός· νύμφαι δὲ συνελάμβανον αὐτῷ, διότι αὐτὰς ἐν τοῖς ὄρεσιν ᾄδων ἔτερπεν· λέγεται γὰρ μουσικώτατος τῶν τότε γενέσθαι, καὶ ἐπὶ βοκολικοῖς ᾄσμασι διαβοηθῆναι, καὶ σύριγγα ποιμενικὴν ἐν τοῖς ὄρεσι συνθεῖναι· καὶ λύρᾳ πρῶτος ἀνθρώπων κεχρῆσθαι. πλεῖστά τε καὶ κάλλιστα μέλη ποιῆσαι· τούτων οὖν χάριν λέγουσιν ὀφθῆναι αὐτῷ ποτε νύμφας,

& Marte, cùm coacta quod domini mandassent, executa fuisset. Est avis bona euntibus ad venatum, aut convivium.

TERAMBUS.

CAP. XXII.

Nicander Heter. 1.

EUseiro, Neptuni & Eidotheæ nymphæ Othreidis F. Terambus fuit filius, in Meliensium terra domicilium habens, ad montis Othris radices. Is pecus, quod ei obtigerat copiosissimum, ipse pascebat, adjuvantibus nymphis, quòd eas in montibus canendo oblectabat. Fertur enim suæ ætatis hominibus arte Musicâ antecelluisse; qui & bucolicis carminibus famam reperisset, & pastoralem ex arundinibus fistulam in montibus composuisset, lyráque primus hominum usus esset, & plurimas elegantissimásque cantilenas composuisset. Eam ob rem aiunt apparuisse aliquando ei nym-

phas, & ad ictus pollicis Terambici saltasse. Pana verò benevolentia adductum, monuisse hominem, ut Othry relicto, greges in campo pasceret: inusitatum enim & incredibile frigus instare. At Terambus, qui jam inde à puero jactantia ea fuisset, ut à Deo sana privatus ratione judicari posset, greges ab Othry in planiciem depellere in animum nequaquàm induxit: nymphas autem ingrato ac fatuo sermone est insectatus, non esse eas Jovis gemis, sed Dinasperchij natas dicens: & Neptunum desiderio unius de sororibus, Diopatræ nimirùm impulsum, reliquas radicibus terræ affixisse, inque Alnos mutasse, dum eas concubitus satur dimiserit, pristinæque naturæ restituerit. Hoc fuit Terambi in nymphas convicium. Parvo pòst tempore subitò gelu incidit, quo valles sunt adstrictæ, copiosáque nix decidit, & oves Terambi unà cum viis ac arboribus perierunt. Nymphæ autem

καὶ χορεύουσι πρὸς τὰ κρούματα τοῦ Τεράμβου. Πᾶνα δὲ τοῦτο κατ' εὐμένειαν αὐτῷ παραγγεῖλαι, καταλιπόντι τὴν Ὄθρυν ἐν τῷ πεδίῳ τὰ πρόβατα ποιμαίνειν· ἐξαίσιον γάρ τι καὶ ἄπιστον χρῆμα χειμῶνος ἐπιέναι μέλλειν. Ὁ δὲ Τέραμβος ὑπὸ μεγαλαυχίας ἐκ νεότητος οἷα θεοβλαβὴς, ἀπελαύνειν μὲν ἐκ τῆς Ὄθρυος εἰς τὸ πεδίον οὐκ ἐγίγνωσκεν· ἀπέρριψεν δὲ λόγον ἀχαρίν τε καὶ ἀνόητον εἰς τὰς νύμφας, ὅτι γένος μὲν εἰσὶν οὐκ ἀπὸ Διὸς, ἀλλ' ἔτεκεν αὐτὰς ἡ Δεῖνα τοῦ Σπερχειοῦ. Ποσειδῶν δὲ πόθῳ μιᾶς αὐτῶν Διοπάτρης τὰς ἀδελφὰς ἐρρίζωσε, καὶ ἐποίησεν αἰγείρους, ἄχρι αὐτὸς κορεσθεὶς τῆς εὐνῆς ἀνέλυσε, καὶ πάλιν αὐταῖς ἀπέδωκε τὴν ἐξ ἀρχῆς φύσιν· τοιαῦτα μὲν ὁ Τέραμβος ἐκερτόμησεν εἰς τὰς νύμφας. Μετὰ δὲ χρόνον ὀλίγον ἐξαίφνης ἐγένετο κρυμὸς, καὶ ἐπάγησαν αἱ χαράδραι, καὶ πολλὴ κατέπεσε χιὼν, καὶ τὰ ποίμνια τοῦ Τεράμβου σὺν αὐταῖς ἀτραποῖς καὶ δένδρεσιν ἠφανίσθη· νύμφαι δὲ

μετέβαλον κατ' ὀργὴν τὸν Τέραμβον, ὅτι αὐταῖς ἐλοιδόρησε, καὶ ἐγένετο ὑλοφάγος κεράμβυξ· φαίνεται δὲ ἐπὶ τῶν ξύλων, καὶ ἐστιν ἀγκύλος ἐκ τῶν ὀδόντων, καὶ συνεχῶς τὰ γένεια κινεῖν, μέλας, παραμήκης, πτέρυγας στερέας ἔχων, ἐοικὼς τοῖς μεγάλοις κανθάροις· οὗτος ξυλοφάγος βοῦς καλεῖται, παρὰ δὲ Θετταλοῖς κεράμβυξ· τοῦτον οἱ παῖδες παίγνιον ἔχουσι, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνοντες, φέρουσιν· ἡ δὲ ἔοικε σὺν τοῖς κέρασι λύρᾳ τῇ ἐκ τῆς χελώνης.

eum, iratæ ob maledictum, mutaverunt in cerambicem, quæ est avis lignivora, conspicitúrque in lignis, curvis dentibus, malas semper movens, nigra, oblonga, solidis alis, adsimilis magnorum Cantharorum; vocatur bos lignivorus, & apud Thessalos cerambix. Hunc pueri pro ludo habent, capútque amputantes circumferunt: quòd simul cum alis similirudinem gerit lyræ è testudine confectæ.

ΒΑΤΤΟΣ.

ΚΕΦ. κγ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων α. καὶ Ἡσίοδος ἐν μεγάλαις Ἠοίαις. καὶ Διδύμαρχος μεταμορφώσεων γ. καὶ Ἀντίγονος ἐν ταῖς ἀλλοιώσεσι, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν ἐπιγράμμασιν, ὥς φησι Πάμφιλος α.

Ἄργου τοῦ Φρίξου, καὶ Περιμήλης τῆς Ἀδμήτου θυγατρὸς ἐγένετο Μάγνης. οὗτος ᾤκησεν ἐγγὺς Θεσσαλίας, καὶ τὴν γῆν ταύτην ἀπ' αὐτοῦ

BATTVS.

CAP. XXIII.

Nicander ibid. Hesiodus in magnis Eœis, Didymarchus Metamorphoseon 3. Antigonus Alterationibus, & Apollonius Rhodius in Epigrammatis, ut Pamphilius libro 1. ait.

ARgus Phrixi F. & Perimele Admeto nata, filium habebant Magnetem nomine, qui vicinam Thessaliæ regionem incoluit: eam, cui ab eo Magnesiæ

Magnesiæ nomen homines fecerunt. Filius ei fuit Hymenæus, excellenti formâ. Hunc cùm Apollo canentem audivisset, amoréque ejus correptus à domo Magnetis non discederet: Mercurius armento boum Apollinis, quod juxtà boves Admeti pascebat, insidias tendit. Ac primùm quidem canibus armenta ea custodientibus, veternum anginámque immittit: eæ oblitæ boum, custodiæque sunt. Buculas ita Mercurius abigit duodecim, & boves jugi ignaros centum, taurúmque armenti virum: caudis singulorum aliquid sylvestris materiæ appendit, ad delenda boum vestigia: agítque armentum per Pelasgos, Achaiam, Phthiotidem, Locridem, Bœotiam, Megarensem agrum, indéque in Peloponnesum per Corinthum & Larissam, Tegeam usque: inde secundùm Lycæum & Mænalum montes profectus cum iis est, & speculam Batti. Habitabat is Battus in summo scopuli: cúmque juvenco-

Μαγνησίαν προσηγόρευσαν οἱ ἄνθρωποι· ἐγένετο δ᾽ αὐτῷ παῖς περίβλεπτος τὴν ὄψιν, Ὑμέναιος· ἐπεὶ δὲ Ἀπόλλων ἄδοντα, ἔρως τοῦ παιδὸς, καὶ οὐκ ἐξελίμπανε τὰ οἰκία τοῦ Μάγνητος, Ἑρμῆς ἐπιβουλεύει τῇ ἀγέλῃ τῶν βοῶν τοῦ Ἀπόλλωνος· αἱ δὲ ἐνέμοντο ἵνα περ ἦσαν αἱ Ἀδμήτου βόες· καὶ πρῶτα μὲν ἐμβάλλει ταῖς κυσὶν, αἳ ἐφύλαττον αὐτὰς, λήθαργον καὶ κυνάγχην· αἱ δὲ ἐξελάθοντο τῶν βοῶν καὶ τὴν φυλακὴν ἀπώλεσαν. εἶτα δ᾽ ἀπελαύνει πορτίας δώδεκα· καὶ ἑκατὸν βοῦς ἄζυγας, καὶ ταῦρον, ὃς ταῖς βουσὶν ἐπέβαινεν, ἐξῆπτε δὲ ἐκ τῆς οὐρᾶς πρὸς ἕκαστον ὕλην, ὡς ἂν τὰ ἴχνη τῶν βοῶν ἀφανίσῃ· καὶ ἦγεν αὐτὰς ἐλαύνων διά τε Πελασγῶν, καὶ δι᾽ Ἀχαΐας τῆς Φθιώτιδος, καὶ διὰ Λοκρίδος, καὶ Βοιωτίας, καὶ Μεγαρίδος· καὶ ἐντεῦθεν εἰς Πελοπόννησον διὰ Κορίνθου καὶ Λαρίσσης ἄχρι Τεγέας· καὶ ἐντεῦθεν παρὰ τὸ Λύκαιον ὄρος ἐπορεύετο, καὶ παρὰ τὸ Μαινάλιον, καὶ τὰς λεγομένας Βάττου σκοπιάς· ᾤκει δὲ ὁ Βάττος οὗτος ἐπ᾽ ἄκρῳ τῷ σκοπέλῳ· καὶ ἐπεὶ τῆς φωνῆς

ἤκουσε παρελαυνομένων τῶν μόσχων, προσελθὼν ἐκ τῶν οἰκίων ἔγνω περὶ τῶν βοῶν ὅτι κλοπιμαίας ἄγει καὶ μισθὸν ᾔτησεν, ἵνα πρὸς μηδένα φράσῃ περὶ αὐτῶν· Ἑρμῆς δὲ δώσειν ἐπὶ τούτοις ὑπέσχετο· καὶ ὁ Βάττος ὤμοσε περὶ τῶν βοῶν πρὸς μηδένα κατερεῖν. Ἐπεὶ δὲ αὐτὰς Ἑρμῆς ἔκρυψεν ἐν τῷ Πριῶνι παρὰ τὸ Κορυφάσιον εἰς τὸ σπήλαιον εἰσελάσας ἄντικρυς Ἰταλίας καὶ Σικελίας, αὖθις ἀφίκετο πρὸς τὸν Βάττον ἀλλάξας ἑαυτόν· καὶ πειρώμενος εἰ αὐτῷ συμμένειν ἐπὶ τοῖς ὁρκίοις ἐθέλει· διδοὺς δὲ μισθὸν χλαῖναν, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτοῦ μὴ κλοπιμαίας βοῦς ἔγνω παρελαθείσας. ὁ δὲ Βάττος ἔλαβε τὴν χλαμύδα, καὶ ἐμήνυσε περὶ τῶν βοῶν. Ἑρμῆς δὲ χαλεπήνας ὅτι διχόμυθος ἦν, ἐράπισεν αὐτὸν τῇ ῥάβδῳ, καὶ μετέβαλεν εἰς πέτρον. καὶ αὐτὸν οὐκ ἐκλείπει κρύος οὐδὲ καῦμα· λέγεται δὲ καὶ ὁ τόπος παρ' ὁδευόντων ἄχρι νῦν σκοπιὰ Βάττου.

rum qui præteragebantur, vocem exaudiſſet, domo egreſſus, ſenſit eos eſſe furtivos: pactúſque eſt mercede ſilentium, de iis reticendi: eam Mercurius jurato ſe nemini de his quicquam relaturum Batto ſtipulatur. Mercurius cùm eas in ſpeluncam Prionis ad Coryphaſium abdidiſſet compulſas, quæ eſt è regione Siciliæ & Italiæ: ad Battum, mutatâ formâ, revertitur, periculum facturus, an is juramentum eſſet ſervaturus: datâ ergo mercedis loco chlænâ, percontatur, ánne furtivas boves præteragi vidiſſet? Ibi Battus, chlænâ acceptâ, indicium facit de bobus. Mercurius bilinguem eum eſſe indignè ferens, adacto baculo in ſaxum commutat, quod & frigori & æſtui omni eſt obnoxium. Locus adhuc hodie ab iis qui tranſeunt, Batti appellatur ſpecula.

ASCALABVS.

CAP. XXIII.

Nicander Heter. quarto.

QVo tempore filiam quærens Ceres univerſam obivit terram, conquievit in Attica. Eámque magno œſtro languente, Miſma excipit : potúmque offert, in quo pulegium & farina aquæ erant permixta : quem cùm ob ſitim Ceres confertim ebibiſſet, filius Miſmæ Aſcalabus in riſum ſe convertit : eíque denuò lebetem profundum, aut dolium afferri juſſit. Ceres irata, quòd reliquum potionis erat, ei infudit. Iſque mutata natura in variegatam corpus beſtiam aſcalaphum abiit, diis hominibúſque exoſam. Degit juxta cloacas : & gratam Cereri rem præſtat, qui eum interficit.

ΑΣΚΑΛΑΒΟΣ.

ΚΕΦ. κδ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ.

ΔΗμήτηρ ὅτε πλανῆτις ἐπῄει γῆν ἅπασαν κατὰ ζήτησιν τῆς θυγατρὸς, ἀνεπαύσατο ἐν τῇ Ἀττικῇ· καὶ αὐτὴν ὑπὸ πολλοῦ καύματος ὑποδέχεται Μίσμη, καὶ δίδωσι ποτὸν ὕδωρ ἐμβαλοῦσα γλήχωνα καὶ ἄλφιτον εἰς αὐτό. καὶ ἡ Δημήτηρ ἐξέπιε κατὰ τὸ δίψος, τὸ ποτὸν ἀθρόως· ὁ δὲ παῖς ὁ τῆς Μίσμης Ἀσκαλαβὸς ἰδὼν, ἐποίησε γέλωτα· καὶ αὖτις ἐκέλευσεν ὀρέγειν αὐτῇ λίβητα βαθὺν, ἢ πιθάκνην· Δημήτηρ δὲ κατ᾽ ὀργὴν ὡς εἶχε τὸ ποτὸν αὐτῷ τὸ καταλειπόμενον προσέχεεν· ὁ δὲ μεταλαβὼν, ἐγένετο ποικίλος ἐκ τοῦ σώματος ἀσκαλαβὸς, καὶ ὑπὸ θεῶν, καὶ ὑπὸ ἀνθρώπων μεμίσηται· καὶ ἔστιν αὐτῷ δίαιτα παρ᾽ ὀχετόν· ὁ δ᾽ ἀποκτείνας κεχαρισμένος γίνεται Δημήτρι.

ΜΗΤΙΟΧΗ καὶ ΜΕΝΙΠΠΗ.

ΚΕΦ. κε.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ. καὶ Κόριννα Ἑτεροίων α.

Ὠρίωνος τοῦ Ὑριέως ἐν Βοιωτίᾳ θυγατέρες ἐγένοντο Μητιόχη καὶ Μενίππη· αὗται ὅτε Ὠρίονα ἠφάνισεν ἐξ ἀνθρώπων Ἄρτεμις, ἐτρέφοντο παρὰ τῇ μητρί· καὶ Ἀθηνᾶ μὲν ἐδίδασκεν αὐτὰς ἱστοὺς ἐξυφαίνειν· Ἀφροδίτη δὲ αὐταῖς ἔδωκε κάλλος· ἐπεὶ δὲ Ἀονίαν ὅλην ἔλαβε λοιμὸς, καὶ πολλοὶ ἀπέθνησκον, θεωροὺς ἀπέστειλαν παρὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Γορτύνιον· καὶ αὐτοῖς εἶπεν ὁ θεὸς, ἱλάσασθαι δύο τοὺς Ἐριουνίους. ἔφη δὲ καταπαύσειν αὐτοὺς τὴν μῆνιν, εἰ δύο δυοῖν ἑκοῦσαι παρθένοι, θύματα γένοιντο· πρὸς δὲ δὴ τὸ μαντεῖον, οὐδεμία τῶν ἐν τῇ πόλει παρθένων ὑπήκουσεν, ἄχρι γυνὴ θῆσσα τὸν χρησμὸν ἐξήνεγκε πρὸς τὰς θυγατέρας τοῦ Ὠρίωνος· αἱ δ' ὡς ἐπύθοντο παρὰ τὸν ἱστὸν ἔχουσαι, τὸν ὑπὲρ αὐτῶν θάνατον ἐδέξαντο, πρὶν ἢ τὸ ἐπιδήμιον ἐπιπεσοῦσαν αὐτὰς

METIOCHA & MENIPPA.

CAP. XXV.

Nicander Heter. quarto, & Corinna Alteratorum primo.

Orion Hyriei F. in Bœotia, filias habuit Metiocham & Menippam. Hæ, quo tempore patrem Diana ex hominibus ſuſtulit, apud matrem educabantur. Minerva porrò texendi artem eas docuit, Venus pulchritudine donavit. Cùm autem totam Aoniam invaſiſſet peſtis, multíque exanimarentur: miſſi ſunt qui Apollinis Gortynij oraculum conſulerent. Iis præcepit Deus, ut duos Eriunios deos demulceant: ac iram deûm placatum iri, ſi duæ virgines iis immolarentur. In civitate nulla virginum ſe ad ſatisfaciendum oraculo obtulit, donec ancilla id Orionis filiabus expoſuit, ad telam ſedentibus. Eæ, oraculo cognito, ſponte ſuâ pro omnibus mortem oppetere, priuſquàm popularis lues ipſas interficeret,

delegerunt. Propterea cùm manes ter invocassent, professæ se ipsis ultrò offerre victimæ loco, radio claviculas percusserunt, ruptóque jugulo, in terram corruerunt. At Proserpina & Pluto miserati, virginum corpora è medio abstulerunt, & eorum loco stellas de terra excitârunt, quæ cùm apparuissent, in cœlum evaserunt, eósque cometas appellant. Cæterùm apud Orchomenum Bœotiæ urbem omnes Aones illustre his virginibus templum dedicaverunt, iísque quotannis pueri & puellæ sacra, placandi causâ, offerunt dona: atque etiamnum ab Æolensibus eæ Coronides virgines nominantur.

ἀφανίσαι νόσον. τρεῖς δὲ βοησάμεναι χθονίους δαίμονας, ὅτι αὐτοῖς ἑκοῦσαι θύματα γίνονται, ἐπάταξαν ἑαυτὰς τῇ κερκίδι παρὰ τὴν κλεῖδα, καὶ ἀνέρρηξαν τὴν σφαγήν· καὶ αὗται μὲν ἀμφότεραι κατέπεσον ἐς τὴν γῆν. Περσεφόνη δὲ καὶ Ἅιδης οἰκτείραντες τὰ μὲν σώματα τῶν παρθένων ἠφάνισαν· ἀντὶ δ' ἐκείνων ἀστέρας ἀνήνεγκαν ἐκ τῆς γῆς· οἱ δὲ φανέντες, ἀνηνέχθησαν εἰς οὐρανὸν, καὶ αὐτοὺς ὠνόμασαν ἄνθρωποι κομήτας· ἱδρύσαντο δὲ πάντες Ἄονες ἐν Ὀρχομενῷ τῆς Βοιωτίας, ἱερὸν ἐπίσημον τῶν παρθένων τούτων. καὶ αὐταῖς καθ' ἕκαστον ἔτος κόροι τε καὶ κόραι μειλίγματα φέρουσι· προσαγορεύουσι δὲ αὐτὰς ἄχρι νῦν Αἰολεῖς, Κορωνίδας παρθένους.

HYLAS.

CAP. XXVI.

Narrat Nicander Heter. quarto.

ΥΛΑΣ.

ΚΕΦ. κϛ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἑτεροιουμένων δ.

HErcules cùm Argonautis, à quibus erat dux creatus, navigans, unà

ΗΡακλῆς ὅτε μετὰ τῶν Ἀργοναυτῶν ἔπλει, στρατηγὸς ὑπ' αὐτῶν ἀποδειχθεὶς, συνε-

ἤγετο μεθ᾽ αὐτοῦ καὶ Ὕλαν, παῖδα μὲν Κήυκος· ἰτυπὸς νέον δὲ καὶ καλόν· ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸ στενὸν ἐξίκοντο τοῦ πόντου, καὶ τὰ σφυρὰ παρέπλευσαν τῆς Ἀργανθώνης, καὶ ἐγένετο χειμὼν καὶ σάλος, ἐνταῦθα καταβαλόντες ἀγκύρας, ἀνέπαυσαν τὴν ναῦν· καὶ Ἡρακλῆς παρεῖχε τοῖς Ἥρωσι τὸ δεῖπνον· ὁ δὲ παῖς Ὕλας ἔχων κρωσσὸν, ἦλθε πρὸς τὸν Ἀσκάνιον ποταμὸν, ὕδωρ ἀποίσων τοῖς ἀριστεῦσι. καὶ αὐτὸν ἰδοῦσαι νύμφαι, τοῦ ποταμοῦ τούτου θυγατέρες, ἠράσθησαν· ἀρυόμενον δὲ καταβάλλουσιν εἰς τὴν κρήνην. καὶ ὁ μὲν Ὕλας ἀφανὴς ἐγένετο· Ἡρακλῆς δὲ ἐπεὶ αὐτῷ οὐκ ἐνόστει, καταλιπὼν τοὺς Ἥρωας, ἐξηρεύνα πανταχοῦ τὸν δρυμὸν, καὶ ἐβόησε πολλάκις τὸν Ὕλαν· νύμφαι δὲ δείσασαι τὸν Ἡρακλέα μὴ αὐτὸν εὕροι κρυπτόμενον παρ᾽ αὐταῖς, μετέβαλον τὸν Ὕλαν. καὶ ἐποίησαν Ἠχὼ, καὶ πρὸς τὴν βοὴν πολλάκις ἀντεφώνησεν Ἡρακλεῖ. καὶ ὁ μὲν ὡς οὐκ ἐδύνατο, πλεῖστα ποιησάμενος ἐξευρεῖν τὸν Ὕλαν, παρεγένετο πρὸς τὴν ναῦν· καὶ αὐτὸς μὲν ἔπλει μετὰ τῶν ἀριστέων· Πολύφημον δὲ καταλείπει ἐν τῷ χωρίῳ,

ſecum duxit Hylam Ceycis F. adoleſcentem pulchrum. Ut ad fauces Ponti pervenerunt, & Arganthones procurſus prætervecti ſunt, tempeſtate & fluctibus coortis, anchoras jecêre, navémq; inhibuerunt. Præbuit tum heroibus Hercules cœnam: puérque Hylas cum urna ad Aſcanium amnem ivit, aquam iis allatum. Quem ut viderunt nymphæ, ejus fluvij filiæ, amore correptæ, haurientem in fontem dejecerunt. Cùm ad hunc modum è medio ſublatus Hylas fruſtrà expectaretur, Hercules, relictis heroibus undiquaque, ſylvam perluſtrat, ſæpiùs invocato Hylâ. Nymphæ autem metuentes ne apud ſe abſconditum Hylam inveniret Hercules, puerum illum in Echo commutarunt: itaque ſæpe clamanti Herculi, vocem reddidit. Hercules cùm diu multúmque quæſitum Hylam invenire nequiret, ad navim rediit, & cum heroïbus abiit; Polyphemo ibi loci relicto,

si quà is ei posset Hylam indagando reperire. Sed Polyphemus morte est præventus. Incolæ autem in hunc usque diem Hylæ sacrificant juxta fontem: eúmque nominatim sacerdos ter vocat, cui Echo ter respondet.

εἴ πως δύναιτο ζητῶν ἐξευρεῖν αὐτῷ τὸν Ὕλαν· καὶ ὁ μὲν Πολύφημος ἔφθη τελευτῆσαι· Ὕλᾳ δὲ θύουσι ἄχρι νῦν παρὰ τὴν κρήνην οἱ ἐπιχώριοι, καὶ αὐτὸν ἐξ ὀνόματος εἰς τρὶς ὁ ἱερεὺς φωνεῖ, καὶ εἰς τρὶς ἀμείβεται πρὸς αὐτὸν Ἠχώ.

IPHIGENIA.

CAP. XXVII.

Narrat Nicander Heter. quarto.

Thesei & Helenæ Jove natæ, filia fuit Iphigenia, eámque soror Helenæ Clytæmnestra educavit, Agamemnoni dicens se eam peperisse: nam Helena fratribus auscultans, virginem se à Theseo discessisse aiebat. Cùm exercitus Græcorum Aulide, navigationis opportunitate destituente, detinerentur: significarunt vates, navigationem expeditum iri, si Iphigenia Dianæ immolaretur. Dedit eam Agamemnon pro victima, rogatu Achivorum. Ad altare adductam principes

ΙΦΙΓΕΝΙΑ.

ΚΕΦ. κζ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ.

Θησέως καὶ Ἑλένης τῆς Διὸς ἐγένετο θυγάτηρ Ἰφιγένεια, καὶ αὐτὴν ἐξέτρεφεν ἡ τῆς Ελένης ἀδελφὴ Κλυταιμνήστρα· πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα εἶπεν αὐτὴ τεκεῖν· Ἑλένη γὰρ πυνθανομένη τῶν ἀδελφῶν, ἔφη κόρη παρὰ Θησέως ἀπελθεῖν· ἐπεὶ δὲ ἡ στρατεία ἡ τῶν Ἀχαιῶν ὑπὸ ἀπλοίας ἐν Αὐλίδι κατείχετο, προεσήμαινον οἱ μάντεις, ὅτι ἔσοιτο πλοῦς, ἐὰν Ἀρτέμιδι θύσωσι τὴν Ἰφιγένειαν. Ἀγαμέμνων δὲ δίδωσι σφάγιον αὐτὴν αἰτούντων τῶν Ἀχαιῶν· πρὸς δὲ τὸν βωμὸν ἀγομένην οἱ ἀριστεῖς,

οὐ προσέβλεψαν, ἀλλὰ πάντες ἔτρεψαν ἄλλῃ τὰς ὄψεις. Ἄρτεμις δὲ ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας παρὰ τὸν βωμὸν ἔφηνε μόσχον, αὐτὴν δὲ προσωτάτω τῆς Ἑλλάδος ἀπήνεγκεν εἰς τὸν Εὔξεινον λεγόμενον πόντον, παρὰ Θόαντα τὸν Βορυσθένους παῖδα· καὶ τὸ μὲν ἔθνος ἐκεῖνο τῶν Νομάδων ἐκάλεσε Ταύρους, ἐπεὶ ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας παρὰ τὸν βωμὸν ἔφηνε ταῦρον· αὐτὴν * δοσαυροπόλου· κατὰ δὲ χρόνον ἱκνούμενον, ἀπῴκισε τὴν Ἰφιγένειαν εἰς τὴν Λευκὴν λεγομένην παρὰ τὸν Ἀχιλλέα, καὶ ἀλλάξασα ἐποίησεν αὐτὴν ἀγήρων καὶ ἀθάνατον δαίμονα· καὶ ὠνόμασεν ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας, Ὀρειλοχίαν· ἐγένετο δὲ Ἀχιλλεῖ σύνοικος.

non sunt intuiti, sed aliò quivis oculos averterunt. Diana autem loco Iphigeniæ juvencum ad aram statuit, ipsa longissimè à Græcia in Euxinum translata pontum, ad Thoantem Borysthenis F. noménque Nomadum genti fecit Tauros, quia loco Iphigeniæ ad aram apparuisset taurus: ipsam autem * tempore venisset, transtulit Iphigeniam in Leucen ad Achillem: mutatáque naturâ, eam senectæ mortísque expertem divam fecit, nomine in Oreilochiam converso: fuítque uxor Achillis.

ΤΥΦΩΝ.

ΚΕΦ. κη.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ.

11. Μῶλος] D. H. Archilochus apud Plutar. in vitâ Thesei, ἔυτ' ἂν δὴ μῶλον Ἄρης συνάγῃ.

17. Μυρτίλλων] Lege Pausaniam Eliac.II. pag.199. edit. German.

20. Φημονόης]. De hac vate Pausanias Phocicis non semel.

P.322.l.13. Θάνατος] Odyss.Λ.v.133.

23. Ψαλάχανθαν] Ἀλίσπορον hoc quibusdam videri vocabulum notavit Hesychius.

25. Εὐξένλυ] De quo multa Gyraldus Dialog. 7. hist. Poet.Meminit & Suidas.

P.323.29. Κρῆτες] Vide Prover. cujus aliam alii causam commenti sunt.

P.324. l.3. Ἀντίοχον]· Eodem argumento Acestorides scripsit libros, v. Photii Cod. CLXXXIX. D. H. περιττῶς ἱστοροῦντα, & Ἴλος φησίν.

13. Θύλας] Mylas reponam ego ex Geographorum sententia. D.H. habet & σῆλας.

15. Ἀχιλλέως] Vide Alciati emblema 28.

29. Ἡρόδοτος] Libro 1. ubi omnem ferè de Gyge historiam legas.

32. Ὀξυωπεστάτην] Vide supra in excerpt. ex lib.3.

P.325. l.17. Νηασίας] D.H. Νυσίας.

21. Στρήνων] Vide mox infra p.330.

P.326.l.10. Ἰφιγένειαν] Tragœdiam hanc docuit Euripides. *De Tollide vide Pausaniam, libro decimo. Eustath. p.1696.*

23. Τὰς κολυμβώσας] Quarum etiam Suidas meminit voce, Alcman. D.H. τὰς ἢ Κολυμβ. *Pro* Τιτωνύχε,lego Τυννίχε, *ejus mentio apud Porphyrium* περὶ ἀποχῆς *ex Platone, quod non vidit qui nuper edidit Porphyrium Cantabrigiæ.*

25.

25. Κρατῖνε] Eupolidis vitam collegit Lib. Gyraldus Dial. 6. ut & Cratini.

26. Ὑβρισοδίκαι] οἱ μὴ βουλόμενοι τὰς δίκας εἰσαγαγεῖν apud Pollucem & Hesych. vide Sigon. de Magist. Athen.

27. Εὐωνίδαι] γένος τι Ἀθήνησι κιθαριστῶν. Vide Hesych. ac Suidam, & citatur ab Athen.

P. 327. l. 23. Οὐδ'] Iliadis δ. v. 127. D. H. Μενέλαε (θεοῦ) θεοὶ ἀντὶ τοῦ.

P. 328. l. 14. Ἄλλος] Vide Proverbia, & Plutarchi Theseum initio.

17. Ὁμηρον] Supra in excerpt. ex lib. 4. similem narrationem retulit.

P. 329. l. 1. Φλυαρῶν] ut cæteri quoque gentium historici.

2. Μουσῆς] Lege quæ ad Philonem περὶ τῶν μετονομαζομένων notata extant. D. H. Vid. Suidam in Ἀβραάμ.

P. 330. l. 18. Σειρῆνας] Idem indicatum 225 paginâ. *Paulo aliter versus ille apud Lycophronem legitur p. 108.* Τίς οὐκ ἀκούων, *&c.*

27. Θέτιν] Vide quæ hic referuntur aliter pleraq; narrata apud Apollod. l. 3. Bibliothecæ. *V. & Tzetzem ad Lycophronem p. 38, 39.*

P. 331. l. 18. Ποδάρκης] Ὡς ἐξαρκοῦντα τοῖς ποσὶ καὶ ἐπιπολὺ θεῖν δυνάμενον notavit Eustathius.

P. 332. l. 18. Πάσας] Iliadis I. v. 214.

P. 333. l. 5. Ὀρχηστικὸν] Quem explicat Diod. Siculus l. 11. & Suidas, sæpius Plutarchus. D. H. infra pro μισοπάσαν l. νεμεσήσασαν. Bion. Ἤρα Πὰν Ἀχῶς τᾶς γείτονος.

P. 334. l. 15. Μῆλον] Præter vulgarem sententiam Hygini fab. XCII. & aliorum.

24. Σκινδαψός] Athenæus deſcribit lib. 4. & Euſtathius.

30. Ἑπτὰ] Unum Zoroaſtrem eodem quo genitus eſſet die riſiſſe, pro valde inſolito adſert Plin. lib. 7. cap.16.

P.335.l.14. Δημόδοκος] Vide Suidam in ἀοιδός.

18. Καρδίαν] Idem de Ariſtomene Meſſenio Plinius l. II. c.37. & Valer.Max.l.1. cap.ult. alii quæ de Hermogene Rhetore, Leonida, Lyſandro, cane Alexandri. Vide Rhodiginum lib.4. cap.16. Pro Στίχιος D. H. habet Τίχιος.

P.336.l.1. Οὐκ ἂν] Iliadis Γ. v.54. τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης.

6. Ἀδριὰς] De qua Strabo lib. X. & Gyrald. Dial.IX. Poet.

10. Ὅμηρος] Iliad.Δ. ver.491.

P. 338. l. 6. Ῥόπην] Legitur Ῥόπην & Ῥοδόπην D. H.

22. Χαρῖνον] Χαρῖν D.H.

P.339.l.9. Ἀπεληλασμένος] D.H. l. ἀπεληλασμένος ἄλλα, καὶ μή.

NOTÆ



NOTÆ

IN

Parthenium.

PAg.343.l.14. Τὰ γὰρ περὶ] Hic locus aut ἐλλιπὴς aut σόλοικος. Interpres nihilo meliore codice usus sententiam utcunque reddidit: legisse autem videtur κατανοήσεις ὅτι τῶνδε τὰ πλεῖστα. *Quæ apud Poetas breviter atque adeò obscurè dicta sunt, ex his meliùs intelliges.*

22. Ὁ δὴ οὐ μελέρχων] Thomas Stanleius amicus summus meus (qui edito Æschylo famæ nomen suum inserüit) legit ὁ δὴ μὴ στέργων. Mox οἰονεί.

P.344.l.5. Νικαίνετος] Ejus meminit Athenæus lib. 13. Fuit Poeta, gente Samius vel Abderites.

6. Ἀπολλώνιος Καύνῳ] Qui vitam Apollonii Rhodii (nam is intelligendus est) scripsere, hujus operis non meminêre. Stephanus in voce Δάπνον laudabat Apollonium in Ῥόδου κτίσις; uti vides in Fragmento Stephani nuper edito; idem videtur adducere Apollonium in Καύνῳ; V. in Κόρινθος, ubi corruptè Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν Κανώπῳ. Plura vide p.384.

P.345.l.4. Διδυμέως] Didyma ſunt in Mileto. Διδυμεὺς & Διδυμαῖος gentilia ſunt.

7. Κἂν ἐκ τοῦ ναοῦ] Lego ἢ ἂν ἐκ τοῦ. In Latino lege *genitorum*.

14. Στάφυλον] Staphylum Dionyſi filium inter Argonautas καταλέγει Apollodorus l. 1. pag.49. Bybaſtos hæc erat in Caria; Bubaſtos in Ægypto.

26. Ῥοιώ] Tzetzes ad Lycophronis verſum

Ὧν οὐδ' ὁ Ῥοιοῦς Ἶνις εὐνάζων μένος
Σχήσει———

Videndus eſt. Meminit & Stephanus in voce Μύκονος, qui mihi obiter emendandus venit. Μύκονος inquit, ἀπὸ Μυκόνου τοῦ Αἰνείου, τοῦ Καειστοῦ καὶ Ῥυοῦς τῆς Ζάρηκος. Atqui nullus Æneæ filius agnoſcitur à veteribus Myconus. Sed & reliqua ſunt perturbata. Lego igitur ἀπὸ Μυκόνου τοῦ Ἀνίου, τοῦ τῆς Ῥοιοῦς καὶ Ζάρηκος, τοῦ Καρύστου. Certè Zarex erat maritus Rhœûs non filius. Rhœo hæc gravida facta ab Apolline peperit Anium. De illâ prius ad Apollodorum aliquid dictum eſt.

P.346.l.8. Γνωρίσματα] Monumenta, annulus, aut quid tale cum expoſito infante relictum. Donatus in Terent. Habet & Ariſtoteles in libris de Poeticâ.

P.347.l.3. Φιλήτας] Gente Cous, Poeta & Grammaticus. Vixit Philippi & Alexandri temporibus & deinceps. Ejus meminit Athenæus l.XI. vide plura apud Voſſium de Hiſtoricis Græcis. Ἑρμῆν intelligo opus; quo nomine, Eratoſthenes etiam librum ſcripſit. Verto, in Hermete.

4. Ἀλόμβρος] Lego Ἀλώμενος. Cæterùm cùm errata typothetæ in hoc quoque libello infinita ſint, nemo

nemo meam expectet in iis emendandis operam.

P. 348.l.6. Εὐρυάλῳ] Interpres malè vertit *ad Euryalum*. Est enim drama Sophoclis *Euryalus*. Casaub. ad Athenæum, putat capite hoc contineri argumentum fabulæ. Fuit alius Euryalus Mecestei filius; quem bello Trojano interfuisse docet Apollod. p.49, ex Homero.

12. Ἤπειρον] Ad urbem Trampyam, in quâ colebatur ipse, vel forte Neptunus, V.Schol.Odyss.Stephanum in Βούνιμα; & Tzetzem ad Lycoph. p. 127. ex quo emendare licet Stephanum in v. Εὐρυτᾶνες, qui erant gens Αἰτωλική, & non Ἰταλική, ut ibi editur.

13. Τυρίμμα) Nomen rarum, & ut rarius esset, omisit Latinus noster. Tyrimmas Macedonum rex, alius est.

P.349.l.7. Ἀκάνθῃ) Sagittas Pastinacæ (τρυγόνος θαλαττίας) veneno infectas Telegono Circe dedit, quibus nec opinans Ulyssem patrem interfecit, alii non venenum, sed radium sive aculeum meliùs intelligunt. Fusè hanc historiam narrat Ritterhusius ad 2 l. Halicut. Oppiani, ubi videas veterum auctoritates & loca hûc spectantia; quibus adde Tzetzem in Lycophronem p. 126. Rem hanc dramate videtur docuisse Sophocles cui titulum fecit Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ. Meminit Hesych.& Steph. Tetigit & Æschylus in ψυχαγωγοῖς, cujus verba adfert Schol. Homeri Odyss.Λ.v. 133.

P.349.l.14. Κεφάλων) Scribitur & Κεφαλίων, & Κεφαλαίων minus rectè. De Cephalone post Scaligerum & J.G. Vossium disputavit Leo Allatius libro de Patria Homeri, c.1. & Jacobus Goar ad Georgium Syncellum.

15.

15. Γεργίθιος] Straboni Γέργιθα πόλις, unde & Γεργίθιος scribitur. Occurrit infra p.398.

21. Ταύτην ἐκ τοῦ] Restitue ἐκ θεοῦ. Confer p. 212. & 398.

P.351.l.13. Διεχρήσατο] Quintus Calaber ait seipsam Alexandri pyræ super injecisse; Dictys vero, laqueo dolorem finivisse. Lycophron denique de turri præcipitem se misisse.

16. Ἑρμησιάναξ] Meminit Athenæus l. 13. idem eum Colophonium vocat, & Leontium amicam habuisse dicit, & ejus gratiâ scripsisse tres Elegiarum libros; ac è tertio quoque longè plurimos citat versus, quibus eos complexus est, qui vehementius amârint. Hîc igitur malim legere Λεοντίῳ. Et sanè hanc veram esse Lectionem, ostendit Antoninus Liberalis Metamorphos.c.39. ubi legas ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Λεοντίῳ β'. Hæc Ger.Voss.in Hist.Græcis.

20. Βελλεροφόντης] Æolus genuit Sisyphum & Perieren, p. 24. Sisyphus Glaucum, Glaucus Bellerophontem p.38. Perieres Leucippum pag. 39. & 197. Vides saltem consanguinitatem. Alius est Leucippus de quo p.375.

P. 352. l. 21. Πρόσεισι] Lege προσίζει τῷ ——— Ἀρθίῳ.

P. 353. l. 16. Ἡγήσατο] Verte, *Coloniam deduxit.*

20. Ὤκησε] Lege ᾤκισε, & ἐπικληθείς.

29. Δεκατευθέντων] Interpres historiam non satis expressit. Redde —— *missi in Coloniam ex Pheris in Cretam.* V. Stephanum in Φεραί.

P.355.l.3. Διογένης] Quis sit, incertum. Videtur tamen ex hoc loco Palleniaca scripsisse, inquit Ger. Vossius, Mihi potius videtur Θεαγένης intelligi. Certè Stephanus in Παλλήνη agens de hâc ipsa historiâ Hegesippum

pum & Theagenem laudat. Scripsit Carica & Macedonica. Palleniaca præter Hegesippum reliquit Themison, de eo Athenæus l. 6.

P.356.l.3. Ἐρέσιος] Eressus civitas erat Lesbi, unde Phanias hic aliquando Lesbius dicitur; inter alia scripsit Τυράννων ἀναίρεσιν ἐκ τιμωρίας, cujus operis meminit Athen. l.3. & 10. ex hoc opere hæc historia videtur fuisse desumpta. Apud Plutarch. Lib. *de defectu Orac.* malè scribitur Ἀιρέσιος.

16. Ἡρακλεώτων] Ælianus v. Hist. l. 8. & Diodorus Sic. de Archelao Macedonum rege similem narrant historiam.

21. Φρούριον ὑπελθὼν] *Subingressus.*

P.357.l.24. Νησαεὺς] Scribe Νυσαεὺς vel Νυσαιεύς. Interpres legit ut emendatum est. Nysa hæc in Caria. V. Strabonem l.14. videtur hic Aristodemus idem esse cum eo, cujus meminit Cl.Alex. in 1 Strom. qui de *rerum inventione* scripsit. Hoc autem colligo ex procœmio Philostrati ad Icones.

P.361. l.10. Ναξιακῶν] Andriscum infra quoque laudat Parthenius; & Athenæus l.3. c.5. Νάξιοι ὡς Ἀνδρίσκος, ἔτι δ' Ἀγαθένης, ἱστορεῖ. Quis sit ille Agasthenes nec Casaubonus nec Vossius docet. *Videtur nescio quid historicum scripsisse*, inquit Gesnerus. Agasthenes ille nullus est. *Aglaosthenes qui Naxica scripsit*; Hyginus in Poet. Astron. Ad hunc locum J. Schefferus non satis ex vero notat alicubi legi *Æglosthenes, sine dubio corruptè, pro Aglosthenes.* Hyginus iterum cap. 16. l. 2. *Aglaosthenes autem qui Naxica conscripsit.* Eodem modo & Cæsar in Aratum, & ex eo Lactantius lib. 1. c. XI. Meminit & Plinius & Pollux. Adde his & Eratosthenem (quem sequuntur Hyginus & Cæsar.) in Asterismis, cui bis dicitur Ἀγλαοσθένης ἐν Ναξικοῖς, & rectiùs, ἐν Ναξιακοῖς.

αὐτοῖς. Lego igitur apud Athenæum & Gesnerum in Bibliotheca, pro Agasthene Aglaosthenem. Sed & alibi latet hoc nomen in mendo. Cæsar in Phænomena Arati non procul ab initio, *Agatosthenes quidem in Asiaticis carminibus Cynosuram dicit*, &c. hæc cum legisset G. Vossius, inter Hist. Græc. locum Agatostheni fecit. Certè *Asiatica carmina* non statim arguunt opus historicum. Deinde si carmina scripsit Agatosthenes, cur non eum inter Poetas Græcos posuit idem doctissimus Vossius? Quod autem addit, ubi de eo loquitur, *nec dubito quin idem opus signet Tzetzes Chil. VII. Hist. CXLIV.* non caret scrupulo. Est quidem Agathosthenes historicus; ejusque adeo meminit Tzetzes in Lycophronem p. 115. edit. Canterianæ, (quanquam pag. 161. videatur eundem etiam pro Philosopho habere.) Sed hic nihil affine habet cum Agatosthene. Imò ille ipse Agatosthenes mutandus est in Aglaosthenes. Quæ enim Cæsar, ut vult Lactantius; sive Bassus, ut alii, in Aratum scripsit, desumpta sunt ex Eratosthenis Asterismis, (quos nuper edidit vir omni præconio dignus omni major Joannes Fell S.T.D. Academiæ Oxon. magnum decus) Eratosthenis autem verba sic se habent de Ursâ minori, Ἀγλαοσθένης δὲ ἐν τοῖς Ναξικοῖς φησι τροφὸν γενέσθαι τοῦ Διὸς Κυνόσουραν, εἶναι δὲ μίαν τῶν Ἰδαίων Νυμφῶν, ἀφ' ἧς ἐν μὲν τῇ πόλει τῇ καλουμένῃ * Ἰστοῖς, τοὔνομα τοῦτο ἦν, ἣν οἱ περὶ Νικόστρατον ἔκτισαν, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ δὲ λιμένα, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ τόπον Κυνόσουραν κληθῆναι. Hæc sic vertit Cæsar. *Agatosthenes quidem in Asiaticis carminibus Cynosuram dicit Jovis fuisse nutricem, unam ex Idæis Nymphis, à qua in Cretæ oppido Histe Nicostratus constituit portus*, &c. Quis dubitare potest quin ex Eratosthene emendari debeat Cæsar? nam & Hyginus hunc ipsum locum adducens legit,

Agla-

Aglaoſthenes. Quare pro *Aſiaticis carminibus* repono *Naxiacis* apud Germanicum. Confirmat Hyginus; *Aglaoſthenes qui Naxica conſcripſit, ait Cynoſuram eſſe unam de Jovis nutricibus, &c.* Reliqua quæ in Cæſare ſunt corrupta, poſſunt reſtitui quà ex Eratoſthene, quà ex Hygino.

11. Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ τῶν καιρῶν] In editione priori erat ἐν τῷ ιά περὶ τῶν κ. Cornarius interpres videtur in ſuo exemplari legiſſe δ΄. π. τ. κ. Laertius indicat hoc Theophraſti opus conſtitiſſe tantùm quatuor libris, quare numerus iſte ιά ferri nequit. Utrum autem ἐν τῷ δ΄ cum Cornario, an ἐν τῷ ά cum Mauſſaco legendum ſit, ſtatui opinor à nemine poſſit. Libros hos citat Harpocration. *Noſter* infra c. XVIII. Suidas in Ἀρχῇ Σκυρία. Et ex eo Apoſtolius C. IV. Proverb. 31. His in libris videtur *Theophraſtus ſcripſiſſe quæ eſſent in rep. inclinationes rerum & momenta temporum; quibus eſſet moderandum, utcunque res poſtularet;* *inquit Cicero l. v. de Finib.* Hæc ferè Meurſius in Theophraſto, & Menagius ad Diog. Laertium.

13. Καθ᾽ ὃν χρόνον] Hujus belli cauſa narratur cap. 18. hujus operis; quod rectiùs hoc in loco fuiſſet collocatum. Cum autem hæc ibi tangatur hiſtoria, eſt ſimile veri, petitam fuiſſe ex eodem Theophraſti libro; & proinde in titulo hujus cap. legi oportere ἐν τῷ ά τῶν.

20. Ἀπολειφθεῖσα] Plutarchus in libello de *virtutibus Mulierum* hanc hiſtoriam paulo aliter narrat. Polycritam non tam relictam, quàm cum aliis multis à Diogneto captam fuiſſe ſcribit. Κατά τινα δαίμονα *circum numen aliquod*, inquit Interpres; Mallem, *deo ita volente.*

21. Ἐν

21. Ἐν Δηλίῳ ἱερῷ πλησίον] Omittitur ἐ. Δήλιον Plutarchus ἔρυμα vocat & χωρίον, quomodo & noster. Mox fortè Δηλίῳ ἱερῷ vel Δηλίας rectiùs; nam Δηλία Stephano est civitas Cariæ.

23. Ἐρυθραίων] Ἐρυθραὶ civitas Ionum; Stephanus.

28. Διεπέμπετο] Consentit cum Aristotele, qui scripsit non fuisse captam Polycritam, sed fortuitò visam, in sui amorem pertraxisse Diognetum. V. Plutarchum.

P. 362. l. 9. Ἄρτεμιν] Melesii & Delii hanc colebant. Strabo 14. Habebant & Tanagræi Δήλιον, in quo erat Ἀρτέμιδος ἄγαλμα; Vid. Pausan. lib. 9.

P. 364. l. 7. Βιάζεσθαι τὴν κόρην] Interpres videtur legisse τιμᾶσθαι. Propius accedit vox θεάσασθαι.

12. Ἀπαντίγὴν] Simile quid narrat Plutarchus de Ephesinâ puellâ, & de Tarpeiâ virgine, in Paral. minoribus.

13. Πεδίῳ] Βασκάνου τάφος dicebatur, ob invidentiam fortunæ. Plutarch.

14. Πάντα ἑκατὸν] Locum hunc adducit Casaubonus ad Athenæum pag. 270. notarum, exemplisque illustrat, quibus omissis aliud addo ex 1 libro Herodoti, κτήνεα τὰ θύσιμα πάντα τρισχίλια ἔθυσε. Interpres ineptè vertit.

20. Λευκώνης] Hanc historiam habet Plutarchus in Parall. minorib. ex ipso Parthenio, sed breviorem.

P. 365. l. 3. Διὰ λόγον] Lege διὰ λόγου — συγγινόμενον.

P.366.l.3. Ἀριστόκριτος] De Mileto ſcripſiſſe vidit in ſuo Cornarius: colligi idem poteſt ex Scholiaſte Apollonii Rhodii ad v. 186. Meminit ejus Plinius l. v. c. 31.

4. Ἀπολλώνιος] Rhodius Apollonius plurium urbium κτίσεις ſcripſit. Alexandriæ, Cnidi, & Cauni. De Cauno teſtatur Stephanus in Fragmento in voce Δώπον. Vide infra p.384.

9. Νικαίνετος] Ἐποποιὸν vocat Athenæus; item Stephanus in Ἄβδηρα. Dubitatum fuiſſe video de ejus patriâ; Abderites eſt, vel Samius Athenæo libro 13; eidem Samius libro 15. Stephanus Abderitem facit. Verſus qui ſequuntur ex conjecturâ ſtrictim ſic emendo

Κτίσατο· Τραγασίης δὲ μάλ' αἰνῶς ἤχθετο, παῖδα
Ἢ οἱ Καῦνον, &c.
Τείνατο δὲ ῥαδινῆς ἐναλίγκιον ἀρκεύθοιο
Βυβλίδα —— ——
Βῆ δὲ φέρων δ᾽ ἰτρῶς, φεύγων ὀφιώδεα Κύπρον
Καὶ Κάσπος ὑλιγενὲς, &c.
Ἔνθ' ἤτοι πολίεθρον ἐδείματο πρῶτος Ἰώνων.
Αὐτὴ δὲ γνωτὴ, &c.

Κάσπος porrò dictum eſt ὑλιγενὲς, quoniam tota inſula valde ſylveſcebat, uti docet Strabo in fine XIV. Apollo Ὕλατος dicebatur, qui in Cario colebatur; eſt autem Carius Cypri locus. Tzetzes ad Lycophronem.

P.367.l.7. Οἱ δὲ πλείους] Supra, Nicænetus erat in alterâ ſententiâ, & Conon Narratione 2; Hæc autem ſecutus eſt Antoninus Liberalis, Ovidius, l. IX, & Stephanus in Καῦνος.

26. Παρ' ἡμῶν] De Parthenio ejusque scriptis agit G.Vossius libro 2. de Hist. Græcis.

28. Ἀονίδων] Sic legit Interpres. Tho. Stanleius (cui ego & alias in Parthenium emendationes debeo) legit Ἀηδονίδων. V. p. 423.

P. 368. l. 5. Βδίδα] Βεῦδος est ἱμάτιον γυναικεῖον πολυτελές. Vide Etymol. M. Apud Pollucem scribitur βεῦδος, l. 7; apud Hesychium Βίδος; utrobique perperam.

P. 369. l. 5. Παραπλὴξ ἴσαι] Lege ἴσαι.

17. Θρακὶ] Verte, *in Thrace*. Est enim poematis titulus, ut Διόνυσος hujus Euphorionis apud Stephanum, & Ἀπολλόδωρος. V. p. 390. V. Stephanum in Ἄσβωτος. Et Schol. Apollonii p. 51, Gr.

18. Δεκτίδας] Quis sit, incertum; neque enim alibi Dectadæ mentio. Observo inter historicos Διδχίδαν & Ἀρητάδην; Διδχίδας aliquando (sed perperam) scribitur Δαχίδας, quod propè accedit ad Δεκτάδας. Aretades multa scripsit & hujusmodi quidem historias, ut ex Plutarcho aliisque constat.

23. Ἁρπαλύκην] De hac videtur loqui Virgilius lib. 1. Æneid. Qualis equos Threissa fatigat Harpalice.—— Servius hujus Patrem facit Thracum regem.

25. Ἔρωτα ἐλθὼν] Hìc omissa est vox Κλύμενος.

P. 370. l. 4. Εἰς τῶν Νηλειδῶν] Interpres sine dubio legit εἷς γῶν Νηλειδῶν. Atqui Alastor erat ex stirpe Nelei, ejusque meminit Apollodorus p. 41. verte igitur, *aderat Alastor unus è posteris Nelei.*

11. Καταθεῖ] Non redderem *transverberavit*. Sed *hostili animo insecutus est*; Hoc in sensu Xenophon usus est.

P. 371. l. 4. Μιλησιακά] Milesiorum res scripsêre inter alios Aristocritus, Hegesippus, Clitus, Leander. Aristidæ Milesiaca alius generis opus fuit. Plutarchus vocat ἀκόλαστα βιβλία, lascivos libros; quales sunt Apulei Metamorpho-

morphoſeis, quas ipſe ſe ſcripturum ait ſermone Mileſio.

6. Ἄνθης] Anthes Halicarnaſſum condidit. Strabo.

8. Φοβίῳ ἐπὶ] Lego ἐνὶ τῶ Νηλείδων, vel Νειλείδων. Vide Pauſaniam p.397.8,9.

18. Διὰ ξένιον] Lege Δία ξένιον. Infra, Ζῆνα ξένιον.

29. Ἀνθέως καλέσαντος] Elapſa eſt vocula ὡς, & cauſa patet.

P.372.l.15. Ἀλέξανδρος Αἰτωλὸς] Fuit in Pleiade Tragicorum, Suidâ teſte. Strabo adfert aliquot ejus verſus libris 12 & 14. Sunt & penes me ejuſdem de ordine Planetarum carmina elegantiſſima, quæ alibi edam.

24. Ἠλάκατ' ἐν] In fine hujus verſûs lego ἱλασομένης.

25. Ἀσησοῦ] Ἀσησὸς, πόλις Μιλησίας γῆς. Stephanus.

29. Μελίσσῳ] Lego Πειρήνῃ; eſt autem Meliſſus vicus agri Corinthiaci; docet Plutarchus.

P.373.l.1. Θαλήσεῖ] L. Θαλήσει. poſt Βακχιάδαις pone plenam diſtinctionem. Paulo poſt, ἔξον & καθαψαμένη, & σπονδὰς τ' ἐκ Φοβίου. Deinde ἄλα ξυνέωνα, θαλάσσης; &c. Paulò infra, lege ἢ δ', ὅταν ἄρῃ, &c.

2. Φρέατος ἐκ μυχάτου] Mallem ἐν μυχάτῳ.

P.374.l.4. Λελεγηΐων] Miletus dicta fuit Lelegeïs. Stephanus.

6. Ἐλλαμένης] Forte ἀλλόμενος.

21. Ἐλαΐτῃ] Diodorum *Mendicum* hoc ex loco commemorat Geſnerus. Vides tamen in Latino Elaiten. Elaitarum meminit Pauſanias in Æolide; inde fuit Menecrates, quem περὶ κτίσεων laudat Strabo. Cùm autem hujus Diodori nullibi (ἐμοὶ δοκεῖν) occurrat mentio; cogitet mecum cautus lector, an non legi poſſet pro Διοδώρῳ Διονυσόδωρος, qui Trœzenius appellatur, & cujus adfert verſiculum Plutarch. in Arato, & Cicero ad Attic. Eſt autem Trœzene in Aſia minori, (uti Elæa, unde Elaites) ut teſtatur Plinius. Dionyſio-

dorum laudat quoque Scholiastes in Apollonium Rhodium; eum esse Troezenium ait G. Vossius; quam ob rem, non docet. Idem Vir doctus ex hoc ipso loco profert nobis Dionysium cognomento ἐπαίτην. Vereor ut recté.

22. Φυλάρχῳ] Est ubi scribatur & Φίλαρχος. De eo videndus Vossius in Hist. Gr. In Latinis lege XV. pro IV. constabat hoc historicum opus duodetriginta libris. Adducitur à Nostro infra.

23. Ἀμύκλα] Ovidius in 1 Metamorph. Penei filiam esse vult. Pausanias, Philostratus, Aphthonius, Geoponicon Collector, Libanius, aliique patrem ei tribuunt Ladonem.

P.375. l.6. Περὶ τῆς Ἠλικίαν ἀλ.] Lego ex conjecturâ Ἠλείαν. Intellige Peloponnesi regionem omnibus notam. Interpres hîc pro Εὐιππος videtur legisse Λάκωνος, ut mox. Apollodorus p. 39, ex Periere Leucippum producit; Perieres Cynortem, Cynortes Amyclam patrem habuit, secundum alios; v. Apollodorum p. 197. fuit ergo Leucippus circa eadem tempora, in quibus Daphne.

14. Οὐ μεθιείς τι] Potius cum Interprete, μηθὲν τι. Idem tamen, cum statim pro ἀμφιπεσοῦσα legat ἀμφιπεσοῦσα, videtur à vero aberrare.

P.367. l.18. Ἀκάμαντος] Thesei filius fuit hic Acamas. Eponymorum unus; statuam Delphis meritus est; nomen fecit φυλῇ Ἀκαμαντίδι. Harpocration, & Pausanias. Apud Virgilium in 2 Æneidos pleræque editiones habent *Athamas* pro *Acamas*; nec vidit hoc La-cerda. Est & mons in Cypro Acamas. Legatio hæc suscepta est antequam Græci ad Trojam navigarent.

P. 377.

P.377.l.6.'Εις Δάρδανον] Herodotus 7, Δάρδανος, ἥπερ δὴ Ἀβύδῳ ὅμυρός ἐστι.

21. Ὑπ' αἴθρᾳ] *Sub dio* inquit Interpres; at illum fugit ratio. Lego ὑπ' Αἴθρᾳ. Rem omnem fusè narrat Tzetzes ad Lycophronem, p.79. & 87; & Plutarchus in Theſeo.

22. Ἐπ' οἴκου] Ἀνεχώρησεν ἐπ' οἴκου, Thucydides. Tzetzes, ἁλούσης τῆς Τροίας ἀναγνωρισθεῖσα [ἡ Αἴθρα] Ἀκάμαντι, ἀπῆρε μετ' αὐτοῦ, κομίσασα καὶ τὸν Μούνιτον. Hinc emendes Plutarchum in fine *Theſei*, ubi Μούνιχος legitur pro Μούνιτος.

24. Ὀλώσθῳ] Euphorio,

——ἐν κνήμοισιν Ὀλώσθου
Ἀγρώσσοντ' ἅμα πατρὶ πελώριος ἔκτανεν ὕδρος.

31. Τὴν ἀρχὴν] Eadem hæc prodidit Ariſtippus περὶ τῆς παλαιᾶς τρυφῆς; Matremque Cratéam fuiſſe dictam ſcribit. V.Laertium in Periandro.

P.378.l.4. Νέου, πολλῷ κατείχετο] Non placet hæc lectio. Menagius vir doctiſſimus ſequitur interpretem; quod miror. Lego autem πόθῳ κατείχετο, *amore capiebatur.* Vel πολλῷ πόθῳ.

23. Νύκτα φαίνειν] Etiam hîc Interpres erravit. Lego λύχνα φαίνειν. Infra, λύχνα κατακρύψαι. Quod autem mox ſequitur, ἐπιπροσθεῖσθαι, non videtur intellexiſſe Interpres; verte, *occultari præ pudore.* Illud verò ὡς ἂν τοῦτο ἐκ ἀνοίας mihi corruptum videtur; diſſimulet licet Interpres. Fortè, ὡς ἂν τοῦτο ἐκ ἀνάγκης.

P.380.l.2. Φῶς] Confer p.467. ubi ſimilis hiſtoria habetur.

17. Θέρσος] Vide caput IX. p.361.

P.381.l.5. Διὰ τε ἑταιρήϊον] Pessimè Interpres; lege Δία τε ἑταιρήϊον, *Jovem socialem & hospitalem veritus*; ita supra emendavimus p.371.

19. Ἐπὶ τῆ ἑςίας] Verto, *ad focum qui erat in Prytanéo.* Ignem æternum in sacrariis omnes ferè populi nutriebant. Constat de Persis, Ægyptiis, Trojanis, Græcis, Romanis. Vide quæ ad Cornutum, p. 74.*edit.Cant.*

P.382.l.6. Κήπρος] Videtur legendum Κήπρος ἐκ Θράκης, ὁ μήσαντι ἀπὸ νήσου.— infra lege Ἰφιμέδην pro Ἱππομέδην.

21. Περὶ Ἀιρῆς] Historiam hanc tangit Apollodorus p. 12. cui tamen Hæro dicitur Merope.

30. Νῆσον] Chium intelligit. Vide Eratosthenem in Catasterismis.

P.384.l.1. Ἐγχειρίζειν] Tharbe filia Regis Æthiopum Moysi urbem Sabam prodidit, ejus formâ capta. Josephus & Georgius Syncellus. Achilles in hac expeditione contra Lesbum comitem & συςράτηγον habuit Palamedem. Res ibi gestas narrat Homerus *libro nono Iliados.* Fuit Methymna Lesbi urbs. Diomedam Phorbantis filiam sibi Achilles ex mulieribus captivis selegit. Quemadmodum autem Pisidice amore Achillis capta hîc periit; ita & ipse Achilles non dissimili fato occubuit. Nam cùm Polyxenam Priami filiam vehementer adamasset, & conditione pacis initâ uxorem sibi postulasset, Paridis fraude interceptus cecidit. Vide Philostrati *Heroica.*

11. Λίσβου κτίσιν] De primis urbium gentiumque originibus & conditoribus scripsêre multi. Hellanici κτίσεις ἐθνῶν καὶ πόλεων laudat *Stephanus.* Eodem in argumento versati sunt Dionysius Chalcidensis, Clitophon, Trisimachus (vel Thrasymachus,) Menecrates, Der-

Dercyllus, Cadmus Milesius, Callimachus, Apollonius Rhodius, Apollodorus, (si rectè Marcianum Heracleotam intelligo) aliique.

14. Λάμπεδον] Scribo Λάμπετον; & fortè pro Ἥρω legas Ἶρυ. Stephanus περὶ πόλεων. Λαμπέτειον, σῆμα ἐν Λέσβῳ, ἀπὸ Λαμπέτου τοῦ Ἴρου.

15. Ἰθαγενέ☉] Scribo Ἰθαιγενέ☉, *generosi.* Scribo Λεπετύμνου, & distinctionem colloco post Μηθύμνης τε. Est enim Methymna hæc mater Hicetaonis, non locus. Stephanus; Μήθυμνα, πόλις ἐν Λέσβῳ τῇ νήσῳ, ἀπὸ Μηθύμνης τῆς Μάκαρ☉ θυγατρὸς καὶ γυναικὸς Λεπύδνου, emenda, Λεπετύμνου. Ab hoc Lepetymno mons quoq; in quo ejus erat monumentum, dictus est Lepetymnus. Antigonus in Synag. Hist. Notat Tzetzes in eodem monte sepultum fuisse Palamedem.

23. Θυέσκετο] Lege θνέσκετο. Horatius Carminum l. 3. Ode 2.

——illum ex mœnibus hosticis
Matrona bellantis tyranni
Prospiciens, & adulta virgo
Suspiret.——— ——

P.385.l.2. Κλειΐδας ὑποχλίασασα] Quid ὑποχλίασασα sonet, ex ὑποχλίζω constat. Quidam ait, Videtur Poeta scripsisse ὑποχαλάσασα. Dicitur enim Græcè χαλᾷν τὰ κλεῖθρα. Malé.

3. Ἔθλη] Haud dubiè ἔτλη, & ita Interpres.

8. Ὑποχείσης] Repone ὑποχεύσης. Et mox νύ☉, & οἱ ἦεν. Confer cum his Simuli versus de Tarpeiâ virgine, apud Plutarchum in *Romulo.* Adi etiam eundem in *Parallelis minoribus*, ubi de Tarpeiâ scribit, ibique pro ἔσοδον lege εἴσοδον; pro Ἀλβανοὺς, Σαβίνους.

P.386.l.3. Σάρδεις] Rem hanc aliter narrat Herodotus in I.

21. Χιλωνίδος] Χιλωνίς quod ſit mulieris nomen, ex Plutarcho conſtat. Hîc tamen magis placet Χελιδονίς, quoniam idem Plutarchus in *Pyrrho* hanc ipſam hiſtoriam perſtringens eo nomine Leotychidis filiam (quam Parthenius intelligit) deſignat.

P.387. l.1. Βασιλίως] Areum vult. Paulò infra lege ἀυτῆ, & ἔθεσιν. Plutarchus ἐνταφηνσομένοις Λακωνικοῖς ἔθεσιν. Pro τὰς ἐν ἀυτοῖς πόλεις, reſtitue ἀυτῆ.

17. Στάσιν] Græca ſana ſunt; aliud quid legit Interpres.

19. Ἱππαρίνε) Dionyſii & Ariſtomachæ filius fuit.

P. 388. l. 8. Φάϋλλος) Fuit Phocenſium Tyrannus.

P.389.l.9. Προνοίας) Hoc titulo multis in locis colebatur Minerva. V.Cornutum p.49. Pauſaniam p.623, Herodotum, Heſychium & Macrobium.

10. Ἐριφύλης) Vide quæ de Monili hoc fatali notavimus ad Apollodorum.

P. 390. l.3. Θρᾳκὶ) Vide quæ ad p.369. De Euphorione hoc multa diligenter collegit G. Voſſius in Hiſt. Græcis. Equidem arbitror ex ejus Ἀτάκτοις deſumptas fuiſſe hiſtorias has, quas Parthenius adfert; Euphorionem autem operi πολυςίχῳ varios titulos feciſſe: Hinc eſſe Euphorionis *Apollodorum*, *Thracem*, *Dionyſum*, *Hyacinthum*, *Hippomedontem*, *Anium* (apud Stephan.in *Fragmento*) & fortè, *Xenion*, *Artemidorum*, *Aras* (execrationes) ſive *Poterioclepten*. Opus hoc, aut aliqua ejus pars, χιλιὰς inſcribebatur; videturque Tzetzes, in ſuis Chiliadibus ſecutus Euphorionem, metri genere mutato. Præter alios multa ex Euphorione adducit Interpres Lycophronis.

nis; Inter cætera innuit Euphorionem egisse de Mopso; Quare considerandum relinquo, an non ea, quæ apud Suidam corruptissimè leguntur de Euphorionis Μοψοπία, hinc lucem aliquam accipere possint. Scripsit autem Euphorion non tantùm epico charactere, sed & Elegiaco; atque hunc *ejus colorem secutus est Cornelius Gallus*, ut testatur *Probus*. Nam Tiberius Cæsar quo in genere carminis imitatus sit *Hunc*, *Rhianum*, aut *Parthenium* (omnes enim utroque metro, epico & elegiaco usi sunt) incertum est.

5. Τρέμβηλος] Lelegum regem facit Athenæus l.2.c.6. ubi tamen corruptè editur Στρέμβηλος. Natus est ex Hesione, quæ elapsa ex nave Telamonis in reditu à Trojâ, natando pervenit in Miletum; eam in sylvis occultantem se offendit Arion Meliti rex; & Trambelum pro suo filio sustulit. V. Tzetzem in Lycophronem.

P.391.l.9. Ἡρῷον Τρεμβήλου] Sic Lepetymnus, Lampetus, Palamedes, Pylæus sepulti in Lesbo monumenta in montibus sortiti sunt. Sic & Misenus apud Virgilium, *Monte sub aerio* ——.

13. Μοιρώ] Athenæo dicitur Byzantia, ejusque ab eo laudatur poema Μνημοσύνη. Scribit Vossius eam in Neptunum elucubrasse hymnum. Idem aliam esse vult à Myrône Byzantiâ, de quâ Suidas; Gesnerus eandem putat, quod & mihi videtur. Ἀρὰς quoque scripsit Euphorion, Callimachus, & Ovidius *Ibin*; Valerius Cato *Diras* & *Indignationem*, simili argumento.

16. Πολύβω] V.p.168.

21. Ξάνθος] Herodotus 2. Planudes in vitâ Æsopi.

P.392.l.2. Ἀπολιπεῖν οἶκον] Juvenalis Satyrâ sextâ versu 83.

Nupta Senatori comitata est Hippia Ludum,
Ad Pharon, ad Nilum, famosáque mœnia Lagi.
Immemor illa domûs, & conjugis atque sororis,
Nil patriæ indulsit, plorantésque improba natos,
Utque magis stupeas, Paridem ludósque reliquit.

18. Ἀπολλοδώρῳ] Hinc constat nos rectè supra correxisse, cum non *ad Thracem*, sed *in Thrace* vertimus. Sanè, ut simpliciter hîc dicitur Εὐφορίων Ἀπολλοδώρῳ, ita pleniùs apud Scholiastem Apollonii de hâc ipsâ re verba facientem legas, Εὐφορίων ἐν Ἀπολλοδώρῳ. Primam tantum partem hujus historiæ attigit Euphorion.

19. Ἀργοναυτικῶν ά] Rectè; errat Interpres qui quartum adducit.

20. Διαφόρως] Scholiastes Rhodii, περὶ τῆς τοῦ Κυζίκου ἀναιρέσεως, καὶ τῆς ὅλης μάχης, οὐ συμφωνεῖται.

21. Αἰνέου] Malè; lege Αἰνέως. Schol. Apollonii, Κυζίκου πατὴρ Αἰνεὺς Ἀπόλλωνος παῖς καὶ Στίλβης, ex Æneta Eusori Thracum regis filia Cyzicum genuit.

23. Λάρισαν] Scribe Λάρισσαν. Strabo l. 13, eadem de Piaso Pelasgorum rege & Larissâ commemorat. In Scholiis Rhodii Θρῆσσα dicitur, non satis ex vero.

27. Κλείτην] Filia ea fuit Meropis Percosii, qui & vates fuit. Ab hâc fons in Cyzico Clite dictus legitur.

P.393. l.8. Ἀνήρτιζεν] Consentit cum Apollonio Deilochus, & Euanthes apud Interpretes Apollonii; dissentit Euphorion. Idem Cyzicum prodidit μελλόγαμον, Apollonius autem νεόγαμον; Euanthes ei filium dat ὁμώνυμον, Apollonius & Euphorion ἄπαιδα faciunt. A Cyzico urbs Cyzicus dicta habuit portum Panormum, cujus nominis in Sicilia urbs.

P.393.

P.393. l.13. Ἑρμοῦ παῖς] Servius ad Eclogam quintam. Pro δεξιῶς mallem δέξιος χερῆσαι. Et ſtatim ἐκπρεπὴς, Formoſus. Servius, *Daphnin pulcherrimum multi ſcriptores aſſerunt.* Meminit Callimachus in Fragmentis.

20. Ἐχεναΐδα] Servius Nomiam, Pipleam, vel Italiam fuiſſe ſcribit ad Eclogam 8.

29. Βασιλίδων] Chimeram vocat Servius. Plura de Daphnide leges apud Athenæum libro 10, Suidam in Λιτυέρσης, & ἀκοσίησας.

30. Δηλησαμένη] *Sancians*, vel, *decipiens.*

P.397. l.4. Κίχυρον] Meminit Strabo ſemel atque iterum.

7. Ἠπάρου] Interpres obſcurè. Verte; Sylvam hanc eſſe Epiri quæ filia fuit Echionis.

18. Νέανθος] Alius non eſt quàm Neanthes Cyzicenus.

Ib. Σιμμίας] Adducam locum Stephani περὶ πόλεων in ἡμικύνες, unde nomen hujus Simmiæ excidit; eſt ergo legendum —Ὑπερβορέων. Σιμμίας ἐν Ἀπόλλωνι, deinde verſus ſic reſtituendi ſunt, qui ſequuntur.

Ἡ μιύνων τ' ἐνόησα γένος περιώσιον ἀνδρῶν
Τῶν ὤμων ἐφύπερθεν ἐυστρέων, κύνεον κρᾶς,
Τέβατε γαμφηλῇσι περὶ κραταιοῖσιν ἐρυμνόν.

Sed & Tzetzes, ex quo hæc emendavimus, ipſe viciſſim ex Stephano ſanari poteſt; nam apud illum malè legitur ——— ὑδέπ τέγη. pro πίγυ,
& Ὄνομα κλυτὸν pro ὀνομάκλυτον αὐδήν.
Simmiæ interim *Ovo* & *Securi* addendus eſt *Apollo*, ex Tzetzæ Chil; & Antonino Liberali p.441; & Μῆνες, ex Stephano in Ἀμύκλαι. Vide *Fragmentum* in Δωδώνη. Adi G.Voſſium in Hiſt. Græcis.

20.

20. Διαφόρως] Quippe plures fuêre Niobæ; & inter fabulatores rara eſt concordia.

P.398.l.18. Κόρυθος ἐπίκουρος] Oenone, (eo quod Paris Helenam, ſe ſpretâ, adamârat) Corythum miſit qui Græcis ad Trojam viæ dux eſſet. Confer p. 262.

P.399.l.1. ὑπὸ Ἀρπακλοῖζιν ὑποδμηθεὶσ] Lege ὑποδμηθεῖσ᾽ ὑμεναίοις.

11. Λύκαστος] Lycaſtus αὐτόχθων habebatur, Stephanus. Cydon autem Apollinis filius & Acacallidis Minois filiæ. Stephanus.

12. Ἀπτέρῳ] Aliis eſt Ἀπτέραι. Syncellus.

P.400.l.14. Ξάνθον] Herodotus 1.p.173.notat eos fuiſſe cognatos. V. & Stephanum in Τερμίλη & Τέρμερα.

25. Ἀργανθώνη] Aliis Ἀργανθών. Stephanus; ubi pro Ἀργανθώνις mallem legere Ἀργανθώνη. Strabo 12. V. infra p.454.

Finis Notarum in Parthenii Nicæni Ἐρωτικά.

NOTÆ



NOTÆ

IN

ANTONINI LIBERALIS

METAMORPHOSEIS.

PAg.406.l.26.Σῶμα κομίσαντος] Lege aut κομίσαντες aut κομίσαντες. Est porro Ἰουλὶς civitas & fons in Ceo insula. Patria fuit virorum aliquot celebrium, Putà Simonidæ, Bacchylidæ, Erasistrati, Aristonis Peripatetici.

P.407.l.7.Οἰνεὺς ὁ Πορθέως] Apollodorus I, Parthaonem (vel Porthaonem) Oenei patrem agnoscit. Lineâ antepenultimâ ἱερὸν σῶν intelligo sacrum Dianæ; Hesychio ἅγιον: vel magnum.

P.409.l.11.Βοῖος] Plinius libro 10. & Pintianus, qui sic in Mss. Codd. invenit. Gesnerus videtur hîc legisse Boemum, vitioso cōdice usus; sunt qui Βίνθος legunt. Ὀρνιθογονίαν scripsit, ut Eumelus Corinthius Βυγονίαν, Hesiodus Θεογονίαν.

P.411.

P.411.l.11. 'Αμβρακίαν] Vide tamen Stephanum in voce, & in Δεξαμεναί.

11. Τόξγον] Strabo vocat Τόλγον, l.7. Apud Marcianum Γόργος & Τόλγος.

21. Ποιῆσαι] Imò παῦσαι.

P.312.l.21. Κελτοὺς] Aſſentior viro docto qui nuper edidit Antoninum; legi enim Κελαίθους oportere docet ex Stephano. Scimus tamen & Κελτοὺς his populis immixtos.

25. Συνελθόντες] Aut deeſt vox aliqua, aut legendum ζωῆθεον.

P.413.l.22. 'Εκείνης εἰς οἰκεῖα] Lege οἰκία ut p. 416.l.3. Vide & Ætym. magnum in voce. *Homerus* ὁδῷ ἔπι οἰκία ναίων.

P.415.l.7. Περίφας] Periphas hic mihi videtur Ægypti eſſe filius, cui Actæam obtigiſſe narrat Apollodorus p.75. Alius fuit Periphas pater Lapithæ, de quo Stephanus in Λαπίθη; alius quoque ille apud Virgilium *Unà ingens Periphas.*

P.418.l.21. "Ανθος τῷ 'Εφίππῳ] Simplex magis placet ἵππῳ. Plin. L.X.c.42.

P.420.l.3. Κυρήνιος] Nempe ex Locride. Axia & Axios in Locris. Obſervat & Halicarnaſſeus Κυρήτας eſſe Λοκρούς. Meminit Stephanus Axii fluminis in Κρόταν.

28. Σύβαεις] "Η ἀπὸ οἰκιστοῦ τινος, ἢ ἀπὸ Συβάρεως ποταμοῦ. Schol. Theocriti ad εἰδ. ε. Vide Stephanum in Θύσιοι; & Strabonem p.262,263. pro ἔκτισε vir doctus reponit ἐκάλησεν.

P.422.l.8. Μινύα] De Minyâ ejuſque ſtirpe agit Scholiaſtes Apollonii ad librum 1, copioſé. Filiarum meminit Plutarchus & Ælianus non ſine aliquâ diſſonantia. V. Ovid. Metam. l.4.v.390.

11. 'Απί-

11. Ἀπέβυζαν] Lege Ἀπέβηζαν.

23. κελεόντων] Mireris meritò Sylburgium hîc non vertiſſe vocem iſtam, quæ apud Heſych. Pollucem alioſque ἱστόποδας notat. explicat & Harpocration, modo apud eum legas, non ἱνόποδες, ſed ἱστόποδες, *Radii textorii pedes.*

P. 423. l. 10. Ἀυλὴν] An ἀυλὴν? aliter, ἀκτῖνα & ἀυγὴν.

15. Πανδάρεως] In Latino lege Pandareus. Vide ſupra p.313.

16. Ἵνα ἐστὶ νῦν] Prion Straboni deſcribitur libro 14. dicebatur & Λέπρη Ἀκτή.

24. Κολοφῶνι] Videtur fuiſſe inter Colophonios & Epheſios antiqua cognatio. V. Strabonem ibidem p. 634.

P. 424. l. 22. Διδῶζειν ἀπάγειον] Lege ἀπάγειν.

P.425.l.30. Τὰς ἐσοβζηζεν] Excidit aliquid; fortè καὶ ἐσόβηζεν τὰς μυίας.

P. 426. l. 3. Πάντας] Dele in Latinis, *perſonas.*

8. Ἀλκύον] Lege Ἀλκυών.

P.427.l.8. Κύκνος] Cygni fuêre tres, Martis, Neptuni, Apollinis F.

P. 428. l. 6. Ἐχαραχώθη] Xylandro placuit ἐκαρώθη.

P. 429. l. 9. Ἡρακλέα] Phylius ille, vel Phyllius, idem forte fuerit cum Phylio Augeæ filio, de quo in Apollodoro p.106. Quæ autem Thyrie hîc, aliis eſt Hyrie.

18. Βυλήσας] Hiulcus eſt locus. Infra lege ἀτιμηθέντι, & in Interprete, lineâ penultimâ, *lacus Cygneus.* Lineâ ultimâ pro ἀγλῦ pone ἀξότυ.

P.430. l.8. Ὀθρηΐδος] Vide Apollodorum p. 24. & 446. Infra, pro ὑπῆλθεν, elegantiùs diceres ἐπῆλθεν.

P.432. l.17. Ἐχθέμενον] Pro quo ἐκθέμενον cum V. D. mallem.

27. Μεγαλύτορα] Infra rectè Μεγαλήτωρ.

P.434. l.6. Μηρπίδα τῆζον] Non debet solicitari hæc lectio.

7. Ἡ δὲ γῆ] Nec hæc in dubium vocanda. Attica est locutio, Latinis quoque usurpata, Terentio & Catullo.

18. Ταῖς αὐταῖς] Lego αὐτῆ.

22. Καλῶεν] *Si vocarent.* Vel καλοίη, *si quis vocaret.*

P.438. l. 11. Πάνακτα] Locus mendosissimus meliores codices implorat.

P. 439. l. 11. Ἐγκέφαλον] Comedere cerebrum antiquitùs μυσαρὸν habebatur. V. quæ ad Apollodorum p.180.

P.441.l.22. Ὑπερβορέοις] Frequenter & per diphthongum effertur ὑπερβόρειοι. De his incerta admodum scripsêre veteres Græci, adeo ut fuisse omnino eam gentem dubitarint nonnulli, inter quos Herodotus. Posidonius fuisse circa Alpes credidit; idem sensit & Protarchus. Pausanias libro 1. p.59. quàm proximè eos videtur indigitasse, Zenothemin, Aristéan & Damasten auctores secutus. Sunt qui putant tabulam Geographicam Ptolemæi, in quâ de Hyperboreis agitur, contra ipsius mentem, resupinatam nunc & inversam exhiberi. Plura de his colligas ex Tzetze, in Chil. VII. ex Pausaniâ p. 299, & 617. ex Stephano in Ὑπερβόρειοι & in Γαλεῶται, ex Schol. Apoll. ad v.677.lib.2. ex Harpocratione, Porphyrio, Strabone. De sacrificatis autem Apollini asinis testatur Cle-

Clemens Alex. in Protreptico, ex Callimacho; & Pindarus.

P.442. l.22. 'Ακυονεῖ] Apollodorus Ἰχὼ vocat; conveniunt in ſignificatione utraque nomina; impoſitum hoc videtur á poetis.

P.446.l.6. Τέραμβος] An Κέραμβος.

13. Μηλιέων] Ex vicinitate Othryos colligimus Melienſes hos eoſdem eſſe, quos Strabo Malienſes vocat. Eum vide ſis l.9.p.433. ex iis porrò quæ ſequuntur hæc in Theſſalia geſta conſtat.

P. 447. l. 17. Ἡ Δεῖνα] Quædam ex filiabus Spercheii.

P.448.l.9. Μεγάλοις κανθάροις] Vir doctus qui Antoninum nuperrimé edidit, ex Heſychio locum hunc illuſtravit. Vide Heſychium in Κεράμβηλον.

P.449. l.4. 'Απόλλων αἰδόντα] Rectè vidit V. D. legi oportere 'Απόλλωνα ἰδόντα. Confer Apollodorum p. 199. Alii dicunt Apollinem ipſius Admeti amore captum fuiſſe. V. Callimachum Hymno in Apollinem.

P.451.l.8. Καύματος] *Æſtu.* De hac Cereris oberratione Apollodorus, Clemens Alexand. & Cicero in Verrinis.

P.452. l.19. 'Ερινύες] Intellige χθονίους, Plutonem & Proſerpinam. Heſychius & Euſtathius ex Tragicis ſic interpretantur.

21. Δυσὶν ἔχουσαι] Reſtitue ἑκοῦσαι, volentes.

P.453. l.8. 'Αΐδης] Colebatur Coroneæ; Strabo l.9.

22. Κορωνίδας] Ut Κνειδὸς & Κνειὰς fæm. ita Κορωνὶς & Κορωνιὰς formatur. Lego igitur Κορωνιάδας.

27. 'Επερειδομένον δ'] Scholiaſtes Rhodii hæc adducit ex *ſecundo* Heter. Nicandri.

28. Στρατηγὸς] Militiæ magiſtrum, ducem. Diodorus Siculus.

P.454.l.2. Κήϋκος] Aliis, Theiodomantis. Pro ἐποπὸς, placet ἐκλόπως. Ad reliqua hujus capitis illuſtranda faciet Scholiaſtes Apollonii in fine l.1. Ovidius fabulam ab Hylâ ad Narciſſum tranſtulit. Virgilius in Eclogis nobiſcum facit.

12. Χερσὸν] Scribe χερνιβεῖον; eſt autem χερνίβιον, ὑδρεῖα, ςάμνος. Heſychius, Pollux, Euſtathius.

P.455.l.14. Θησέως] Enarrator Lycophronis hujus rei teſtem adfert Durin Samium.

P.456. l.7. Ἔυξεινον] Tauroſcythæ captivam abduxerunt, & Dianæ ſive Lunæ ſacerdotem conſtituêre.

10. Ταύρους] Oſiris ibi boves aratro junxit, διὰ οὖν τὸ ζεῦγος τ ταύρων τὸ ἔθνος κληθῆναι, inquit Stephanus.

12. Αὐτὴν διςαυροπόλου] Nemo dubitat quin hæc ſint corrupta. Lego igitur αὐτὴν δὲ ταυροπόλον, ſeipſam vocavit ταυροπόλον; vel αὐτὴν δὲ ταυροπόλου ἱέρειαν καλέσασα. Scholiaſtes ineditus ad Ariſtophanis Lyſiſtratam ſic ſcribit. Νὴ τὴν ταυροπόλον' οὕτω τ Ἄρτεμιν ἐκάλουν. τ δὲ αἰτίαν Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν ἐκτίθεται. Suidas ὡς ταῦρος περιΐει πάντα. ὡς Ἀπολλόδωρος. Cæterùm Iphigeniam hanc Iphianaſſan vocarunt Sophocles, Euripides, aliique é poetis. Eámque convertit in anum Diana, ſecundum alios; alii in urſum mutatam prodidêre, inter quos Phanodemus; teſte Tzetze. Scholiaſtes Ariſtophanes ineditus, ad hæc verba Ἄρκτος ἦ Βραυρωνίοις ſcribit, δοκεῖ δὲ Ἀγαμέμνων σφαγιάσαι τ Ἰφιγένειαν ἐν Βραυρῶνι, οὐκ ἐν Αὐλίδι· καὶ ἄρκτον ἀντ' αὐτῆς οὐκ ἔλαφον φονευθῆναι. Videntur autem mihi Sacra Brauronia Tauricorum fuiſſe imitamina; ipſa enim Iphigenia in Tauris ſepulta fuit; cùm Braurone ipſius eſſet tantùm κενοτάφιον. Euphorion ſic mihi intelligitur apud eundem Scholiaſtem

Ἀγχίαλον Βραυρῶνα κενήριον Ἰφιγενείης.

15. Ἀδάκλω] De hac insula Stephanus Ἀχίλλειος δρόμος· νῆσος μετὰ τὴν Ταυρικὴν ὡς ἔνιοι, Λευκή. Dicitur & Macaron Plinio; nempe μακάρων νῆσος. V. p. 257. & 317. & Schol. Apollonii Rhodii.

25. Τυρῶν] Vide quæ ad Apollodori p. 18 & 19. adduximus.

P. 457. l. 15. Ἄρτεμις δ' αἴλουρος] Legimus cum aliis αἴλουρος. Stephanus in Βούβαστος; πόλις καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος· οἱ δ' Αἰγύπτιοι βούβαστον, τὸν αἴλουρον φασί.

P. 458. l. 1. Γαλανθιὰς] Libanio Acalanthis, Ovido Galanthis rectiùs dicitur.

8. Ἐπαίτεια] Lego ἱταμὴς, ut p. 461.

11. Μοῖραι] Pausanias in Bœoticis, veneficas fuisse prodit.

P. 459. l. 4. Θορίσκω] Dictio ista videtur facta ἐκ θορός. fortè legendum, Θορίσκεται. *Aristoteles libro 3. de generatione animalium* figmentum hoc evertit.

21. Ἀκακαλλίδος] De hac alibi; meminit Stephanus in Κυδωνία.

P. 460. l. 13. Καῦνος] Vide Parthenium, p. 366.

P. 461. l. 21. Αὔσονας] Si Ausonia ab Ulysse filio Ausone dicta fuit, quæ est receptissima sententia Scriptorum; Lycaonis ævo erant in Italia Ausones. De Lycaone ejusque stirpe vide Apollodorum.

P. 462. l. 22. Ἐπιμηλίδας] Arcades Dryadas & Ἐπιμηλιάδας vocant Nymphas, quas alii Ναΐδας dicunt. Pausanias, quod & alibi observavimus.

P. 464. l. 6. Δρυόπη] Stephanus Eurypyli filiam fuisse scribit.

18. Ἀνδραίμων] Andræmon juxta Apollodorum p. 464, fuit pater Oxyli.

P.466. l.29. Θεῖαντος] Confer Stobæum p.404, ubi fabulam hanc ex Theodoro adfert, item Plutarchum Paral. Minoribus, Servium ad Virgilium; Parthenium p. 380. Apollodorum.

P.470. l.24. Διομήδης] Post Apollodorum plenè hæc narrat Tzetzes ad Lycophronem p.101. Stephanus in Διομήδεια ubi lego. Pro ἔστι καὶ Διομήδεια πλησίον Ἄργυρα * Ἀργυρίππης.

P.472. l.11. Αἰακῷ] Scribit eadem Apollodorus p. 215.

P.475. l.18. Βριτόμαρτις] Pausanias & Diodoro, Jovis & Carmes F. De eâ vide illum, Hesychium, Virgilium in Ciri, Callimachum aliosque.

P. 477. l. 1. Ἀλώπηξ] Vide quæ ad Apollodorum.

Finis Notarum in Antoninum Liberalem.

Addenda.



Addenda in Notis.

P.131, poſt hæc verba *alibi edam*, adde,

Theon Smyrnæus in Libro cui titulus περὶ τῶν εἰς τὸ μαθηματικὸν χρησίμων hos citat verſus Alexandri Ætoli, quem μουσικώτατον vocat.

Ὑψοῦ δ' ἄλλοθεν ἄλλος ὑπέρτατον ἔλλαχε κύκλον.
Ἀγχοτάτη μὲν δῖα σεληναία περὶ γαῖαν.
Δεύτερος αὖ στίλβων * χελυαιόν Ἑρμείαο.
Τῶν δ' ἔπι φωσφόρος ἐστὶ φαεινότατος κυθερείης.
Τέτρατος αὐτὸς ὕπερθεν ἐπ' ἠέλιος φέρεθ' ἵπποις.
Πέμπτος δ' αὖ πυρόεις φωστὴρ Θρηΐκιος Ἄρηος.
Ἕκτος δ' αὖ φαέθων Διὸς ἀγλαὸς ἵσταται ἀστήρ.
Ἕβδομος αὖ φαίνων κρόνου ἀγχόθι τέλλεται ἄστρων.
Πάντες δ' ἑπτατόνοιο λύρης φθόγγοισι συνῳδὸν
Ἁρμονίην στοιχοῦσι * διαστάδην ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ.

Scriptum erat χελιζῶν & διαστάς.

Verſus iſti totidem verſibus Latinè expreſſi leguntur apud Chalcidium in commentario ad Timæum Platonis.

Sortitos celſis replicant anfractibus orbes;
Vicinum terris circumvolat aurea Luna:
Quam ſuper invehitur Cyllenius: Alma ſuperne
Nectareum ridens latè ſplendent Cytherea.

Quadrijugis invectus equis Sol igneus ambit
Quartus & aethereas metas: quem deinde superne
Despicit Armipotens, sextus Phaëtontius ardor
Suspicit excelsum brumali frigore sidus.
Plectricanae citharae septem discriminibus quos
Adsimilans genitor concordi examine junxit.

Perperam vero hos versus Alexandro Milesio adscribit Chalcidius, manifeste Alexandrum Ætolum confundens cum Alexandro Polyhistore.

Adfert dein Theon sequentes ejusdem Alexandri versus.


Γαῖα μὲν ὑπάτη τε βαρεῖα τε μεσσόθι ναίει.
Ἀπλανέων δὲ σφαῖρα συνημμένη ἔπλετο νήτοις.
Μέσσην δ' ἠέλιος πλαγκτῶν θέσιν ἔχ' ὑπὲρ ἄστρων.
Τοῦ δ' ἀπὸ δὴ ψυχρὸς μὲν ἔχει διὰ τέσσαρα κύκλος.
Κείνου δ' ἡμίτονον Φαίνων ἀνίησι χαλασθείς.
Τῷ δὲ τόσον Φαέθων ὅσον ὄβριμος Ἄρεος ἀστήρ.
Ἠέλιος δ' ὑπὸ τοῖσι τόνον τε, φίβρεντον ἔχει
Αἴγλης δ' ἠελίοιο τριημίτονον κυθέρεια.
Ἡμίτονον δ' ὑπὸ στίλβων φέρεθ' Ἑρμείαο.
Τόσσον δὲ χρωσθεῖσα φύσιν πολυκαμπέα μήνη.
Κέντρον δ' ἠελίοιο θέσιν παρὰ δῖα λάχε χθών.
Αὐτὴ πενταζωνος ἀπ' ἠερίης φλογόεν πῦρ
Ἁρμοσθεῖσ' ἀκτῖσι πυρὸς κρυεροῖσί τε πάχναις
Οὐρανὸν ἑξάτονον τόνον ἔσχετ' ἐπῶν διὰ πάντων,
Τοίνυν τοι σφαῖραν ὁ Διὸς παῖς ἥρμοσεν Ἑρμῆς
Ἑπτάτονον κίθαριν θεομήτορος εἰκόνα κόσμου.

Nicomachus in Enchir. & Achilles Tatius ad Aratum haec illustrant.

Atque

A que hæc quidem ad me nuper misit V. C. & mihi amicissimus Isaacus Vossius; ex cujus exemplari nostram emendavimus. Alexandri Ætoli meminit quoque Strabo lib. XI & XIV. in quo etiam libro notat illum κιναιδολογοῦντα ἐν ψιλῷ λόγῳ. Ejus Tragœdias laudat Athenæus, & alia. Alexandri Ætoli habentur quædam in Anthologia Græcâ; Joachimus Camerarius inter Homeri Interpretes hunc quoque Alexandrum recenset. Alii in Aratum scripsisse testantur, nisi fortè plures fuerint ejusdem nominis.

P. 121. l. antepenultimâ, *idem videtur*, Hæc & cætera ad *plura*, indicta volo.



INDEX Auctorum

Qui in his notis citantur, illustrantur, & emendantur.

Anti-

Conon.

Har-

H.


I.

K.

L.

Leo

F I N I S.



INDEX RERUM.

A

Argus

B.

Bias

C.

—per

D. Dædalus

D.

 Di-

Erysichthon

F.

G.

Hebe. 7.

I.

 C —juxta

—Calistonem

Luna

M.

N.

Nicandra

Oeneus.

Ossa

Pafithea

Pepo,

Phæres.

T.

Thesmo.

Titony-

X. Xanthippe

X.

Z.

INDEX.

INDEX AUCTORUM.

A.

B.

C.

D.

E.

G. Gallus

FINIS.



VIRO ILLUSTRI D. JOSEPHO WILLIAMSON,

EQUITI AURATO,

SERENISSIMO CAROLO II. MAG. BRIT. FRANC. ET HIB. *REGI* A CONSILIIS INTERIORIBUS, ET A SECRETIS STATUS.

EXstant in me, VIR CLARISSIME, *promerita tua, magna sanè & diuturna. Sponte tuâ, nullo meo merito, descendisti etiam ad me, eâ benevolentiâ, quâ Gentis*

a *hujus*

hujus & aliarum literatos homines complecteris. *Nec ſpem, nec cogitationem quidem fovi, dignum aliquid tantis beneficiis unquam reponendi; neque enim patiebatur id aut fortunæ TUÆ magnitudo, aut meæ anguſtia. Non ceſſo interim juſtâ debitâq; prædicatione ubiq; teſtari tantum Tibi debere me, quantum fermè homo homini poteſt. Jugi hâc (nullâ aliâ de causâ) gratitudinis meæ ſignificandæ curâ adductus,* Nomini Tuo *hos libellos inſcripſi. Malui parum modeſtus haberi, quàm minùs gratus. Quanquam conſilio huic meo illud etiam patrocinari poſſit, quòd non ita pridem (quæ tua eſt humanitas)* ſtudiorum meorum rationem Te expectare

pectare *diceres. Obtempero juſſis tuis ; etiam ad exiſtimationis meæ periculum. Hæc tamen qualiacunque ſunt, non prorſus , uti ſpero, apud* TE *evileſcent. Votorum religioni nihil addit marmor quantumvis pretioſum, nec detrahit vile ſaxum, ſed nuncupantis* animus. *Hunc ut velis intueri, non quæ offeruntur, obnixè rogat,*

SUMME VIR,

Amplitudini Tuæ

Devotiſſimus

Londini,
Decemb. Idib. Anno
MDCLXXV.

THO. GALE.



DISSERTATIO
DE
SCRIPTORIBUS MYTHOLOGICIS.

CAP. I.
De Mythologiâ. Quæ sint ejus species; contra Asclepiadem Myrleanum.

OMne genus scriptionis ad certam aliquam *disciplinæ* partem & sedem revocare oportet. Τάξιν vocant Græci, & post quatuor illa προτεχνολογέμενα, sc. ἐπιγραφὴν, συγγραφέα, σκοπὸν, τέλος & χρήσιμον, quæ in quóque libro consideranda veniunt, agunt loco ultimo de Ordine, quem in orbe disciplinarum sibi postulare debeat id, de quo instituitur sermo. Atque hæc, quanquam vulgaria sint, non omisit Ammonius in Porphyrii Isagogen, nec Theodosius ad Dionysium Thracem.

Jam qui de Grammaticæ partibus accuratissimè disputasse videntur, Historiarum cognitionem & explicationem ad Grammatici officium pertinere unanimiter decreverunt. Dionysius Thrax & Asclepiades apud Sextum Empiricum *adversus Mathematicos* c. XII, hanc ejus partem ἱστορικὸν vocant.

Historia porrò omnis aut vera est, aut quasi vera, aut planè falsa. Veram intelligo, quæ de iis agit, quæ aliquando in rerum naturâ extitêre; Verisimilis illa erit, in quâ versanturDramatici & Mimi: ut falsa sit ea, quæ continet μῦθοι; ea volo, quæ nec fuerunt unquam, neq; *post aliis erunt in annis*. Suetonius in Tiberio *Mythistoriam* appellavit.

Mythistoriæ speciem unam tantùm constituit Asclepiades, τ μυθικῆς ἐν εἶδΘ- μόνον γενεαλογικόν. Angusta autem & iniqua mihi videtur hæc Asclepiadæ ratiocinatio; imò tota Peripateticorum Schola litem ei intendet, qui genus in unâ specie consistere posse affirmabit.

Sit igitur & alia species τὸ πεπλασμένον, sive Plasma. Sanè cùm scriberent Theogonias Hesiodus aut Orpheus, & cùm Apollinem Λητοῦς καὶ Διὸς υἱὸν diceret alius è Poetis; in Genealogico charactere versati sunt. Cùm autem Simonides Ἀνεμον fecit Δαίμονα; Homerus Δεῖμον & Φόβον deos; cum alius Ζηλοτυπίαν deam finxit, cui *invidiam* pro *vittis*, pro *zonâ contentionem* apposuit; omnes quidem μυθικὰ scribebant, non tamen γενεαλογικά. Restat igitur aliud adhuc membrum assignandum.

Porrò si hoc aliud adjiciamus membrum; erit, quò commodè referamus *Allegorias*; nam & hæ sunt inter μυθικὰ: Tale est; *Apollo Admeto servitium exhibuit. Laomedonti murum ædificavit.* Plura hujusmodi Sallustius de Diis, & Julianus παραβάτης exhibent. Erit quoque ubi collocemus διηγήματα μυθικὰ, cujusmodi scripsêre Libanius & Severus Sophista. Denique habebimus caput ad quod *Metamorphôseis*, & istiusmodi scriptiones, tanquam ad fontem suum, revocemus.

Genus

Genus hoc cum ſuis ſpeciebus iſthoc pacto ſubductis, illûſtrare videtur voluiſſe divinus Plato in *Sympoſio*.Certè quæ *ibi* Ariſtophani & Agathoni attribuuntur, ſunt planè τῶ μυθικῶ τύπυ; quæ *porrò* Phædrus de Amore diſputat, ſunt γενεαλογικὰ; Socrates autem apertè finxit,quæ de Poro & Peniâ, ad imaginem veri,diſſerit.

Quanquam autem parum dignitatis habere potuit tota hæc ſcribendi ratio, ut quæ omnia ferè de lenocinio,parum de veritate traheret; quæq; nullâ arte, ſcientiâ aut fine comprehendi poſſit, cùm error omnis infinitum quid & incertum ſit, & pro ſcriptorum ingenio varium, & mutationi ſemper obnoxium; habuit tamen cultores ſuos, benè multos, nec eruditionis famâ incelebres. Quorum inſtitutum ſi aliud nihil,ſaltem numerus defendere poſſe videatùr.

Aceſtorides libros quatuor edidit τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν *De civitatum fabulis*. In his, veris multis non pauciora falſa admiſcuit; ut tamen ſimul calumniam effugeret, & operis jucunditatem palam faceret, μυθικὰ nominavit.

Sed ad alia feſtinanti ſatis erit nuda nomina hujuſmodi aliquot Scriptorum in medium conjeciſſe.

Fabularem igitur hiſtoriam pro ſuo quiſque conſilio pertractarunt apud Græcos præcipuè Agatharcides, Antiochus cognomento *Mythicus*, Apollonius Alexandrinus, Alexon Myndius, Ariſtodemus, Chamælion, Herodoti duo, & Herodorus, Diodotus, Euanthes, Silenus Chius,Didymus:præter poetas Euphorionem,Rhianum,Leſchem, Onomacritum,Arctinum, Parthenium alioſque, quos index Apollodori complectitur.

Portentoſa Græcorum mendacia minus placuere Latinis ingeniis. Hyginus tamen, & Marſus hanc viam

am ingressi sunt; Cornelius quoq; Nepos paulò minus monstrifica quàm Græci tradidit, &, si Plinio fides, avidissimè credidit.

Sed his, ut jam dixi, prætermissis, ad Apollodorum Atheniensem (qui Græcorum hodie extantium in hoc genere scribendi aut antiquissimus aut præcipuus est) sermonem converto.

CAP. II.

Apollodorus Atheniensis. Antiquorum aliquot de eo judicia. Recentiorum de eo scripta. Scipio Tettius. Ger. Vossius. Joannes Jonsius.

NEminem latet, qui in Græcis literis planè hospes non sit, quàm in omni Philologiæ parte Apollodorus Atheniensis Grammaticus diligenter, & cum laude se exercuit. Atque hoc abundè constare possit, cùm ex aliis argumentis, tùm ex eo, quòd ut frequens occurrat Apollodori apud Veteres commemoratio; ita nulla ferè extet, quæ non ad ejus honorem pertineat. Plinius scribit lib. 2. Naturalis Hist. *Amphictyonas Apollodoro honorem habuisse.* Quinetiam περὶ πόλεων Stephanus θαυμασιώτατον; & Marcianus in περιηγήσει γνήσιον φιλόλογον vocat. Quarè quanquam interierunt omnia pænè Viri doctissimi scripta, ex quibus justam, & solidam diffusissimæ eruditionis gloriam, & famam sponte suâ esset consecuturus; qualis tamen quantúsq; fuerit Apollodorus non malè possumus conjectare, ex fragmentis, & ut sic dicam, strícturis de ejus lumine haustis, quas adhuc retinent alii Scriptores; quemadmodum & Solem nobis,

bis,etiam post occasum, radii fracti, & vibrantes in aere inferiori repraesentant.

Tantis celeberrimi viri meritis permotus Johannes Jonsius accuratè quidem multa attulit ad illustrandum Apollodori nomen in elaborato opere de *Scriptoribus Historiae Philosophicae*. Ante Jonsium hoc argumentum tractavit J.Gerhardus Vossius (& fortè J. Meursius in *Athenis Atticis*) ita tamen, ut Jonsio non satisfecerit,& ulteriori diligentiae aditum potiùs aperuisse, quàm spem, aut fructum ademisse visus sit.

Utrisque his in hoc curriculo lampadem tradidit Scipio Tettius Neapolitanus. Is enim Commentarium edidit, in quo recepit se acturum *de Vitâ, & Scriptis Atheniensis Apollodori*, & illorum omnium pariter, quos cognomines huic nostro, de quo nunc agitur, in veterum Scriptis reperisset.

Dices igitur, quid est, quod tua diligentia amplius efficere possit in hâc re post istos Triumviros? *invento scalmo* fortè *navem aedificas*; Nolo de aliis quicquam humiliùs, nec de meipso ambitiosiùs dicere. Licuit Vossio Tettii vestigiis insistere;nec Jonsium à scribendo deterruit Vossius. Liceat & mihi in eodem campo me exercere. Procul enim habeo & omnem invidiam, & contumeliam; nec aliena pro meis, nec mea prae alienis venditabo.

CAP. III.

Apollodori multi, Scriptores ὁμώνυμοι. Laertius tentatus. Casauboni lectio refutata. Cl. Alexandrinus illustratus.

VErissimè,ut alia, illud Aristoteles protulit, τόπος τοῦ ἀσαφῶς, ὁμώνυμον.Nihilq; adeo historiae,& veritatis

tatis faciem ignorabilem reddidit, ac nimia nominum Similitudo, hominúmque longè inter ſe diſſimilium homonymiæ. Vitio hujc diligenter cavit *Magnus Magiſter* Topicorum libro 6, ne Philoſophiæ diſputationibus officeret; eidemque malo in alio cognitionis genere occurrere voluit Agreſphon, & Demetrius Magnes, qui περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν, καὶ Συγγραφέων *De Scriptoribus, & Poetis homonymis* egregium opus edidiſſe cognoſcitur.

Ego autem in recenſendis Apollodoris variis id temperamentum ſervabo, ut eos omnes, qui ab hoc noſtro planè diverſi ſint, ſtrictim, & quaſi καθ' ὁμάδα nominâſſe ſatis ſim habiturus; de iis autem explicatiùs agam, quos pro Athenienſi Apollodoro lectoribus incautis aliquando impoſuiſſe deprehenderim.

Primò igitur Apollodorus Adramyttenus; item Arithmeticus qui ſæpè & Logiſticus apellatur; Artemites; Caryſtius (cujus fabulæ nonnullæ Apollodoro Gelôo attribuuntur;) Cittienſis; Corcyræus; Cyzicenus; Dorieus; Erythræus; Gelôus; Lemnius; Megarenſis; Nicænus; Pergamenus rhetor; Pythagoræus; Socraticus; Tarentinus medicus; Apollodorus ſculptor, Tarſenſis (ſive Cilix) tragicus; Telmeſſenſis onirocrites, ab Athenienſi alius omnino eſt, quod nemini, puto, dubium eſſe poſſit. De his ferè omnibus agit in Bibliothecâ Geſnerus, ubi etiam quis à quoquam citetur, & quæ ſcripſerit, diſtinctè docet.

Accedo ad alios, inter quos & Athenienſem noſtrum non ita in promptu ſit diſcrimen ponere.

Primus ſit Apollodorus quidam Athenienſis. Scripſit is, teſte Laertio, ſupra quadragintos. libros; vide-

videtur operi ſuo titulum feciſſe Συναγωγὴν δογμάτων; è quibus libri de vitâ Epicuri adducuntur ab eodem Diogene Laertio. Idem opus videtur mihi intelligi, cùm Apollodorum idem citet in τῷ α΄ εἰς τὰ δόγματα εἰσαγωγῶν. Quanquam enim Ἔριλλος à Laertio, libro 7, cognominetur; eundem tamen eſſe poſt Jonſium, putat Menagius cum eo Apollodoro, de quo jam ſumus locuti. Huic porro tribuitur συναγωγὴ ἠθικὴ & φυσική. Nequeo autem Geſnero aſſentiri, qui exiſtimat has *Synagogas* ad Apollodorum Athenienſem Grammaticum pertinere; Quoniam ad diſtinctionem innuendam Laertius perpetuò Apollodorum iſtum aut Epicuréum vocat, aut Κηποτύραννον, aut denique Ephillum, vel ut alii legunt, Syllum. Fateor interim ætatem utriuſque ita coincidere, ut nihil auſim in hâc re definire. Quinimo *noſtrum* inter Philoſophos numerari infra obſervabimus.

Laertius Apollodorum adfert ἐν τῷ περὶ τῶν φιλοσόφων αἱρέσεων; ea autem quæ laudantur, omninò ſunt τοῦ ἠθικοῦ γένους; ut meritò ſuſpicetur aliquis idem adhuc opus innui cum Συναγωγῇ ἠθικῇ. Porrò idem Laertius Ἀντόδωρον ἐπικούρειον citat, aitque Heraclidæ Ethicis contradixiſſe. Jam vero cùm Antodorus ille (Neque enim intelligendus videtur Antodorus Cumæus Grammaticus, cujus meminit Theodoſius ad Dionyſium Thracem, & fortè Cl. Alexandrinus) nullibi inveniatur, non eſt alienum à probabilitate Apollodorum in corrupto vocabulo latere.

Secundus Apollodorus ſit Athenienſis, ſed poeta Comicus; ejus fabulæ fuêre XLVI vel XLVII. Diverſus hic eſſe creditur ab Apollodoro Gelôo qui Menandro Synchronus fuit, & à quo Terentius duas fabulas tranſtulit. De his Apollodoris Ric. Montacutius ad Photii Epiſtolam 156, ſic ſcripſit, *Scipio Tettius*

in

in commentario de Apollodoris negligenter satis hîc se gessit.

Est & alius adhuc Apollodorus Atheniensis. Hunc tamen ab eo quem quærimus, facile internoscas, quòd ab Eustathio in K. ιλ. p. 723. ed. Frobenianæ, apertè σκιαγράφος dicitur. Hic Ulyssis capiti pileum primus pictorum circumposuisse traditur; ejus meminit Plinius Historiæ Natur. l. 35. c. 9. Est quoque & in Plutarcho hujus mentio, & apud Hephæstionem in Enchiridio, & Eustathium in ιλ. p. 984.

Subtilioris erit acuminis alios adhuc quos producam Apollodoros ab Atheniensi illo discriminare; quoniam aut obscura aut nulla secum adferunt γνωρίσματα.

1. *A Polluce*, inquit Gesnerus, *adducitur Apollodorus ὁν νεὼ poemate, qui fortè erit navium catalogus.* Laudatur quidem Apollodorus noster ἐν τῷ περὶ νεῶν, & ἐν νεῶν καταλόγῳ, hoc est, in opere eo, quod de catalogo Homerico fecit, libris duodecim; sed opus illud nullo modo dici potuit ποίησις, vel ποίημα, quod infra demonstrabo.

2. Ἡ τοῦ νεὼ ποίησις ita fuisse Apollodori dicitur à Polluce, ut & Philonis cujusdam ab aliis existimatam innuat. De libris Apollodori in catalogum navium Græcarum, sive Bœotiam, nemo unquam dubitavit.

3. Apollodorus ὁ τὴν τοῦ νεὼ ποίησιν συντεθεικὼς, potest esse Apollodorus Mechanicus. Philonem & Apollodorum de iisdem rebus scripsisse significat Pollux. *De Ædium sacrarum Symmetriis* Philonem laudat Vitruvius in præfatione ad librum septimum. At enim Apollodori τοῦ νεὼ ποίησις, non erat fictio poetica; sed tale opus, quale egregius Mathematicus & ingeniosissimus Architectus *Christophorus Wren* Londini nunc molitur, qui Templum D. Paulo ejusmodi ædificat, quod omnia omnium poetarum opera, artificio, & elegantiâ longè superabit.

4. Alius

4. Alius in hoc censu erit Apollodorus ille, cujus πρὸς τὴν Ἀριστοκλέους ἐπιστολὴν ἀντιγραφὴν commemorat Athenæus lib. 14. c. 9. Scripserat Aristocles περὶ Μουσικῆς & περὶ χορῶν; in his disputabat de nominibus musicorum instrumentorum, uti colligere licet ex variis Athenæi locis; conjicit Jonsius Aristoclem hunc vixisse circa eadem tempora, in quibus Apollodorus Grammaticus; & proinde qui ad Epistolam hanc Aristoclis respondit, videtur ei esse idem Apollodorus.

5. Distingui debet Apollodorus Cyrenæus Grammaticus ab Atheniensi nostro; scripsit sanè uterque *de poculis*, ut non obscurè innuit Athenæus libro XI, C. 12, ubi de Cyrenæo verba facit, & libro eodem, c. 13. & 14, ubi Atheniensem citat de poculis ἱστοροῦντα. Illud autem scriptores hos ab invicem distinguere possit, quòd Cyrenæus de poculis egit tanquam glossographus, & proinde cum Pamphilo eum conjungit Athenæus, Suidas cum aliis γλωσσογράφοις in voce Ἀντικρὺς & βδελύσσω, ut & Etymologus magnus; Apollodorus autem noster poculorum *historias* collegisse videri meritò potest.

Iidem Apollodori non sunt confundendi, licet περὶ θεῶν scripsisse uterque fortè reperiatur. Sanè Natalis de Comitibus libro 3. c. XVI. sic scribit, *Theagenes & Apollodorus Cyreniacus in libro de Diis scriptum reliquit, Jovem ad placandam Proserpinam, Ipsi Siciliam donasse.* Idem c. 17, *Ære veteres utebantur in omnibus expiationibus, quod scriptum fuit ab Apollodoro Cyreniaco in libro de Diis.* Alia producit de Britomarti, c. 18. de Rheæ quercu l. 9. c. 5. Equidem fateor ignotum esse mihi hunc Apollodorum Cyrenæum, credo & aliis. J. Ger. Vossius libro 5 de Idol. citat Apollodori Bibliotheces

lib.

lib.3. de quercu Rheæ sacrâ; quæ autem adducit, eadem sunt cum iis quæ Natalis l.9. c.5. Adhuc, locus ille de *ære* quem laudat Natalis lib.3. c. 17, ad verbum occurrit in Scholiis græcis ad Theocriti εἰδ. β. ibi tamen Apollodorus περὶ θεῶν, sine adjecto Cyreniaci habetur. Quod autem ibidem statim sequitur, φησὶν Ἀπολλόδωρος Ἀθήνησι τὴν ἱεροφάντην τῆς κόρης,&c. Apollodorum Atheniensem tantùm non sonat. Ut igitur rem in pauca mittam, Apollodorum Natalis & Scholiastæ alium non esse pronuncio, quàm Apollodorum Atheniensem; Hunc autem à Natali visum fuisse nequeo à me impetrare ut credam.

6. Apollas de civitatibus Peloponnesi commemoratur Athenæo, lib. IX. Hunc cum Apollodoro eundem judicet quis, factâ diminutione, quæ frequens est in hujusmodi vocabulis, ut in Ζηνᾶς, Ἀρτεμᾶς: Quin imo & Cyrenæum, hunc quoque dictum existimat D. Ger. Vossius, ex epitome Artemidori Ephesii. Quare idem quoque non nemini videbitur cum Apollodoro Cyrenæo. Hunc igitur pro nostro minimè admittendum censeo.

7. Apollodorus ὁ γράψας τοὺς ὕμνους profertur Erotiano in explicatione vocis πέρθρον. Idem ne sit cum Apollodoro Logistico (nam & is versus fecit, ut ex Laertio & Plutarcho, p. 1094. discimus) videndum; certè cum Atheniensi, nulla hactenus oboritur suspicio, cur eundem existimemus.

8. Addo his Apollodorum Mechanicum. Floruit sub Hadriano; cujas fuerit nondum mihi constat; Pollux eum appellat l. XI. c. li. ejus extare Mechanica & Poliorcetica Romæ, affirmat Gesnerus; in Galliis Labbæus: cum aliis Stratege-

tegeticis Salmasius se editurum receperat ; quod, puto,non præstitit. Hoc in scriptionis genere quoniam nusquam laudatur Atheniensis Apollodorus minimè dubito, quin hi pro diversis sumi debeant.

Sunt & alii Apollodori, quos faciliùs est distinguere à *nostro*, quàm qui sint,determinare.

1. Horum primus sit Apollodorus Cumæus. De eo prodidit Cl.Alex.Strom.1. quòd πρῶτος τὸ κριτικοῦ ἐπενόησατο τοὔνομα. Hujus Scripta *nusquam* commemorantur, adeóque nihil habet cum nostro commune, excepto quod uterque ἐμφατικῶς Grammaticus fuit cognominatus.

2. Sit secundus Apollodorus ille, ad quem Lyncei Samii Epistola data fuit, cujus meminit Athenæus. Fuit Lynceus Theophrasti discipulus ; longo intervallo ab Apollodoro nostro disjunctus.

3. Eodem discrimine sejungimus Apollodorum, ut credibile est,Atheniensem,Archilai patrem à Grammatico Apollodoro. Fuit enim Archilaus Socratis magister , atque ita Apollodorus Socrate est prior. Horum igitur tempora non conveniunt. De hoc Apollodoro legere est apud Diogenem Laertium & Justinum Martyrem.

4. Apollodorum περὶ Θηρίων laudat Athenæus XV. c.8. Causabonus dubitat an rectè legatur περὶ Θηρίων, mallétque,παρθενικῶν ; alius potiùs, μύρων substitueret ; loquitur enim Apollodorus non de animalibus, sed de plantis,apud Deipnosophistam. Sed nihil mutandum censeo, quoniam Plinius l. XI. Nat. Hist. quædam se desumpsisse agnoscit ex *Apollodoro de bestiis venenatis* ; meminit hujus Apollodori Scholiastes Nicandri semel atque iterùm.

5. Apol-

5. Apollodorus quintus est ille qui Athenæo l. XV. c.8, producitur περὶ μύρων καὶ στεφάνων. Quin hic idem sit cum eo, quem Plinius ait scripsisse de Odoribus, vix dubito.

6. Apollodorus Corcyræus memoratur Cl. Alexandrino Strom. 5. ubi narrat quid de Branchi vatis lustrali *carmine* (non autem Empedoclis, ut scripsit Jonsius) Apollodorus ille prodidit. De hoc alibi me legere non memini; cur autem cum Atheniensi aliquis hunc eundem esse velit, nihil est, opinor, quod vereamur.

Quoniam autem incidit mentio *carminis* istius apud Cl. Alexandrinum valdè ænigmatici, in quo explicando multi olim sudarunt viri docti, proferam hic in medium, quæ Porphyrius ad id commentatus est, nondum, quod sciam, à quoquam producta.

Πορφυρίου φιλοσόφου περὶ τοῦ Κνάξ. ζβὶ. χθὺπτῆς. φλέγμω. δρόψ. ἑρμηνεία ——— ———.

Hæc est libri veteris & amicissimi E. Bernardi Oxoniensis scriptura. Apud Clementem Alex. paulò aliter; Κναξζβὶ, χθύπτης, Φλεγμὸς, Δρώψ; & quidem rectiùs; nam voces istæ sunt τεχνικαὶ, & continere debent elementa linguæ Græcæ omnia, prout Clementis locus ea exhibet. Sed Porphyrium audiamus. Ἐν Δέλφοις, εἰς τὸν ναὸν ἐπιγέγραπται. Τράγος ἰχθὺς ἐπὶ δελφῖνος ἐπικείμενος. Κνὰξ μὲν γάρ ἐστιν ὁ τράγος κατ᾽ ἀποκοπὴν τῶν στοιχείων τοῦ Κος· ἢ καὶ πάλιν ἀφαίρεσις τοῦ ξ. Κνακὸν γὰρ καλεῖται· ὡς καὶ Θεόκριτος ἐν Βουκόλοις λέγει, οἷον τράγος καὶ ἰχθὺς, ὁ μὲν φλεγόμενος· ὁ δὲ δρὸν ὀψόν· λέγει δὲ ὅτι ὁ τράγος φλεγόμενος

ἐστιν

ἐστιν πάντοτε ὑπὸ λαγνείας, ὅτι ἐάν τις τὰς ῥῖνας αὐτοῦ ἀποσφαλίζῃ, διὰ τῶν κεράτων ἀναπνεῖ. Multa in his ſunt, ſive Scribæ antiqui incuriâ, ſive rei ipſius obſcuritate, δυσνόητα. Imo ipſe Philoſophus, quaſi nec ſibi nec aliis ſatiſfeciſſe ſe crederet, aliam ſtatim ſubnectit interpretationem, & ipſam quoque mancam. Τὸ Κνὰξ ζβὶ, γάλα ἐστί. τὸ δὲ χθὼ πτίς, πυρός. δρὼψ ὁ ἄνθρωπος· δρῶπες γὰρ ἄνθρωποι λέγονται. Hæc eadem ferè apud Heſychium habes in ζαβὶχ, δρὼψ & Κνακὸν; ubi πυῤῥὸς pro πυρὸς non eſſe ſubſtituendum conſtat ex eodem Heſychio in Κνηκὸν & Κνηκός.

Apud Clementem Alex. aliud eodem loco adducitur carmen, huic planè ſimile. Βεδὺ, Ζὰψ, Χθὼν, Πλῆκτρον, Σφὶγξ: in quo etiam Alphabetum Græcum comprehenditur. Nec multùm diſcrepat Porphyriana hujus carminis explicatio à Clementinâ. Sic enim pergit Porphyrius; καὶ ἕτερα δὲ πλεῖστα τοιαῦτα διὰ τῶν κδ΄ στοιχείων ἀπαρτίζοντα ἴδιον σκοπὸν ἐχόμενα, οἷον, Cέδυ [βέδυ] ζὰψ, χθῶ [χθὼν] πλῆκτρον, Σφὴγξ [Σφὶγξ] ἅ ἐστιν οὕτως. βέδυ ἐστὶν ἡ ὑγρὰ οὐσία. ζὰψ ἡ πυρώδης οὐσία. χθὼν ἡ γῆ. Πλῆκτρον ὁ ἀήρ. σφὴγξ ἡ τούτων φιλία, διὰ τὸ συνεσφίγχθαι. Κλόδιος δὲ ὁ Νεαπολίτης οὕτως ἡρμήνευσεν τὸ προκείμενον. ἀὴρ, θάλασσα, γῆ, ἥλιος. καὶ ἕτεροί τινες φιλόσοφοι καὶ ποιηταὶ τοῦτον τὸν σκοπὸν [τρόπον] ἡρμήνευσαν.

Quanquam autem ex his dictionibus pleræque aliquam ſignificationem in Græcâ linguâ obtinuerint; inventas tamen exiſtimo à Grammaticis ad puerorum memoriam & pronunciationem confirmandam; quod ipſum Cl. Alexandrinus innuit, ubi vocat στοιχειωτικὴν τῶν παίδων διδασκαλίαν. Monet quoque Quintilianus alicubi de hujuſmodi auxiliis.

Sed ad obſcuritatem de Apollodoris ulteriùs tollendam, illud ampliùs monendum cenſeo, non tantùm alios Apollodoros pro hoc Noſtro venire, ſed etiam pro

b Apol-

Apollodoro Apollonium, & viciſſim, frequenti errore permutari. Stephanus adducit Apollodorum περὶ Ἀλεξανδρείας, περὶ γῆς, & ἐν Κρητικοῖς. Quibus in locis Apollonium Aphrodiſienſem ſubſtituo. Idem in Χαλκηδόνιον ex Apollodoro fecit Apollonium : Quo pacto Erotianus Apollonium Cittienſem pro Apollodoro laudat. Porrò apud Scholiaſtem Apollonii Rhodii legitur Apollodorus in Ponticis: Sed & hæc quoque Apollonio attribuerim. D. Voſſius Lib. 1. de Hiſtoricis Græcis Apollonium Logiſticum commemorat: Is tamen Laertio Apollodorus dicitur. Nolo tamen his annumerari Apollonium, quem Scholiaſtes Homeri ad Iliad. θ, producit in καταλόγῳ νεῶν. Nam certum eſt deſignari Apollonium Rhodium in catalogo Heröum; quemadmodum patebit inſpicienti Pindari Interpretem ad Nemeorum Oden quintam, ubi Apollonii verſus ex libro primo eâdem de re proferuntur, de quâ loquitur Homericus Scholiaſtes.

His ita utcunque abſolutis, rectâ deveniamus ad eum Apollodorum, quem jamdudum mente agitamus, cujus opuſculum nunc edimus, & cujus gratiâ hoc, quicquid eſt ſubitaneæ ſcriptionis, aggreſſi ſumus.

Pauca ſunt & obſcura, quæ de eo Suidas in ſuis collectaneis; Ἀπολλόδωρος Ἀσκληπιάδου γραμματικὸς, εἷς τῶν Παναιτίου τοῦ Ῥοδίου φιλοσόφου, καὶ Ἀριστάρχου τοῦ γραμματικοῦ μαθητῶν· Ἀθηναῖος τὸ γένος. ἦρξε δὲ πρῶτος τῶν καλουμένων τραγιάμβων.. *Apollodorus Aſclepiadæ F. Grammaticus; unus diſcipulorum Panætii Rhodii Philoſophi, & Ariſtarchi Grammatici. Genere Athenienſis. Primus Tragiamborum inventor extitit.*

Quin

Quin fuit domo Atheniensis Apollodorus hic, dubitavit nemo; præter unanimem omnium Scriptorum consensum (qui quoties illum ad partes vocant, Ἀθηναῖον appellant) eum omninò gentis istius fuisse illud argumento esse possit, quòd in dubiis Chronologiæ rationibus, & speciatim in controversis Antiquitatum Atticarum locis, Scriptorum Atticorum sectam perpetuò sequatur.

Primum Atticæ Regem Chronologi aliarum gentium affirmant fuisse Ogygem; Hoc Philochorus in *Atthide* pro figmento habuit, ut ex Eusebio colligimus: Philochorum Apollodorus sequitur libro 3 Biblioth. c. 13. Argivi Historici de Cereris adventu ad se quid senserint, docet Pausanias libro 1; docet idem quòd de ea re diversa ab aliis scripserint οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὅσοι παρὰ τούτοις: cum his eadem prorsus tradidit Apollodorus Biblioth. libro 1. cap. 5. Inter scriptores rerum Atticarum non ultimæ notæ fuit Pherecydes Lerius, (qui & Atheniensis dictus fuit, quia apud eòs viveret;) Hujus Pherecydæ sententiam ubique ferè amplectitur Apollodorus. Plures hujusmodi συμπτώσεις possint addi, sed rem manifestam nimiâ solicitudine in dubium non vocabo.

Illud potiùs videtur ventilandum, utrum Ἀσκληπιάδου apud Suidam, vertendum sit, *Asclepiadæ filius*, quemadmodum vertit Portus, D. Vossius in Histor. Græcis, & Gesnerus; an rectiùs, *Asclepiadæ discipulus*? Frequens est ellipsis nominativi, ita ut subintelligatur aliquando *pater*, *mater*, *uxor*, *amicus*, aliquando *discipulus*. Sic Παρθένιος ὁ τοῦ Διονυσίου apud Athenæum, est Dionysii *discipulus*, non *filius*: constat utique ex Suidâ aliisque, Dionysium Alexandrinum fuisse Parthenii præceptorem. Quid multis? Stephano περὶ πόλεων dicitur Ἀλέξανδρος ὁ Ἀσκληπιάδου Alexan-

der (*Cornelius Polyhiſtor*) Aſclepiadæ *diſcipulus* in v. Κολυάζον; ſin minus, Apollodorus noſter erit Alexandri frater, quod, ſi verum fuiſſet, non tacuiſſent, opinor, qui de utroque ſcripſêrunt; imò Ἀριστοτέλης ὁ Πλάτωνος, duos patres habiturus eſt. Hac ratione tot fuerint Aſclepiadæ filii, quot erant diſcipuli. Denique, Polyhiſtor fuit Mileſius, Apollodorus verò Athenienſis, Aſclepiades autem Myrleanus; quis credat filios gente tam diverſos unius fuiſſe patris, qui & ipſe aliunde eſſet?

Aſclepiades interim ille Myrleanus ſit, oportet, Diotimi filius, qui floruit ſub regibus Pergamenis Attalo I, & Eumene; Circa hæc tempora floruit Panætius; clarus fuit & Ariſtarchus, quos auditos ab Apollodoro teſtes ſunt Suidas & Marcianus Heracliota. Quarè cùm nullus Aſclepiades, præter Myrleanum illum, his temporibus vixerit (fuit quidem alius, ſed junior, Romæ non ignotus Pompeio,) ſit is, neceſſe eſt, quem Apollodorus præceptorem habuit, quémque ipſe apud Etymologum in Ἀσπληδὼν laudare videtur.

Ariſtarcho & Aſclepiadæ debuit Apollodorus quicquid in Grammaticâ potuit. Non inferiores ſecutus eſt in Philoſophiâ magiſtros, Panætium & Diogenem ſectæ Stoicæ principes. De Panætio audivimus Suidam. Diogenem ei præficit Marcianus in Periegeſi,

Τῶν Ἀττικῶν τις γνησίων τε φιλολόγων,
Γεγονὼς ἀκουστὴς Διογένους τοῦ Στωικοῦ.
Ex Atticis quoque inclytis ſcriptoribus,
Diogenis auditor docentis in Stoâ, &c.

Auditorem hunc fuiſſe Apollodorum volo mihi tantiſper credi, donec ad eum locum venero, ubi de *Opere Chronico* Apollodori diſputabo; ibi huic rei probandæ

locus

locus erit opportunior. Diogenem autem hunc Babylonium vulgò cognominant; is eſt qui pro populo Athenienſi nobilem Romæ legationem obibat cum Carneade & Critolao, Olymp.CLVI,2.P.Scipione & M. Marcello Coſſ. Anno V.C. DXCVIII.

Credi poſſit Apollodorus ſectam Stoicorum fuiſſe amplexus. Sanè Jonſius libro II, c.XV. de ſcript. Hiſt. Philoſ. de eo hæc reliquit, *Apollodorus Panætii Rhodii Stoici diſcipulus; Stoicus fortaſſis & ipſe, ſed hæc ſententia dubio non caret.* Idem tamen cap.XVIII, inter Stoicos recenſet. Vereor ut hæc idoneis auctoribus probari queant. Enimverò Apollodorus cognomine Ephillus patria fuit Athenienſis, fuit quoque ſectâ Stoicus; quod colligi videtur ex Suidâ in Θέων. Conſiderandum igitur, uter ex his meliori jure Stoicus dici debeat.

Felix erat, & magnorum virorum, ſi quod aliud, fecundiſſimum illud ſeculum, in quo vixit Apollodorus. Habuit enim Apollodorus æquales & συγχρόνους, florentiſſimos in omni eruditionis genere homines, Poſidonium & Mneſarchum *Stoicos*, Polemonem, & Lælium *Sapientiſſimum*, condiſcipulos ſub Panætio. Cognoviſſe potuit Mnaſeam *Patarenſem*, Demetrium *Scepſium*, Ariſtodemum *ſeniorem*, Menecratem, & Apollonium, omnes *Nyſæos*; Iiſdem temporibus celebres erant Herodicus *Cratetis diſcipulus*, Clitomachus *Carneadis*, Ariſtocles *Muſicus*, Dionyſius *Thrax* (cujus Grammatica non edita in Bibliothecâ Regis noſtri Clementiſſimi, & Oxonienſi-Bodleianâ ſervatur) Alexander *Polyiſtor*, Artemidorus *Epheſius*, Apollonius *Tyrius*, Caſtor *Chronographus*, Didymus *Chalcenterus*, Lyſimachus *Attali præceptor*, Lycon *Troadenſis*, Attalo in primis amicorum, & præter innumerabiles alios, potuit vidiſſe Nicandrum *Colophonium*, Cteſibium *Mechanicum*, Apellicontem *Teium*,

um, Æschinem *Neapolitanum*, Melanthium *Rhodium* Philonem & Charmidem *Academicos*; quos omnes secunda apud veteres fama prosequitur.

Ex his igitur possit colligi ætas Apollodori. Nam si Aristarchum & Panætium vidit, sequitur eum floruisse, quo tempore Ægypti regnum obtinebat Ptolemæus cognomine Physco, sive Euergetes secundus; in cujus tempora incidit Attalus Philadelphus Pergami Rex. Fuit igitur Olympiade CLX, & deinceps, nam sub Lathuro quoque eum collocant Vossius & Jonsius. Atque ista firmè sunt quæ de patriâ & ætate Apollodori impresentiarum exploratè & liquidè affirmare possum. Pauca in hanc partem alia subjiciam, quo loco de Chronicis Apollodori sermo instituetur. Venio ad scripta.

CAP.

CAP. IV.

Apollodori ſcripta hiſtorica. De iis Heraclidæ judicium. Temporis triplex diſcrimen, ſecundum Varronem, ἄδηλον, μυθικὸν, ἱστορικόν. Tria hæc, ſuis quodque ſcriptis, illuſtravit Apollodorus. Ejuſdem XXIV libri περὶ θεῶν, quale habuerint argumentum. Sopatri Eclogæ ex iiſdem. Fragmenta. Vera Inſcriptio. Malè cum Bibliothecâ confundi. De diis quinam ſcripſère.

VIdeo Apollodorum in ſcribendo varium fuiſſe, & valdè diffuſum; nullam non, pænè, partem humaniorum literarum illuſtraſſe comperio. Cum autem nullis indiciis conſtet, quo primùm in campo eruditionis ſe oſtenderit; de ejus ſcriptis agam ita, ut quodque ſe obtulerit.

Heraclides Ponticus (modo is auctor ſit Allegoriarum Homericarum) Apollodorum περὶ πᾶσαν ἱστορίαν δεινὸν vocat. Eſt autem Hiſtoria *teſtis temporum.* Tempus porrò aliud ἄδηλον, aliud μυθικὸν, aliud deniq; ἱστορικὸν dici poſſit; tria hæc temporum diſcrimina ſuis lucubrationibus complecti voluiſſe videtur Apollodorus. De iis igitur non abs re fuerit Varronem audire differentem.

Censorinus libro de die natali, cap.21, ex eo sic scribit. *Hic*, inquit, *tria discrimina temporum esse tradit: primum, ab hominum principio ad cataclysmum priorem; quod propter ignorantiam vocatur ἄδηλον. Secundum, à cataclysmo priore ad Olympiadem primam; quod, quia in eo multa fabulosa referuntur, μυθικὸν nominatur: tertium, à primâ Olympiade ad nos; quod dicitur ἱστορικὸν, quia res in eo gestæ veris historiis continentur. Primum tempus, sive habuit initium, sive semper fuit, certè quot annorum sit, non potest comprehendi. Secundum non planè quidem scitur, sed tamen ad mille circiter & sexcentos annos esse creditur. De tertio autem tempore fuit quidem aliqua inter auctores dissensio, in sex septémve tantummodo annis versata.*

Primo illi intervallo illustrando Apollodorus attribuebat libros περὶ θεῶν; opus, haud dubiè, multiplici antiquitatis & historiarum varietate plenissimum. De Diis apud veteres duplex erat sermo & sententia, Philosophorum unus, vulgi alius. Quòd Deus naturâ esset ingenitus & incorruptibilis, illi ferè existimabant. (Nisi quod Plato videatur, ad aliam sententiam descivisse, ubi scribit, γεγόνασι θεοὶ ὑπὸ τοῦ φύσει θεοῦ.) Vulgus omnes Deos γεννητοὺς, nec ullos Jove aut, fortè, Saturno priores credebat; unúmque hoc in Sallustio desiderabat, quòd non sentiret περὶ θεῶν τὰ αὐτὰ τοῖς πολλοῖς.

Cæterùm quousque priorem sermonem de Diis in hoc opere suo excoluerit, quámque altè penetrârit in scrutandâ & pervestigandâ primâ causâ Apollodorus, tam est mihi incertum, quàm certissimum habeo, in posteriori sermone longè latéque eum fuisse spatiatum. Certè ex reliquiis librorum de Diis facile est observatu, quòd ejus disputatio complexa sit Deorum γενέσεις, & quid de eis tradiderint tum Græci, tum Barbari; Atque hîc disserebat de ætatibus deorum; quis seni-

ſenior,quis recentior. Item quis pro Deo ſine controverſia admittebatur, & de quo non conveniret, putà de Hercule & Baccho. Porrò hujus loci erat dicere de poteſtatibus deorum; etiam quot quiſque in ſe contineret; aiebant enim ut Solem & Apollinem eundem eſſe; ſic Lunam,Dianam,Hecaten. Nec omiſit Apollodorus imperia exponere, ſive in Cœlis,in terris, in aquis verſarentur;nec tacuit opera, inventa,beneficia erga humanum genus, ἐπιδημίας (nam Apollo Delios & Mileſios, Diana Argivos inviſere credebatur,) Feſta, & cognomina, Templa, Sacra, Loca, Animalia, Arbores, Plantas, Herbas, Fontes, Fluvios, Hymnos, Sacerdotes, Oracula, Dies, & quicquid erat hujus ὕλης explicuiſſe debuit. Fuit autem genus hoc commentandi hiſtoricum, quatenus Grammatici hiſtoriam attingunt; Quamquam ad Theologiam referri quoque poſſit,quatenus de Diis agebat;licet id ipſum fecit aliter, ac Philoſophi, qui ſcripsêre περὶ θεῶν.

Hos libros perdidit aut ſua moles,aut Sopatri Epitome; Eclogas ex his fecerat Sopater, libris duodecim,inquit Photius Cod. CLXI.Horum primus περὶ τῆς παρ' Ἕλλησι μυθολογουμένων θεῶν διαλαμβάνει: ὃ συνείλεκται ἐκ τῆς Ἀπολλοδώρου περὶ θεῶν γ' λόγου. Ἀθηναῖος δὲ ὁ Ἀπολλόδωρος, καὶ γραμματικὸς τὴν τέχνην· οὐκ ἐκ τοῦ βίτου δὲ μόνον ἡ διαλογὴ αὐτῷ πεποίηται, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐκ Δ' καὶ Ε', καὶ θ', τοῦτε Α' πάλιν, καὶ Ιβ', καὶ Ιε' τε καὶ Ιϛ', μέχρι τοῦ Κδ'. ἐν ᾗ συλλογῇ τά τε μυθικῶς περὶ θεῶν διαπεπλασμένα, καὶ εἴ τι καθ' ἱστορίαν εἴρηται περιείληφε· περί τε τῶν παρ' αὐτοῖς ἡρώων καὶ Διοσκούρων· καὶ περὶ τῶν ἐν ᾅδου καὶ ὅσα παραπλήσια.

Horum I de Græcorum Diis fabulosis tractat. Electa hæc ex Apollodori libro tertio de Diis, qui patria Atheniensis Grammaticam docuit. Nec verò è tertio duntaxat libro hæc selegit. Sed & è quarto, quinto, ac nono; Item è primò, duodecimo, decimo quinto, & decimo sexto, usque ad quartum & vicessimum. Quibus collectaneis, quæ de diis fabulosè ficta sunt, quæque historicè narrantur, complectitur universa, ut & de Heroibus ad Dioscuris; de iis item quæ apud inferos sunt, aliaque id genus plurima.

Præter Photium alii quoque scriptores passim utuntur testimoniis ex hoc Apollodori opere petitis. Stephani *Fragmentum* librum I. adducit in Δωδώνη.

Ἀπολλόδωρος ἐν α΄ περὶ θεῶν· τὸν Δωδωναῖον οὕτως ἐτυμολογεῖ. Καθάπερ δὲ τὸν Δία Δωδωναῖον μὲν καλοῦσι, ὅτι δίδωσιν ἡμῖν τὰ ἀγαθά. Πελασγικὸν δὲ, ὅτι γῆς πέλας ἐστί. *Apollodorus l.* I. *de Diis, vocis* Δωδωναῖον *hanc Etymologiam ponit. Jovem aliqui Dodonæum vocant, quoniam bona nobis donat; Pelasgicum verò quoniam terræ vicinus est.*

Ex II libro de Diis Stobæus libro I. Eclogæ Physicæ hæc habet, Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ περὶ θεῶν, Πυθαγορείαν εἶναι περὶ τούτων αὐτὸν εἶναι φωσφόρον τε καὶ ἕσπερον δόξαν. *Apollodorus altero de Diis libro Pythagoram ait primum opinatum esse, eundem esse Luciferum, & Hesperum.* Erotianus in v. χάριτες, ejusdem II libri adhibet hunc locum, Ἀπολλόδωρος ἐν β΄ περὶ θεῶν, φησὶν αὐτὰς κληθῆναι ἀπὸ μὲν τῆς χαρᾶς, χάριτας· καὶ γὰρ πολλάκις οἱ ποιηταὶ τὴν χάριν χαρὰν καλοῦσι. *Apollodorus in 2 de Diis dicit charitas à* χαρᾷ *derivari, & Poetas sæpe* χαρὰν *ponere pro* χάριν.

Librum VI citat Harpocration in ἀποπομπάς. Ἀποπομπαῖοι τινὲς ἐκαλοῦντο θεοὶ, περὶ ὧν Ἀπολλόδωρος ἐν ἕκτῳ περὶ θεῶν διείλεκται. *Dii quidam appellantur ἀποπομπαῖοι, de quibus Apollodorus agit in VI libro* περὶ θεῶν. Stephanus Ethnicographus in Ἄρειος πάγος IX advocat, Ἄρειος πάγος, ἀκρωτήριον Ἀθήνησιν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν ἐννάτῳ περὶ θεῶν. *Areus Pagus est locus editus Athenis, quemadmdum docet Apollodorus libro IX de Diis.*

Macrobius XIV appellat, Saturn. l. 1. c. 17. ubi ait Apollodorum affirmare Ἰήιον Solem dici ἀπὸ τοῦ κατὰ κόσμον ἵεσθαι, καὶ ἰέναι. *Quod Sol per orbem impetu fertur.*

Laudatur Stephano liber XVI in v. Ἀγρας. Inde quædam de Cerere nobis narravit. Sed locus corruptus est.

Profertur XVII Sophoclis Scholiastæ ad Oedip. Colon. περὶ τοῦ τῶν Ἡσυχιδῶν γένους καὶ ἱερέως. *De familiâ Hesychidarum, & Sacerdote.*

Stobæus denique in Ecl. Physicis, libro 1, p. 129, locum benè longum ex XX περὶ θεῶν Apollodori conservavit. Cæterùm cùm in eo libro egerat Apollodorus περὶ τῶν ἐν ᾅδου, ut quidem Stobæus inquit, ut autem Photius, de istis tractârat in libro XXIV; suspicor peccatum esse in numero, aut apud hunc aut apud illum.

Jam ut de filo & ratione totius operis περὶ θεῶν pleniùs constare possit, libet eundem Apollodori locum (quem nec Porphyrium, nec Stobæum excribere piguit) hîc ob oculos ponere.

Τοῦ δὴ Ἀπολλοδώρου ἐν τῷ εἰκοστῷ περὶ τῶν θεῶν συγγράμματι, ὅ ἐστι περὶ τοῦ ᾅδου, τάδε περὶ τῆς Στυγὸς λεγόμενα εὕρομεν. Ἀρκτέον γὰρ ἀπὸ τούτων, τῆς τ' ἐκ τῶν ὀνομάτων παρεκφράσεως οὐ καταφρονητέον. ἐκ γὰρ τοιούτων ὁρμώμενοι πιθανῶν, καὶ τοὺς ἐν ᾅδου νομιζομένους ποταμοὺς κατωνομάκασιν. Ἀχέροντα μὲν διὰ τὰ ἄχη, ὡς καὶ Μελανιππίδης ἐν Περσεφόνῃ. Καλεῖται δ' ἐν κόλποισι γαίας ἀχέεσι προχέων Ἀχέρων.

——— Ἔτι καὶ Λικύμνιός φησι,

Μυρίαις παγαῖς δακρύων ἀχέων τε βρύει. καὶ πάλιν,
Ἀχέρων ἄχεα πορθμεύει βροτοῖσι.

Ἀχέρων δὲ καὶ Ἀχερουσία λίμνη ταυτὸν, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πολυξένῃ τὴν Ἀχιλλέως ψυχὴν εἰσάγει λέγουσαν.

Ὦ τὰς Ἀιῶνας τε καὶ μελαμβαφεῖς,
Λιποῦσα λίμνης Ἀχέροντος ὀξυπλῆγας,
Ἤχουσα γόους ἦλθον ἄρσενας χοάς.

Τὰς τῶν νεκρῶν λέγων, παιῶνα οὐκ ἐχούσας· ἄρσενας δὲ, τὰς οὐδὲν ἐκτρεφούσας, θήλεα μὲν γὰρ τὰ καρποφόρα· ἄρσενα, τὰ ἄγονα λέγονται, τὸ μὲν, τὸ σπέρμα παρέχον μόνον. Τὴν δὲ, καὶ ἐκτρέφειν· ὅθεν καὶ θῆλυς ἔερση, ἡ πολύγονος, καὶ τροφίμη. διαπεραιοῦσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἀπογινομένων τὸν Ἀχέροντά φασιν εἰκότως· ὁ γὰρ μεταλλαχὼς· πάντα τὰ τοῦ ζῆν ἄχη σχεδὸν ὑπερήρηται, καὶ ἔστιν ἐν ἀπονίᾳ καὶ ἀλυπίᾳ πάσῃ· Γοργύραν δὲ τοῦ Ἀχέροντος γυναῖκα προσανέπλαξε, ἀπὸ τοῦ γοργοὺς φαίνεσθαι τοῖς πολλοῖς τὰ ἐν ᾅδου· καθὸ δὴ καὶ αὐτοῦ τούτου τιθήνην ὁ Σώφρων Μορμολύκαν ὠνόμασεν. Εἰπὼν περὶ τοῦ Ἀχέροντος Ἀπολλόδωρος ἐπάγει περὶ τῆς Στυγὸς αὐταῖς λέξεσι τάδε. Στύγα δὲ δεινήν τινα, καὶ φοβερὰν ὑποστησάμενοι δαίμονα, θεῶν ὅρκον, ἐν ᾅδου τε ταύτην κατῴκισαν καὶ τῆς προση-

γορίας

χρείας ταύτης ἠξίωσαν, ἀπὸ τοῦ συγνάζειν τοὺς πένθεσι, καὶ στυγνάζειν τὰ ἐν ᾅδου· ὅρκον καὶ τῶν θεῶν, δι' ἐναντιότητα· ἡ μὲν γὰρ τῶν ὄντων τε καὶ ζώντων φθαρτικὴν ἔχει δύναμιν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ, οἱ δὲ ταύτης ἀναιρέσει καὶ τῷ τρόπῳ διεστήκασι· τοσαῦτα περὶ τῆς στυγὸς εἰπὼν, ἐπάγει, Κωκυτὸν δὲ ποταμὸν ἀνέπλασαν ἀπὸ τοῦ κωκύειν, ὅς ἐστι στυγὸς καὶ στυγνώσεως ἀπορρώξ. Τοιοῦτος δέ ἐστι γένους καὶ ὁ Πυριφλεγέθων· εἴρηται γὰρ ἀπὸ τοῦ πυρὶ φλέγειν τοὺς πλαδῶντας· ὡς Ὅμηρος φησὶ,

Οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσιν,
Ἀλλὰ τὰ μέν τε πυρὸς κρατερὸν μένος αἰθομένοιο
Δαμνᾷ, ἐπεί κε πρῶτα λίπῃ λεύκ' ὀστέα θυμὸς,
Ψυχὴ δ' ἠΰτ' ὄνειρος ἀποπταμένη πεπότηται.

ὑποτίθεται γὰρ τὰς ψυχὰς τοῖς εἰδώλοις τοῖς ἐν τοῖς κατόπτροις φαινομένοις ὁμοίας, καὶ τοῖς διὰ τῶν ὑδάτων συνισταμένοις· ἃ καθάπαξ ἡμῖν ἐξείκασται, καὶ τὰς κινήσεις μιμεῖται, στερεμνίαν δ' ὑπόστασιν οὐδεμίαν ἔχειν εἰς ἀντίληψιν, καὶ ἁφήν· ὅθεν αὐτὰς βροτῶν εἴδωλα καμόντων λέγει.

In vicesſimo Apollodori de diis volumine, quod de Inferis inſcribitur, hæc de Styge reperi: Ab his enim incipiendum eſt, nec Nominum contemnenda Notio. Siquidem hâc notione fluvios quoque inferorum nuncupârunt, Acherontem quidem à doloribus, quemadmodum ait in Proſerpina Menalippides: vocatur autem in terræ viſceribus fluens doloribus Acheron. Ac ſimiliter ait Licymnius, Infinitis lachrymarum, ac dolorum fluit fontibus: ac rurſum, Acheron dolores hominibus parit. Acheron porrò, & Acheruſia palus idem valent, quemadmodum Sophocles in Polyxena Achillis animam introducit loquentem, Ad Pæonis expertia, & nigricantia, relinquens paludis Acherontis planctus, maſ-

masculа veni libamina: in quibus quidem mortuorum dicit libamina, quæ medico carerent: masculа verò, quæ nihil producerent. Siquidem frugifera quidem feminea, sterilia verò mascula dicuntur, quod ille semen duntaxat suppeditet, hæc etiam nutriat: unde etiam ros femineus à fecunditate dicitur. Nec immeritò dicunt à mortuis Acherontem traijci, quoniam tales omnes vitæ dolores excesserunt, omnique labore, ac mœrore carent. Gorgyram deinde Acherontis uxorem finxerunt, quod horrendi quibusdam inferi videantur: ut & ejus Nutricem Sophron Mormolycem vocavit. Atque hæc de Acheronte locutus Apollodorus, ista de Styge subjungit: Stygem verò horrendam quandam fingentes deam, ac deorum jusjurandum, tum apud inferos eam collocârunt, tum quod præ luctu invisi sint inferi, hoc eam nomine donârunt: ut jurisjurandi per contrarium, quandoquidem ut hæc vitæ tollendæ vim in se habet, ita illi voluntate, ac moribus ab eâ distant. Quibus de Styge positis, hæc subjicit: Cocytum porrò fluvium à ploratu finxerunt, qui Stygis est rivus. Neque alterius generis est Pyriphlegethon, ab urendis mortuis dictus, quemadmodum Homerus ait.

Nam nec adhuc carnem, nec habent ossa arida nervi.
Illa sed ardentis Victrix violentia flammæ
Edomat, ut primùm spirantem vita reliquit.
Ast anima ut fumus supera in convexa volavit.

Ponit enim animas imaginibus speculorum, vel aquarum similes, quæ ut planè nos exprimunt, ac motus imitantur, ita solidam Naturam ad contactum non habent: qua de causa illas vitâ simulacra carentum nominat.

Quin-

Quinimò ſine ullo librorum diſcrimine ſæpe occurrit Apollodorus περὶ θεῶν; ſæpè ſimpliciter, nec poſito περὶ θεῶν indice; ſi quis tamen ad ea de quibus fit ſermo, diligentiùs attenderit, facilè perſpiciet quæ loca ad hoc opus pertineant. Clemens Alexandrinus, Athenagoras, Theodoretus, Arnobius, Suidas in ἀμφιφῶντες, μεγαγωγία. Ταυροπόλον, & χόες. Heſychius in Ἄγρας, Stephanus in Ἴλιος, Scholiaſtes Odyſſ. Δ. Apollonii Rhodii & Ariſtophanis, Sophoclis ad Oedip. Colon. Porphyrius περὶ ἀποχῆς L. II. aliiq; (ne infinitus ſim in re non neceſſariâ) ex his Apollodori rivis largiter hauſerunt.

Illud non prætermittam, poſſe alicui videri hos libros fuiſſe inſcriptos περὶ θεῶν καὶ ἡρώων. Nam & Photius hoc aliquatenus innuit, & Scipio Tettius verbis conceptis affirmat.

Equidem exiſtimo Apollodorum ſcriptis his ſuis titulum feciſſe περὶ θεῶν: deſcendiſſe tamen eo uſque, ut etiam Heroas (intervalli Mythici partem) complecteretur. Conſtat hoc ex Photii verbis jam allatis; Multúm quoq; ſententiæ huic favet locus Zenobii in Μῆλον Ἡρακλῆς, ubi ait ὅτι θύεται Ἀθήνησιν Ἡρακλεῖ ἀλεξικάκῳ ἰδιάζουσά τις θυσία, & quæ ſequuntur; ſunt autem ex libris περὶ θεῶν.

Favet & ille locus apud Demetrium Triclinium in Sophoclis Oedip. Colon. ubi Apollodorus de Promethei cultu & ſtatuâ allegatur. Sed, ut hæc ita ſint, certum eſt Tettium errare; & obtorto collo (quod aiunt) ad teſtimonium traxiſſe Macrobium. Imò teſtis eſt locupletiſſimus Macrobius (ut qui legerit Apollodorum) nos verum titulum indicaſſe, nam libro I. Stat. C. XX apertè ita ſcribit, *Apollodorus in libris quibus titulus eſt περὶ θεῶν.*

Atque ita quidem apud omnes sine ullâ discrepantiâ isti libri indigitantur, ut mirum sit repertos fuisse, qui hoc opus cum Bibliothecâ idem esse crediderunt.

De diis,ut jam diximus, multi scripsêre; Maussacus ad Harpocrationem,& nos alibi complures designavimus. Pauci tamen eo instituto, quo noster Apollodorus; nisi forte Cleanthes, & ex parte Cornutus, & Nicolaus Damascenus, (quem Simplicius in Physicis adducit) nam & is libenter usus est Apollodori collectionibus, ut ex Photio discas, & ex Notis nostris ad Apollodori Bibliothecam; De quâ jam sermonem instituemus.

C A P.

CAP. V.

Secundum temporis intervallum. Huic Bibliothecam *applicuit Apollodorus. Photii de eâ judicium. Errare qui idem opus cum libris* περὶ θεῶν *faciunt. Erroris origo. Ægii Spoletini, contra veteres, tum codices, tum scriptores inceptum. Error eorum qui epitomen esse contendunt. Erroris duæ causæ. Quòd sit synopsis hæc Bibliotheca, sed ab ipso Apollodoro facta. Testimonia ex epigrammate, & Jos. Scaligero. Argumenta contra opinionem eorum qui epitomen putant. Refellitur F.T. qui Castorem ante Apollodorum vixisse statuit. Bibliothecæ titulus huic libello quare inscriptus. Diodori Bibliotheca. Veterum de eâ judicia huic Apollodori conveniunt. Apollodorus Anaximenem Lampsacenum, Dodorus & Hyginus hunc & Apollodorum imitati sunt. An librorum divisio in hoc opusculo antiqua sit? Editiones variæ.*

SEcundo temporis intervallo, quod μυθικὸν Varro dixit, Bibliothecam accommodavit Apollodorus. Quale fuerat id opus, docet Photius Cod. CLXXXVI. Ἐν τῷ αὐτῷ δὲ τεύχει καὶ Ἀπολλοδώρου γραμ-

ματικοῦ βιβλιδάριον ἀνεγνώσθη μοι, Βιβλιοθήκη αὐτῷ ἡ ἐπιγραφή. περιεῖχε τὰ παλαιότατα τῶν Ἑλλήνων, ὅσα τε περὶ θεῶν καὶ ἡρώων ὁ χρόνος αὐτοῖς δοξάζειν ἔδωκεν, ὀνομασίας ποταμῶν, καὶ χωρῶν, καὶ ἐθνῶν, καὶ πόλεων· ὅθεν καὶ τὰ πολλὰ ὅσα εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀνατρέχει, καὶ κάτεισι μέχρι τῶν Τρωϊκῶν· καὶ ἀνδρῶν τινων πρὸς ἀλλήλους μάχας καὶ ἔργα ἐπιτρέχων. καὶ τῶν ἀπὸ Τροίας πλάνας τινάς, μάλιστα δ' Ὀδυσσέως, εἰς ὃν αὐτῷ καὶ ἡ ἀρχαιολογία καταλήγει. Σύνοψις δ' ἐστὶ τὰ πολλὰ τοῦ βιβλίου, καὶ οὐκ ἄχρηστος τοῖς τὰ παλαιὰ ἐπὶ μνήμης ἔχειν λόγον μεταποιουμένοις.

In eodem item volumine legi Apollodori Grammatici libellum, cui Bibliothecæ titulus erat. Continebat antiquissimas quasque Græcorum historias, & quæ sive de Diis sive de Heroibus temporis ratio dedit opinanda, cum appellationibus, fluminum, regionum, gentium, & urbium. Hinc & pleraque antiqua, ad ipsa usque Trojana tempora descendens, refert. Virorum quoque nonnullorum inter se pugnas, resque gestas commemorat, & capta jam Troia, errores quorundam, præcipuè Ulyssis, in quem ejus priscarum rerum narratio terminatur. Compendiosa quædam narratio est maxima hujus libelli pars, iis non inutilis, qui vetera complecti memoriâ volunt.

Meminit idem Photius cod. CLXXXIX, ubi docet easdem magnâ ex parte historias à Conone & Apollodoro fuisse congestas.

Quanquam autem verbis disertis de Bibliothecâ Apollodori loquatur Photius his in locis, alibi autem Librorum περὶ θεῶν non minus distinctè; video tamen viros doctissimos complures, (quorum nominibus parco, quoniam laudare nequeo,) utrumque opus mirâ quâdam ἀβλεψίᾳ ita confundere, ut libri περὶ θεῶν nunc pro Bibliothecâ ponantur, nunc hæc, vice versâ, pro illis sumatur. *Video*, inquit F.T. *librum* XVI *Bibli-*

Bibliotheca ab Hermolao citari in voce 'Αἰγὶς. Atenim nulla ibi *βιβλιοθήκης* mentio.

Huic errori tam latè diffuso occasionem dedit Benedictus Ægius Spoletinus, qui Romæ anno MDLV primus edidit Græcè, cum versione & notis, Apollodori Bibliothecam.

Ægius enim in epistola ad Fulvium Ursinum, postquam de operis hujus titulo vero, BIBLIOTHECA, (quémque adeo apud veteres solum repererat) verba fecerat, sic scribit, *Quòd autem*, sive DE DEORUM ORIGINE LIBRI TRES *adjecerimus*; *Hîc, qui hujusce auctoris primi certè libri unam aut alteram pagellam vel lippientibus ocellis legerit: in sententiam nostram, & manibus & pedibus, eum iturum certò scio.*

Ausu temerario (ne quid gravius dicam) indicem operis obscuravit Ægius, dum adjicit de suo cerebro, quod nullius è veteribus libri auctoritate comprobare poterat. Nam ut de Photii accuratâ & planè criticâ in titulis librorum distinguendis diligentiâ nihil dicam, affirmo

1. Nullos codices manu exaratos, quos Ægius Romæ vidit, aut quos servant Bibliothecæ Venetæ, Florentina, Palatina, Altempsiania, Montchaliana, Gallicana Regia, aut Oxoniensis, alium dare huic libello titulum, quàm hunc

Ἀπολλοδώρου Ἀθηναίου γραμματικοῦ Βιβλιοθήκη.

2. Assero neminem ex antiquis Poëtarum Scholiastis (qui frequenter tamen depromptis ex hoc opusculo testimoniis utantur) alio nomine, quàm Bibliotheces, hunc librum appellare.

Sed nec hic solus error de libello isto doctorum hominum animis insedit. Prodierunt in lucem quoque, qui epitomen esse contendunt, *& diffusioris operis τῶν*

θεῶν *compendium.* Duo ſunt quæ mihi videntur impuliſſe eos, qui ſic ſentiunt, in iſtam fraudem.

Primò Apollodori libros περὶ θεῶν paſſim laudari obſervabant; deinde iſtud opus conſtare libris non minus viginti quatuor; exiguum porrò librum qui circumferebatur, περὶ θεῶν inſcribi: eſſe ergo epitomen, quòd tantùm nomine, non mole operi illi περὶ θεῶν reſponderet.

Secundò Photii verba malè intellecta errorem aut peperere aut auxere. De hâc Bibliothecâ ſic Photius prodidit, Περιεῖχε τὰ παλαιότατα τῶν Ἑλλήνων, ὅσα περὶ θεῶν καὶ ἡρώων ὁ χρόνος αὐτοῖς δόξάζειν ἔδωκεν.

De diis egiſſe in hoc opuſculo Apollodorum quis poteſt inficias ire? Enimverò (ut notarum p. 1. oſtendi) hîc tantùm Græcorum de Diis traditiones & hiſtorias perſecutus eſt; in illo autem altero opere aliarum quoque gentium Theologiam, & ritus ſacros enarraverat, ſaltem attigerat. Quæ dixi partim ex Photii verbis preſſiùs obſervatis patent, partim ex Cl. Alexandrino; (is enim Apollodorum de Scytharum, & Carum ſacris egiſſe oſtendit in Protreptico ad Gentes,) & ex eo Arnobius lib. IV. Idem colligi poteſt ex iis, quæ de Ταυροπόλῳ Suidas ab Apollodoro, aliique ante Suidam mutuati ſunt. Nec eſt nunc primùm à me excogitata iſta Græcarum & Barbaricarum traditionum diſtinctio; Docuit me Diodorus Sic. qui ſex primis libris complexus eſt Βαρβαρικὰς ſimul & Ἑλλήνων ἀρχαιολογίας. Apollodorus hîc tantùm Græcanicas perſtringit.

Alius Photii locus, qui à vero nonnullos abduxit, paulò infra ſequitur ea quæ jam poſui; Σύνοψις δ' ἐστὶ τὰ πολλὰ τοῦ βιβλίου. Quæ non ita accipienda ſunt, ac ſi hic libellus eſſet epitome alterius alicujus ab Apollodoro ſcripti, ſed ita dicta ſunt, ut intelligamus ea

quæ

quæ fusiùs apud varios scriptores de re Mythologicâ pertractata fuêre, quæque apud Poetas sparsim & variè occurrunt, hîc uno quasi intuitu conspicienda proponi. Confirmatur hæc mea sententia disticho ultimo elegantissimi Hexastichi, quod de Apollodori hâc Bibliothecâ apud Photium & alibi extat.

Αἰῶνος σπείρημα ἀφυσσάμενος ἀπ' ἐμεῖο
Παιδείης, μύθους γνῶθι παλαιγενέας.
Μήδ' ἐς Ὁμηρείην σελίδ' ἔμβλεπε, μήδ' ἐλεγείην,
Μὴ τραγικὴν μοῦσαν, μηδὲ μελογραφίην.
Μὴ κυκλίων ζήτει πολύθρουν στίχον· ἐς με γὰρ ἀθρῶν
Εὑρήσεις ἐν ἐμοὶ πάνθ' ὅσα κόσμος ἔχει.

Seclôrum seriem nostrâ si legeris arte,
. Antiqua hinc fiet fabula nota tibi.
Mæonidæ ne volue volumina, neve Elegian,
Ne Tragicam Musam, ne melicos numeros.
Multisonos Cyclicûm versus ne quære: quòd in me
Invenias, quicquid maximus orbis habet.

Quoniam autem in hoc testimoniorum quasi loco versamur, addam de Bibliothecâ hac quod magnus Scaliger ex vero scripsit in Elencho Orationis Chronologicæ. *Apollodori Bibliotheca, opus sanè ingeniosissimum, & elegantissimum, fabula est: Non si homines, sed si hominibus attributa considerantur. Eam totam si velimus, possumus* κατὰ γενεὰς *in certum Chronicum conjicere.*

Enimverò ne eminùs diutius veliter; Quæro quid sit epitome? Strabo, Stephanus, Artemidorus Ephesius, Athenæus, Dionys. Halicarnassensis (ne plures addam,) epitomatores, iratis diis suis, experti sunt; ii tamen ità se gesserunt, ut multa immutata & in-

intacta reliquerunt, nec commiserunt, ut prorsus Stephanum in Stephano desideraremus; alii medullam, alii saltem ossa & cutim, (ut olim Jovi Prometheus) nobis afferunt. At qualis est hæc Apollodori περὶ θεῶν epitome, in quâ nec vola nec vestigium majoris operis apparet, imò meliora & γλαφυρώτερα omittuntur, minus utilia comparent?

1. Mecum sentiet qui loca ea, quæ jam supersunt apud antiquos scriptores, ex libris περὶ θεῶν contulerit cum hac Bibliothecâ.

2. Qui varias & benè longas, quæ subinde in hac Bibliothecâ occurrunt, repetitiones, & transitiones, qui dicendorum προλήψεις, & ὑποθήσεις animadvertet, non poterit pro epitome habere.

3. Qui consideret multis in locis αὐτοπροσώπως loqui Apollodorum, aliter statuet. Perpendat enim prudens lector hæc & hujusmodi plura loca, p. 9. περὶ ὧν ἐν τοῖς περὶ Ὀδυσσέως ἐροῦμεν. p.21. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων μέχρι τοῦ δεῦρο, ἡμῖν λελέχθω. v. & p.152. Addantur his primæ lineæ libri secundi, & varii loci, quos in notis adduxi; Quis epitomatorum sic solet loqui? quis tam religiosus est in indicandâ historiæ serie & methodo? quis tam verborum prodigus, ut puras putas repetitiones nobis repræsentare, & ingerere locis quamplurimis non parcat?

4. Qui attenderit hæc duo opera Apollodori ab antiquis, (qui utrumq; viderunt,) ita distinctè citari, ut libri περὶ θεῶν nunquam ab iis Bibliotheca appellentur, nec hæc illorum titulo proferatur.

5. Libri

5. Libri de Diis XXIV non poterant non conficere justum volumen; erat quippe argumentum latum, varium & spissum: Photius autem ubi Bibliothecam describit, βιϐλιδάριον vocat. Sed Photius non vidit Epitomen esse? Vellem autem qui Photio tantùm tribuit, ubi de loco Josephi contenditur, etiam in hac re non minus eidem daret.

Nec momenti quicquam habet, quod scripsit V. D. *Castor post Apollodorum vixit, itaque ab Epitomiste additum id fuerit.* Castor certè vixit eodem tempore, quo Apollodorus, sed paulò seniorem fuisse ostendunt Jonsius & Rheinesius; quorum sententiæ & illud favet, quòd Josephus II contra Apionem, post Castorem collocet Apollodorum: Quòd autem Bibliothecæ titulum tantillo libellulo parùm convenire nonnulli existiment, id me parùm movet. Est enim hic libellus, quasi Bibliotheca eorum tantùm scriptorum qui Antiquitates Græcanicas intervalli Mythici conscripserunt; est ἱστοριῶν βιβλιοθήκη, ut enarrator Aristophanis de Diodori Bibliothecâ loquitur. Et Diodorus ipse videri potest, ut in argumento aliquatenus, ita & in titulo nostrum secutus; adeóque quæ ab H. Stephano de inscriptione Diodoréi operis disputantur, omnia ferè pro nobis faciunt. De Diodoro ait Eusebius, ὁ ἐκ πλείονων τὰς ἱστορίας ἀναλεξάμενος, & alibi, ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπὶ ταὐτὸν ὁμοῦ συναγαγών. De eodem Justinus Martyr sic scripsit, ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπιγεγραμμένος. Atqui nihil aliud de Diodoro dicunt, quàm Photius de Apollodori Bibliothecâ, cùm, ut jam innuimus, scriberet, συνοψίς ἐστι τὰ πολλὰ τοῦ βιβλίου. Opus utriusq; variorum historicorum monumenta ita complectitur, ut, tanquam instructissima & commodè disposita Bibliotheca, omnes exhibeat auctores, qui in isto commentandi genere à quoquam expeti possent. Quarè non malè

Barthius ad Statium alicubi vocat libellum hunc *medullam omnium Mythologiarum.*

Ut autem Apollodorus Anaximenem Lampſacenum habuit quem ſequeretur, ita Diodorus & Hyginus (cujus Genealogiæ epitomen tantùm habemus, quam Grammaticus quidam penes V. D. Iſ. Voſſium, ait ſe feciſſe, Maximo & Apro Coſſ.) utrumque videntur expreſſiſſe: De Anaximene Diodorus; τὴν πρώτην τῶν Ἑλληνικῶν ἀνέγραψεν, ἀρξάμενος ἀπὸ θεογονίας καὶ ἀπὸ τοῦ πρώτου γένους τῶν ἀνθρώπων. *Anaxamenes Lampſacenus primam rerum Græcarum hiſtoriam deſcripſit; eamque à deorum ortu & generis humani primordiis exorſus eſt.* Quæ planè gemina ſunt iis, quæ pauló ſuprà ex Photio audivimus de Apollodori Bibliothecâ.

Quæri poteſt, ad quam claſſem & ordinem ſcriptorum Apollodori hoc opuſculum referri mereatur. Sanè cùm partim ex Genealogiis, partim ex Mythologiis (ſunt enim hæc inter ſe diverſa) conſurgat; ita tamen utrumque perpetuò inter ſe connectat, & quaſi miſceat, unius non erit nec ſimplicis naturæ ſcriptum hoc, ſed ex mixtorum genere. Grammaticos tamen de his agere non negabit Sextus Empiricus, alioqui his hominibus parum æquus; περὶ θείων καὶ ἀνθρωπίνων προσώπων, περὶ πλασμάτων καὶ μύθων eorum provinciam peculiarem eſſe concedit. Hæc igitur cùm ſcriberet Apollodorus non receſſit ab arte ſuâ.

Porrò illud non injuriâ quæri poſſit, an in libros I, II & III, hos ſuos labores diſpeſcuerit Apollodorus an continenti & perpetuâ ſcripturâ à capite ad calcem deduxerit. Illud certè conſtat, nullum ex ſcriptis codicibus librorum iſtos numeros ponere. Scholiaſtes tamen Homeri adducit primum, & ſecundum; tertium, quod ſciam, nemo. Non eſt diffitendum interim huic di-

disti nctioni ansam dedisse ipsum βιβλίου πατέρα· nam apertis & manifestis exordiis utitur iis in locis, unde I, II, & III liber jam initium capit. Et Lectoris fastidio mederi fortè voluere qui tot, quasi interstitia, constituerunt. Nec hoc improbandum, nec recens incœptum est. Nam Ennii Annales Vargunteius divisit libros; & Nævium Octavius, & Lampadio. Nos quoq;, ut longius iter falleremus, plures adhuc quasi σταθμοὺς sumus dimensi. Nam singulos libros in capita; hæc iterum in περιοχὰς divisimus; quarum tamen unam & alteram à Typothetis contrà atque oportet, positam seriùs deprehendi.

Editiones hujus libelli tres vidi, Romanam, Commelinianam, & Salmuriensem; Antwerpianæ nondum incidi; nec versioni Gallicæ. Quid post has in nostrâ præstitum sit quæris? Interpretationem multis in locis ad Græca exegimus; ipsa Græca emendavimus; aliorum tamen culpâ, πάντα iterum ἐλλιπτὰ καὶ οὐδὲν ὑγιές. Notæ brevitate suâ (quanquam etiamnum longiores, quàm speraram, evasisse video) placere voluerunt.

CAP.

CAP. VI.

Tertium temporis intervallum. Ejus initium varium. Diodorus & Porphyrius Apollodorum secuti. Marciani locus expensus. χρονικὴ σύνταξις verus titulus operis Apollodoréi de tertio intervallo. Ejus argumentum ex reliquiis. Attalo II dicabatur. De Attalo. Chronicum Apollodori an epitomen sensit? metro conscriptum. Quale illud. Tragiambi, Heroiambi, Meliambi.

TErtium temporis intervallum ἱστορικὸν Varroni dicebatur, *quia res in eo gestæ veris historiis continentur.*

De initio hujus intervalli nonnulla videtur fuisse inter auctores dissentio. Varro id exorsus est à primâ Olympiade; & Julius Africanus pronunciavit μέχρι τῶν ὀλυμπιάδων οὐδὲν ἀκριβὲς ἱστόρηται τοῖς Ἕλλησι. Idem sensit Eusebius Chronicorum p. 28. Nihilominus Apollodorus ab ipsis temporibus Trojanis exordium hujus intervalli arcessivit, & ad ejusdem notitiam nobile & fidei plenum opus Chronologicum elaboravit.

De eo opere loquitur Diodorus Siculus in prooemio, Ἀπὸ τῶν Τρωικῶν ἀκολούθως Ἀπολλοδώρῳ τῷ Ἀθηναίῳ, τίθεμεν ὀγδοήκοντα ἔτη πρὸς τὴν κάθοδον τῶν Ἡρακλειδῶν. Eadem ex Apollodoro adfert Porphyrius apud

apud Eusebium, loco quem jam attuli. Atque hæc ut mihi quidem videtur, satis clarè ostendunt, illa Marciani Heracleotæ verba omninò de Apollodoro Chronographo esse accipienda. Dicit enim Marcianus Atticum quendam Philologum, Aristarchi discipulum, composuisse Chronographiam à captivitate Trojæ usque ad sua tempora. Subnectam ipsa Marciani carmina, quoniam istius scriptoris non nimis frequentia sunt exemplaria; simul quòd eam rem quam agimus, mirificè illustrent.

Τῶν Ἀττικῶν τις γνησίων τε φιλολόγων,
Γεγονὼς ἀκουστὴς Διογένους τοῦ Στωϊκοῦ,
Συνεσχολακὼς δὲ πολὺν Ἀριστάρχῳ χρόνον,
Συνέταξε τὰ ἀπὸ τῆς Τρωϊκῆς ἁλώσεως,
Χρονογραφίαν στοιχοῦσαν ἄχρι τοῦ νῦν βίου.
Ἔτη δὲ τετταράκοντα πρὸς τοῖς χιλίοις
Ὡρισμένως ἐξέθετο, καταριθμούμενος
Πόλεων ἁλώσεις, ἐκτοπισμοὺς στρατοπέδων,
Μεταναστάσεις ἐθνῶν, στρατείας βαρβάρων,
Ἐφόδους, περαιώσεις τε ναυτικῶν στόλων,
Θέσεις ἀγώνων, συμμαχίας. σπονδάς, μάχας,
Πράξεις βασιλέων, ἐπιφανῶν ἀνδρῶν βίους.
Φυγάς, στρατείας, καταλύσεις τυραννίδων·
Πάντων ἐπιτομὴν τῶν χύδην εἰρημένων,
Μέτρῳ δὲ ταύτην ἐκτιθέναι προείλετο,
Τῷ κωμικῷ δὲ, τῆς σαφηνείας χάριν,
Εὐμνημόνευτον ἐσομένην οὕτως ὁρῶν.

Ex Atticis quoque inclytis scriptoribus,
Diogenis auditor docentis in Stoâ,
Qui unà cum Aristarcho diu versatus est,
Conscripsit à Trojæ ruinis inclytæ

Chronographiam

Chronographiam pergentem usque ad hoc seculum,
Annos quaterdenos super mille integros
Comprendit omninò, oppidorumque explicat
Excidia, castra quoque metata, indeque
Migrationes gentium, atque barbaros
Excercitus, trajectiones classium,
Certamina, Arma socia, fædera, prælia,
Regum acta, vitas, & virorum illustrium :
Exilia, labes imperj tyrannici.
Summam omnium, quæ dicta sunt fusè supra,
Versu explicare voluit, atque comico
Potissimùm, dilucidi causâ ordinis,
Duntaxat id juvare memoriam videns.

Credo genuinum titulum operis fuisse σύνταξιν χρονικὴν, cùm ob Marciani verba, tum etiam quoniam Diodorus libro XIII. sic scribat. Ἀπολλόδωρος ὁ τὴν χρονικὴν σύνταξιν πραγματευσάμενος. Aliàs, passim Apollodori χρονικὰ dicuntur.

Ex iis est, quòd Cicero, libro XII petit ab Attico doceri, cùm alia, tum *qui etiam Athenis πολιτικοὶ fuerint illustres, quæ*, inquit, *ex Apollodori, puto posse inveniri.* Hinc est quod Diodorus libro XIII quo tempore *Euripides mortuus sit, nos docet.* Nam Eusebius quot & quanta ex Apollodoro desumpsit, nemini ignotum esse possit. Idem dixerim de Diogene Laertio, & Stephano. Hujus operis fidem advocant etiam Gellius, Cl. Alexandrinus, Phlegon, Eustathius, Tzetzes, Plutarchus, Strabo, Scholiastes Nicandri, aliique, quibus enumerandis abstineo. Illud tantum adjicio Chronographiam hanc diversis libris constitisse; nam III Laertius, l. III & IV. Stephanus, & VIII forte Syncellus laudat.
Inscripsit Chronica hæc Attalo. Marcianus.

Εἰς βασιλέως ἀπέθετο Φιλαδέλφου χάριν,
Ἀθάνατον ἀπονέμοντα δόξαν Ἀττάλῳ.

In

In principiis Philadelphi honorem condidit,
Et gloriam æternam dederunt Attalo.

Attali tempora plenè cognita, Apollodori quoque illustrabunt. De Attalo igitur pauca adjiciam.

Fuit hic Attalus ob fraternam benevolentiam, & amorem erga Eumenem cognominatus Φιλάδελφος. Livius ejus industriam & fortitudinem cum singulari modestiâ conjunctam prædicat. Hic est, cujus egregiam operam in Romanis bellis navatam legimus. Ad Magnesiam strenuè pro iis depugnavit. Manlio Volsoni contra Galatas auxiliariis copiis adfuit. Regnum à fratre morituro (nam & priùs, falso nuncio de Eumenis morte inductus, occupaverat) per manus traditum accepit. Is est Attalus, qui Antiochum Magnum obsessus Pergami rejecit; qui Nicomedi Epiphani auxilia subministravit. Nicomedes idem est, ad quem scripsit Periegeseos metricæ auctor qui Marcianus Heracleota appellatur, scripsit. Ostendit autem idem Periegetes Attalum hunc II, Nicomedem, Apollodorum, & seipsum fuisse συγχρόνους; nam ad ea tempora descendisse tradit Apollodori Chronicon.

Attalo quoque labores suos obtulit Biton Mechanicus. G. Vossius in Mathematicis de Bitone haec habet; *Opusculum suum Bito inscripsit* τῷ πάλαι βασιλεῖ. Nesciit, quem intelligere oporteat παλαιὸν βασιλέα; tandem Dionysium Corinthi agentem esse suspicatur. Codex meus calamo exaratus, (in quo cum aliis nonnullis Bito ille comprehenditur,) apertissimè hunc titulum præ se fert. Βίτωνος κατασκευαὶ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπελτικῶν, πρὸς Ἄτταλον.

Ni-

Nicandri Biographus & Suidas notant Poetam ſua quædam Attali nomini dicaſſe. Atqui hic Attalus junior,& Γαλατονίκης cognominatus fuit; alius ingenio moribúſque à ſecundo,& ſecundi interfector. Hunc igitur, an potiùs ſecundum Attalum Bitonis libellus ſibi præſcripſerit, nequeo affirmare.

Epitomen ſenſit hoc Apollodori πόνημα; incertum cujus manu. Stephani Fragmentum in v. Δύμη ſic loquitur, Ἀπολλόδωρος ἢ ὁ τὰ τούτου ἐπιτεμνόμενος, *Apollodorus, vel qui eum in epitomen redegit.* Hæc autem ex Chronicis deſumpta fuiſſe ex iis patet, quæ mox ſubnectit ibidem Stephanus. Idem ſentire videatur & Marcianus his verbis

Πάντων ἐπιτομὴν τῶν χύδην εἰρημένων.
Summam omnium quæ dicta ſunt fuſè.

Equidem fui aliquando in hâc ſententiâ, ut exiſtimarem Apollodorum in compendium metricum contraxiſſe, quæ fuſiùs ſcripſerat de rebus Chronologicis, ſolutâ oratione. Sanè Philochorus Atthidem ſuam in epitomen conſtrinxit. Hunc imitari in hâc re, quod fecit in aliis, potuit Apollodorus. Enimverò ut,quid ſtatuendum ſit,neſciam,facit Marcianus;

Ἐκεῖνα μὲν ἐν κεφάλαια συναθροίσας χρόνων.

Apollodorus, inquit, *ſumma temporum capita & res maximè inſignes complexus eſt.* Quod profectò aliud non erit,ac Apollodorum ipſum de multis rebus breviter & conciſè in opere iſto egiſſe,quemadmodum ſe quoq; ſcripturum profitetur verbis his ipſe Marcianus;

Ἐκ τῶν σποράδην γὰρ ἱστορημένων
Ἐν ἐπιτομῇ σοι γέγραφα ——
Nam ſparſa varie olim à quibuſdam literis
Compendiariâ viâ ſcripſi ——

Faci-

Faciliùs in hâc re decipi potuit Stephanus, qui longius ab Apollodori ætate disjunctus erat, quàm Marcianus, qui eodem tempore cum eo vixit. Et rectiùs judicare videatur is, qui opus hoc in materiâ Chronologicâ talem fuisse σύνοψιν credat, qualis fuit in re Mythicâ ejusdem Apollodori Bibliotheca.

Ostendit porrò idem Periegetes Chronicon istud ab Apollodoro carmine fuisse consignatum. Hoc ut tacuisset ille, ostendisset tamen Stephanus περὶ πόλεων, cujus *Fragmentum* locis aliquot Apollodori carmina nonnulla reliqua nobis fecit. Etiam in v. χαλκηδόνιον versus comparet, non certè ex Apollonii (ut ibi habetur) sed Apollodori Chronicis. Nec cuiquam insolens in hoc argumento existimari debet metrum : fecere hoc alii, item boni ; Helladius apud Photium, Manasses, Tzetzes χειρογράφοις ἰάμβοις, ut ipse de se testatur ; quinimò ante hos omnes, Nævius Saturnino metro, Ennius Heroico historias & res gestas luculentè concepere.

Restat dubium quoddam de Apollodori metro, cui tollendo, ut par sim, vereor. Suidas igitur in v. τραγήματα, dicit Apollodorum invenisse Τραγιάμβους. Ex Suidâ Gyraldus & G. Vossius idem docent, nec tamen docent, quid metri fuerit Tragiambus. Augetur dubium ex eo; quòd Marcianus, uti jam vidimus, apertè dicat Apollodori carmen fuisse κωμικόν. Ego sic censeo; dicuntur Heroiambi, quando Heroicis miscentur Jambi; Ἰαμβέλεγοι, cùm in Elegiaco veniant; μελίαμβοι si ἐν τῷ μέλει adhibeantur. Primum genus Homerus in Margite attulit, secundi meminit Hephæstion, tertio usus est Cercidas. Pari ratione Tragiambi dici videntur, ubi in carmine Jambico (Co-

micis

micis & Tragicis usitatissimo) plures Tragici Jambi interponerentur.. Qualis autem fuerit Jambus Tragicorum, docent Hephæstion, Tzetzes, & post Latinos Grammaticos Delrius ad Senecam.

Res huc redit. Quod Marcianus laxè loquendo κωμικὸν vocabat, id Suidas pressiùs, τραγίαμβον; quemadmodum Cercidæ versus Athenæo simpliciter ἴαμβοι audiunt, quos Laertius appellavit μελιάμβους. Aliis quoque versibus scripsit bellum Punicum Nævius, quàm Saturninis; quoniam tamen aliis crebrior is erat, diciturNævius eo ἁπλῶς fuisse usus. Potuit igitur Apollodorus auctor istius Tragiambi à Suidâ dici, non quidem absolutè, sed quia in Chronicis primus Græcorum eum frequentissimè adhiberet.

CAP.

CAP. VII.

Alia Apollodori ſcripta. In Catalogum navium apud Homerum. De Poculis. De Sophrone & Epicharmo. An de legum latoribus? De Etymologiis, & fortè de Proverbiis. De Meretriculis Athenienſibus. Non ſcripſiſſe de Heraclidarum reditu; nec de rebus Geographicis opus aliquod diſtinctum.

FEſtino ad reliqua Apollodori ſcripta, in quibus primum locum do libris περὶ τοῦ νεῶν καταλόγου. Libros XII impendit explicandæ Homericæ Bœotiæ. Horum meminere Euſtathius, Tzetzes Chil. VII, Hiſt. 144. Etymol. M. Scholiaſtes Apollonii, & Homeri, Athenæus, & imprimis Strabo, qui vehementiùs ſubinde contra Apollodorum, præcipuè l. XIV inſurgit. Meminit & Enarrator Nicandri; quanquam in totum Homerum ſcripſiſſe Apollodorum nonnulli ex eo loco fortè conjiciant; nam Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς εἰς Ὅμηρον, nihil certi ponit. Scripſere in eundem Homeri catalogum Polus, ut teſtis eſt Suidas, & Menogenes, quemadmodum ex Porphyrio oſtendit Euſtathius.

Apollodorum ſcripſiſſe περὶ κυλίκων & περὶ κρατῆρος docet nos Athenæus libro XI c. 12. dubito, utrùm opere ſeparato, & his proprio.

Egit quoque de Sophrone mimographo Siculo, uti manifeſtum eſt ex Etymologi variis locis p. 72, 51, 151. item Schol. Ariſtophanis; ex Athenæi l. 3. ut & l. 7, in quo loco vertendo peſſimè lapſus eſt latinus in-

terpres. Ex quibus locis inter ſe collatis liquet ab Apollodoro Sophronem (ſermonis peregrinitate obſcurum & pænè obſoletum minimâ vetuſtate,) ſive gloſſis, ſive commentariis fuiſſe illuſtratum. De Sophrone egi aliàs, & plenâ manu ad Ariſtotelis Poeticen.

In Epicharmo recenſendo ſimilem operam collocavit Apollodorus. Teſtis eſt Porphyrius in vitâ Plotini, ubi ſe Apollodori exemplo diſpoſuiſſe Plotini ſcripta fatetur. Teſtatur & Lexicon vetus in v. Καρδιώττειν.

Aſclepiades Apollodori præceptor ἐν τοῖς περὶ Κρατίνου videtur explicuiſſe voces apud eum difficiliores, ut docet Athenæus lib. XI. ubi ſermo eſt περὶ βαλανειομφάλων. Alexander Polyhiſtor laudatur ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων. Alcman enim in ſuis Hymnis Dianam ex μυρίων ὀρέων, πόλεων, ποταμῶν ἀνακαλεῖ, inquit Menander; in his tenebras depellere voluit Alexander. Hos igitur quos imitaretur in iſto ſcribendi genere habuit Apollodorus.

Vix perſuaderi mihi poteſt, quin περὶ Νομοθετῶν ſcripſit Apollodorus. Iſtius operis II expreſſè citat Laertius in *Solone*; niſi malis ſecundum librum Chronicorum intelligere; certè ex Chronicis Apollodori multa hauſit Euſebius de Legum Latoribus; τὰ Λυκούργου νόμιμα, ὡς Ἀπολλόδωρος. *Lycurgi leges à Lacedæmone juxta ſententiam Apollodori, hâc ætate ſuſceptæ,* inquit Hieronymus. Nec eſt alius quiſquam præter Laertium, qui meminerit librorum Apollodori περὶ Νομοθετῶν.

Citantur Apollodori libri ἐτυμολογιῶν; ex iis enim profeciſſe ſe teſtatur Varro l. 4. & 5. de L.L. Etymologus multis locis; Schol. Apollonii, & Harpocration. Ad hunc librum pertinere puto duos Athenæi locos de *Paphiis*, & de *Deliis*, quos deſcribere

bere longum esset. Nescio autem an & περὶ παροιμιῶν commentatus sit; nam quæ ex eo Hesychius & Parœmiographi in γραῦς Σέριφος adducunt, non satis evidenter hoc probant.

Adhuc; sunt inter veteres auctores, qui Apollodori libros in testimonium vocant, qui inscribebantur περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων, *de meretriculis Atheniensibus*. Scriptum hoc legêre Harpocration, Etymologus, aliique ex quibus Suidas sua compilavit. Quale fuit istud opus, possit sciri ex jam prolatis scriptoribus; & pleniùs ex Athenæo. In hoc argumento (quod mireris meritò) tempus posuêre Antiphanes, Ammonius, Aristophanes, Gorgias Atheniensis,, & Callistratus; quos omnes cum Apollodoro non leviter perstringit Athenæus libro XIV; ac si in re parum honestâ malè abusi essent otio suo.

Hactenus videor certos & indubitatos Apollodori fœtus suo parenti restituisse. Plures si quis ei attribuet, non invitus pro suis admittet, modò justa monumenta & necessaria agnitionis indicia proferantur; spurios interim non adoptavit.

Hujus notæ erit *Historia Atheniensium*. *Scripsit* (inquit vir quidam doctus) *Historiam Atheniensium usque ad reditum Heraclidarum*. Atqui nemo antiquorum opus hoc aut vidit, aut laudat. Dum hujus erroris fontem quæro, puto me in Diodoro Siculo malè intellecto deprehendisse. Ait Diodorus se collocare Ἡρακλειδῶν κάθοδον in anno à Trojâ captâ octuagesimo ἀκολούθως Ἀπολλοδώρῳ. Hæc quidem habes in fine prooemii ad librum primum, nec ultrà quicquam.

Hujus quoque notæ erit *Apollodori Geographia*. Vir magnus & nunquam satis laudandus J. Ger. Vossius libro III de Hist. Græcis, existimabat se invenisse Apol-

 lodorum

lodorum Geographum, apud Tzetzem chil. 3.H.100. Perpendenti Tzetzæ verba aliud mihi videtur. Nam hæc, ἐν τῷ περὶ πόλεων, καὶ νήσων, καὶ δήμων, non sunt ad Apollodorum (qui præcedit) referenda, sed ad Stephanum qui proximâ lineâ subsequitur. Deinde, quæ ibi Tzetzes scribit, ex Bibliothecâ Apollodori hausit, non aliunde. Sed hunc, & si qui alii sunt, errorem tollet secunda editio istius operis, quod quidem optimus Vossius ante mortem auxerat plurimùm, & emendaverat. *Atque* de Apollodoro nihil addam ampliùs, ut qui jamdudum longiùs provectus sim, quàm decreveram.

CAP. VIII.

Conon. Ejus tempus, scripta, stylus, homonymi. Ptolemai, vulgò Hephæstionis, ætas. Tzetzes de eo; integrum vidit. Tertulla. Parthenius; de ejus ætate. Dubitatur an ad Tiberium pervixerit. Suidæ locus controversus. Parthenii scripta; & versio Gallica. Plures Ἐρωτικῶν Scriptores. Antoninus, vel Antonius Liberalis; doctorum de eo dissidia. Metamorphoseων Græci aliquot scriptores.

SEquuntur Conon, Ptolemæus Hephæstionis, Parthenius, & Antoninus Liberalis. In his, L.C. tædium tuum brevitas solabitur.

Apollodorum excipit Conon. Floruit is Julii Cæsaris tempore & sub Augusto. Photius benè animadvertebat

vertebat opus ſuum Cononem Archelao dicaſſe. Archelaus porrò dictus Philopator is erat, qui M. Antonium in Aſiâ ſecutus eſt, eique favit contra Auguſtum.

Idem Photius ait ſe ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει reperiſſe has Cononis Narrationes & Apollodori Bibliothecam. Ea ratio me permovit, ut hîc quoque conjungerem. Præceſſit in eo codice, quo utebatur Photius, Apollodorum Conon. Sed ab illo cùm viderem pleraque hunc fuiſſe mutuatum, volui ut hîc etiam Apollodorum ſequeretur. Quicquid de Conone reliquum eſt, acceptum referimus Photio; qui de ſtylo operis quid ſenſerit, ſic nos docet. Ἀττικὸς τὴν φράσιν ἐστὶν Κόνων· ταῖς τε συνθήκαις καὶ λέξεσι χαρίεις τε καὶ ἐπαφρόδιτος. *Attico ſermone utitur Conon; compoſitione ac dictione elegans eſt & venuſtus.*

Conones plures memini me legere. Erat Athenienſium Prætor nemini ignotus Conon; erat Zenonis imperatoris frater hoc nomine, cúmque fortè intelligit Stephanus in Ψιμάδα. Conon Mathematicus fuit Archimedis amicus. Fuit denique qui περὶ Ἡρακλείας, περὶ Νησιάδος, περὶ Ἰταλίας citatur. Jam, an unus, an plures fuere qui de his ſcripſere; &, ſi unus, utrùm is noſter fuerit Conon, incompertum habeo.

Ptolemæum ſubjunxi Cononi; habui rationem argumenti, (quod utrique ſimile eſt) non temporum. Suidæ teſtimonio Alexandrinus fuit Ptolemæus, cognomento Chennus. Quòd autem Hephæſtionis filium vulgò faciant viri eruditi, dubio non caret. Vixit enim Ptolemæus ſub Trajano; Hephæſtion autem ſub Antonino Pio; alius certè non occurrit apud veteres, excepto illo Hephæſtione, qui Enchiridii auctor exiſtimatur, & cujus meminit Capitolinus inter Veri præceptores. Hephæſtion apud Apſyrtum inferioris ſeculi omnino fuit. Tzetzæ interim Ptolemæum Hephæ-

ſtiona,

ſtiona, non Hephæſtionis,dici video, Chil.VIII. Hiſt. CXCV, (ubi etiam quædam refert quæ in excerptis non habentur) quod quanti ſit, doctis æſtimandum relinquo. Emiſit Ptolemæus VII libros καινῆς ut Photius, παραδόξου ἱστορίας ut Suidas indicat. Dedicavit labores lectiſſimæ feminæ Tertullæ, cujus τὸ φιλολόγον & πολυμαθὲς vehementer ſuſpiciebat. Photius minimè malus judex credidit hoc ſcriptum utile fore πρὸς πολυμάθειαν ἱστορικὴν, ideóque excerpta fecit, nec jucunditatis nec fructûs expertia. Plura de eo commemorat Suidas.

Parthenius merito ſuo & exemplarium paucitate jamdudum carus factus eſt. Ideo locum in hoc corpôre Mythologico invenit. Ejus tempora notiora ſunt, quàm ut in iis colligendis moram faciamus. Vixit cum Cornelio Gallo familiariſſimè, habuítque in Græcis auditorem Virgilium,(qui ex eo nonnulla tranſtulit, inter alia, Moretum; quod D. V. Iſaaci Voſſii obſervatione didicimus.) Bello Mithridatico captus à Cinnâ Romam venit. Atque hæc certa ſunt. Suidas autem mox magnas turbas creat, ubi ſcribit eum ad Tiberium in vivis perduraſſe; ita enim anni, inquit Gyraldus, CXX plus minus ei attribuendi ſunt. Huic incommodo J.G. Voſſius ſic mederi conatur, ut *Tiberii tempus intelligi velit, non quo imperare, ſed quo florere cœpit.* Solenne eſt Suidæ homonymos commiſcere. Sanè Parthenii plures fuere. Fuit quidam Grammaticus Dionyſiii Alexandrini diſcipulus. Hunc in teſtimonium advocat Athenæus, & ejus compilator Euſtathius p. 1412 Il. item p. 567. Odyſſ. Editionis Frobenianæ. Cùm autem Dionyſius ille ſub Nerone vixerit; nullo pacto ad Tiberium revocari poteſt ejus auditor Parthenius. Fuit quoque alius, patriâ Phocenſis; Is cùm in ſcriptis ſuis Magnentii memi-

meminerit,ut ex Stephano in Δεκέλειοι clarè conſtat, longè abeſt ab iis temporibus, in quibus ſcimus Nicænum noſtrum innotuiſſe. Tertius adhuc Parthenius fuerit, Chius gente,poeta ex Homeri familiâ oriundus. Scripſit hic inter alia ἐλεγεῖα εἰς Ἀφροδίτην; colligo hoc ex Scholiis in Epigrammatum Græcorum librum 3.c.40. Suidas tamen hæc ipſa attribuit Parthenio Nicaenſi.Qui,ſi Scholiaſtæ fides ſit, duos diverſos Parthenios confudit, & poterit Chius ille ſub Tiberio floruiſſe. Sed redeo ad noſtrum. Præter ea ejuſdem ſcripta quæ alii ex Suidâ congeſſere, reperio citari in Crinagorâ,apud Etymologum; in Leucadiis, apud Stephanum. Quòd autem Ἐρωτικὰ hæc ejus ſint, licet ſolutâ oratione concepta, ambigere nos non ſinunt Plutarchi Parallela Minora. Si cui argumentum operis minùs placeat; poetam fuiſſe Parthenium cogitet. Quinimò Ἐρωτικὰ ſcripſit Ariſtoteles,Ariſto Chius, Cadmus, Capito, Clearchus, Heraclides Ponticus, Phanocles, Plutarchus junior, Philippus Amphipolites, Achilles Tatius,Heliodorus,Antonius Diogenes, Ariſtænetus, Longus, Alciphron,Ælianus, Jamblichus *Babylonicorum* auctor,Lucianus,Lucius Patrenſis, Xenophontes tres, Babylonius, Epheſius, Cyprius; Zeno Cittiéus; Lyſias Rhetor, Zonæus, Euſtathius,Cyrus Prodromus. His Herodianum adderem,ex Rheineſii Var.Lect. ſi quis eſſet, affirmare poſſem.Secutus ſum in Parthenio Cornarii Editionem, ducem non ſatis fidam.Exemplar Ms. nullum invenire potui, ſed nec verſionem Gallicam, quam J.Fornier adornavit.

Antonini Liberalis incertum an apud veteres fiat mentio. Exiſtimabat Iſ.Cauſabonus in notis ad Suetonii Rhetoras, hunc eſſe Antonium Liberalem illum, quem Hieronymus ex Suetonio ponit ad annum Euſeb. Chronici CIϽ CIϽ LXIV; hujus opinioni refragantur

gantur Scaliger, Mauſſacus, & G. Voſſius; accedit ei Abr. Berkelius V. D. qui Liberalem nuper in lucem emiſit. Ego in re dubiâ ἐπέχω. Narrationes complectitur Antoninus ex ſcriptoribus ævi melioris, qui interciderunt; quo nomine commendatior eſſe debet Philologis. Metamorphoſeis apud veteres ſcripſiſſe reperio (præter eos quos laudat Liberalis) Calliſthenem, Dorotheum, Theodorum, Parthenium, & Adrianum Sophiſtam. Sed de his hactenus. Ne fortè, ut citra laudem (quod facilè credo,) ſcripſi, ita ultra veniam quoque moleſtus eſſe pergam.

ERRATA.

In Diſſert. p 41, lege *in* lib. 45, dele *ſcripſit*. In Notis, p. 85, l. *coli*. 90, *additus*. 98, *ad Moloſſos*, *&* *d. deceſſit*. 147, *Ulyſſis*. 148, *Pauſaniæ*, cætera L. C. condonabit.

APOL-

Tab.I.

Cœlo ex Tellure geniti
1 *Centimani*
Briareus
Gyes
Cottus
2 *Cyclopes*
Harpes
Steropes
Brontes
3 *Titanes*
Oceanus
Cœus
Hyperion
Crius
Japetus
Saturnus
4 *Titanides*
Tethys
Rhea
Themis
Mnemosyne
Phœbe
Dione
Thia

Ex præsectis genitalibus { *Erinnyes*
Alecto
Tisiphone
Megæra

Tab.II.

Saturno ex Rheâ { Vesta
Ceres
Juno
Pluto
Neptunus
Jupiter

Ex Philyrâ { Chiron *centaur.*

Oceano ex Tethye { *Oceanides Nymphæ*
Asia, Styx, Electra, Doris, Eurynome, Amphiro, Metis. & fluvii,

Cœo ex Phœbe { Asteria
Latona

Hyperioni ex Thia { Aurora
Sol
Luna

Crio ex Eurybœâ { Astræus
Pallas
Perses

Tab.III.

Japeto ex Asiâ { Atlas
Prometheus
Epimetheus
Menœtius

Astræo ex Aurorâ { Venti
Astra

Persæ ex Asteria { Hecate

Pallanti ex Syge { Nice
Cratos
Zelus
Bia

¶ Ponto

- Ponto ex Tellure
  - Phorçys
    - Phorcyni ex Cetone → Phorcides: Enyo, Pemphredo, Dino
  - Thaumas
    - Gorgones: Euryale, Stheno, Medusa *mortalis*
  - Nereus, Eurybœa, Ceto
    - Thaumanti ex Electrâ → Iris; Harpyæ: Aello, Ocypete, Celæno
    - Nereo ex Doride → Nereides: Cymothoe, Speio, Glaucothoe, Nausithoe, Thalia. p. 6.

Tab. IV.

- Jovi
  - E Conjugibus
    - Junone: Hebe, Ilithya, Mars, Vulcanus, v. Tab. XVII.
    - Themide
      - Horæ: Irene, Eunomie, Dice
      - Parcæ: Clotho, Lachesis, Atropos
    - Dione: Venus
    - Eurynome, *Gratiæ*: Aglia, Euphrosyne, Thalia
    - Styge: Proserpina
  - Ex aliis
    - Maiâ: Mercurius
    - Taygete: Lacedæmon. Tab. XV.
    - Semele: Bacchus. V. Tab. XVI.
    - Æginâ: Æacus
    - Alcmene: Hercules
    - Plutô..e: Tantalus. V. Tab. XIV.

- Deabus ex hominibus geniti
  - Cereri ex Jasio: Plutus
  - Harmoniæ ex Cadmo: Ino, Semele, Agave, Autonoe, Polydorus, Illyrius
  - Psamathæ ex Æaco: Phocus
  - Thetidi ex Peleo: Achilles

Callirrhoe

Callirrhoæ ex Chrysaore { Geryon

Veneri ex Archise { Æneas


Auroræ ex { Tithono { Memnon, Emathion — Cephalo { Phaeton } { Circe ex Ulysse { Agrius, Latinus, Amymon, Craterus

Medeæ ex Jasone { Mermerus, Pheres { Calypsoni ex Ulysse { Nausithous, Nausinous

ex Ægeo { Medus


Tab.V.

Japeti Stemma.




Tab.VI.

Inachi Stemma.



Tab.


Dardani progenies
Dardanus
Erichthonius
Tros
Ilus
Laomedon
Ganymedes.
Hicetaon–Critolaus
Tithonus
Æmathion
Memnon
Priamus
Helenus--Cestrinus
Deiphobus
Paris--Corythus
Hector--Astyanax
Troilus
Antiphus
Axion
Polites,&c.quos vide p.210,211.
Priami filiæ
Ilione, *uxor Agamestoris.*
Creüsa, *Æneæ.*
Laodice, *Helicaonis.*
Aristomache, *Critolai.*
Cassandra.
Polyxena.
Medesicaste, *Imbrio nupta.*
Lampus—Dolops.
Clytius
Caletor.
Procléa, *filia.*
Hesione, *ex quâ Telamon Teucrum (genuit.*
Assaracus--Capys---Anchises--Æneas—Ascanius.
Cleopatra, *filia.*
Ilus, *sine prole.*

Hellenis progenies

Hellen Deucalionis filius

Xuthus { Achæus à quo Achæi. / Ion à quo Iones.


Æolus,

- Alcyone *Ceyci nupsit*
- Canache { Aloeus { Otus / Ephialtes; Triops--Erysichthon }
- Calyce
- Perimede { Hippodamas Orestes
- Pisidice *Myrmidonis uxor*--Acton--Antiphus--Philomela, *quæ & Thetis Pelei uxor.*
- Mimas--Hippotes, Æolus II-Arne-Æolus III.
- Cercaphus--Ormenus { Euæmon--Eurypylus *qui bello Trojano interfuit.*; Amyntor--{ Phœnix, *Achillis pædagogus.* / Astydamia, *ex qua Hercules genuit Ctesippum.* } }
- Magnes { Pierus, / Dictys, / Polydectes,
- Sisyphus
  - Thersander { Coronus / Haliartes
  - Halmus { Chrysogenia--Chryses--Minyas--Orchomenus. / Chryse-Phlegyas *Orchomeniorum rex.*
  - Ornytion { Thoas--Demophon-{ Doridas. / Hyanthidas. }; Propodas; Phocus }
  - Glaucus. Bellerophontes { Isander / Hyppolochus--Glaucus / Laodamia-Sarpedon } *bello Trojano. Hi interfuere.*

- Athamas
  - Ptous
  - Leucon
    - Euippe--Eteocles
  - Schœneus--Atalanta, *quam Hippomenes Megarei F. duxit.*
  - Phrixus-
  - -Presbon-
  - -Clymenus
    - Erginus
      - Agamedes,
      - Trophonius,
    - Azeus-Actor-Astyoche
      - Ascalaphus
      - Ialmenus
  - Helle
  - Learchus
  - Melicertes

- Perieres
  - Borus-Menesthius, *ex Polydora Pelei filia natus* Pisus
    - Machaon
      - Sphryrus
      - Alenor
      - Polemocrates
    - Podalirius
  - Leucippus *cujus tres filiæ*
    - Arsinoe- Æsculapius
    - Phœbe, *quam Pollux rapuit*--Mnesilaus
    - Ilaira, *quam Castor rapuit*--Anogon.
  - Aphareus
    - Lynceus
    - Idas--Cleopatra *Meleagri uxor.*

Tertia


Æneus
Cephalus *Procridis maritus.*
Phylachus--Iphiclus--Protesilaus.
Actor--Menœtius--Patroclus.
Dia, *Ixionis uxor*--Pirithous -Polypœtes.
Philonis, *quæ Dedalioni nupsit*-Autolycus--Anticlea, *Vlyssis mater.*
Deioneus Hygin. p. 10.
Dorus III Deucal. filius à quo Dorienses
Salmoneus-Tyro *filia*
Neleus
Pero *Biantis uxor.*
Periclymenus—Penthilus--Borus—Andropompus---Melanthus *Codri pater.*
Nestor
Pisistratus-Pisistratus.
Thrasymedes.-Sillus--Alcmæon.
Antilochus—Pæon.
Pelias
Alcestis, *Admeti conjux*
Alcastus-Sthenele, *Menœtii uxor.*
Cretheus
Amythaon
Melampus-Antiphates--Oicles, Amphiaraus
Demonassa
Alcmæon-
Phætius-
Amphilocus.
Bias-Talaus
Pronax
Adrastus
Mecestius-
·Euryalus
Aristomachus-Hippomedon.
Parthenopæus-Promachus.
Ægialeus—Cyanippus.
Deipyle, *Tydei uxor*
Agria, *Polinicis uxor*
Pheres
Admetus-Eumelus.
Lycurgus-Opheltes.
Æson—Jason—Eunéus.


Tab.IX.

Tab. IX.

Endymionis progenies

- Endymion
  - Ætolus
    - Pleuron-Agenor
    - Portheus, Leophontes *Homero.* Sterope, Stratonice
      - Parthaon
        - Oeneus, Alcathous, Melas, Leucopeus
          - Tydeus *Diomedis pater.*
          - Dejanira *Herculis uxor.*
          - Meleager.
          - Gorge Andræmonis uxor.
            - Thoas qui bello Trojano interfuit.
              - Hæmon
                - Oxylus, qui Heraclidas in Peloponnesum duxit.
        - Agrius qui multos filios habuit.
      - Demonice *Martis uxor.*
        - Euenus-Marpessa *Idæ ux.* Cleopatra *Meleagri ux.*
        - Molus, Pylus, Thestius
          - Leda *Tyndarei uxor.*
          - Plexippus, *& alii filii.*
          - Althæa *Oenei uxor, & mater Meleagri.*
    - Calydon
      - Protogenia.
      - Epicaste, *quæ Agenori nupsit, & ex Marte peperit Oxylum, ut aliqui volun'.*
  - Eurycyde filia-Eleus-Augeas
    - Agasthenes-Polyxenus-Amphimachus-Eleus *alter, quem Oxylus regno pepulit.*
    - Phyleus—Meges.
  - Epeus—Hyrmin. *Phorbantis uxor.* Actor—*Moliones Maritus*
    - Eurytus—Thalpius.
    - Creatus—Amphimachus.
  - Pæan, *qui Pæoniæ regioni nomen dedit.*

Tab.X.


Arcadis progenies
Arcas
Aphidas
Aleus
Cepheus-Aeropus, Echemus, *qui Hyllum Herculis fil. interfecit.*
Lycurgus
Amphidamas
Meilanion, *cui nupsit Atalanta*-Parthenopæus *bello Thebano interfect.*
Antimache, *Eurysthei uxor.*
Ancæus—Agapenor *Arcadum dux bello Trojano.*
Auge *Telephi mater.*
Elatus
Ischys, *qui concubuit cum Coronide Phlegyæ filiâ.*
Cyllene *à quo Cyllene mons.*
Percus—Neæra, *Autolici uxor.*
Gortys *Gortyna condidit.*
Stymphalus
Agamedes.
Cercyon.
Hippothous.
Ægyptus 2.
Cypselus.
Merope
Cresphonte uxor.
Ægyptus 3.
Ægyptus 1.

Tab.XI.


Danai progenies
Danaus
Hypermnestra, *Lyncei uxor*
Abas
Acrisius
Danae
Perseus
Perses.
Sthenelus—Eurystheus.
Mestor—Hippothoë *filia*, Taphius—Pterilaus—Comætho *filia*.
Alcæus
Anaxo *filia*.
Amphitryon—Iphicles—Iolaus.
Electryon
Alcmena—Hercules
1 Hyllus ex Dejanira Oceani filia.
Cleodæus
Aristomachus. v. Tab. 2 pars XI. 1
Aristodemus
Eurysthenes, *à quo regum Eurysthenidarum familia apud Spartanos.*
Procles, *à quo familia regum Proclidarum*
Cresphontes
Æpytus, *à quo Æpytidæ reges Meniorum.*
Et alii duo
Temenus, *qui Argis regnavit*
Eurypylus
Agelaus
Callias
Hyrnetho, *Deiphontis uxor.*
Cisus
Phalces
Cerynes
Agræus
Pausaniæ.
2 Thessalus *ex Calciope Eurypyli filia*
Antiphus.
Phidippus.
3 Tlepolemus, *ex Astyoche Phylantis Ephyræ regis filia.*
4 Telephus ex Auge *Alei filia*—Eurypylus
Thrasyanor.
Antimachus.
Deiphontes *Temeni gener.*
5 Ctesippus, *ex Astydamia Amyntoris filia*
6 Antiochus, *ex Medea Phylantis Dryopum regis filia.*
Phylas.
Hippotes.
7 Lamus, *ex Omphale regina.*
Licymnius—Oeonus.
Gorgophone, *Perieris uxor, & post Oebalo nupta.*
Proetus—Megapenthes—Anaxagoas—Alector—Iphis—
Eteocles *bello Thebano cecidit.*
Evadne *Capanei uxor*-Sthenelus
Cylarabes
Cometes.

Tab.XII.

Æaci progenies

Æacus Jovis ex Æginâ

- Talmon
  - Ajax—Eurysaces—Phylæus.
  - Teucer.
- Peleus
  - Achilles — Neoptolemus, *qui & Pyrrhus*
    - Pergamus.
    - Molossus.
    - Pielus.
  - Polydora, *Bori uxor.*
- Phocus
  - Panopæus—Epeus *equi Trojani Faber.*
  - Crisus—Strophius—Pylades.

Tab.XIII.

Europæ progenies

Europæ quam Jupiter Cretensis rapuit.

- Rhadamanthus-Erythrus
- Minos I-Lycastus-Minos-II
  - Molus—Meriones.
  - Deucalion—Idomeneus.
  - Androgeos.
  - Glaucus.
  - Crateus
    - Aerope, *Agamemnonis mater.*
    - Clymene, *mater Palamedis.*
  - Phædra, *Thesei uxor.*
  - Ariadne.
- Sarpedon,—Evandrus—Sarpedon II, rex Lyciæ *qui bello Trojano intererat.*


Tab.

Pelopis progenies


Pelops *Tantali fil.*

- Lætreus, five Letreus, *qui Letrinis nomen dedit.*
- Trœzen, à quo urbs Trœzen dicta
  - Anaphyftus
  - Sphettus
- Pittheus
  - Henioche, *Canethi uxor* — Sciron, *quem Thefeus interfecit.*
  - Æthra, *Thefei mater.*
- Alcathous
  - Echepolis, *ab apro Calydonio occifus.*
  - Callipolis, *à patre peremptus.*
  - Peribœa, *Ajacis Telemonii mater;*
  - Aphinoe, *virgo deceffit.*
- Thyeftes — Ægyfthus — Erigone.
- Atreus, *fratris Plifthenis filios adoptavit.*
- Plifthenes
  - Agamemnon
    - Electra, *Pyladi nupfit.*
    - Oreftes
      - Tifamenus, *ex Hermione natus.*
      - Penthilus, *ex Erigone natus.*
  - Menelaus
    - Nicoftratus, & Megapenthes, *nothi.*
    - Hermione, *Orefti nupfit.*
- Anaxibia, *Pyladæ mater.*
- Lyfidice, *Alcmenæ mater.*


Tab.



Tab.XV.



Tab.XVI.







Progenies Actæi

Agraulos *nupta Cecropi*

I Cecrops-Erysichthon-Agraulos, Herse, Pandrosos.

Alcippe. Cephalus

Tithonus

Phaeton

Astynous

Sandocus *cui Thanace* } *uxor.*
Cinyras *cui Methano*

Oxyporus, Adonis, Orsidice,
Laogere
Bræsia.

II Cranaus — *Pedias uxor*

Atthis, Cranae, Cranæchme — III Amphictyon.

Itonus filia *ἀνώνυμος.*
Bœotius

Triptolemus. Cercyon.

Ecphantus. Alope.

Antiphemus.

Musæus.

Eumolpus.

Erichthonius *Cecropis I cognatus, hunc Homerus videtur Erecthea vocare, Il. 2.*

Pandion I

Erectheus — *Praxithea.* Butes, Progne. Philomela

Cecrops II V. Tab XVIII.




Tab XVIII.


Erechthei progenies

Erichthonius
|
Pandion
|
Erechtheus

- Cecrops *secundus*—Pandion *secundus*
  - Pallas, *qui filios 50 habuit.*
  - Nisus—Scylla.
  - Ægeus—Theseus
    - Acamas—Muhitus
    - Demophon—Oxyntas
  - Lycus.
- Pandorus
- Metion
  - Eupalamus-Dædalus-Icarus
  - Sicyon, *qui Sicyoni urbi nomen dedit*
- Procris, *Cephali uxor.*
- Chthonia, *Butæ patruo nupta.*
- Orithya, *quam Boreas rapuit*
  - Zetes.
  - Calais.
- Creüsa, *quam Xuthus Hellenis F. uxorem ducit.*

Thymœtes-Aphidas.





r/2 £ 15.37

Ex Variorum Classe No. 143.

apud Albertum Revelly. Philosophum Procurantem –



